MONVMENTA LINGVAE IBERICAE

EDIDIT

AEMILIVS HÜBNER

ADIECTA EST TABVLA GEOGRAPHICA

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMERI
MDCCCLXXXXIII

MEMORIAE

WILHELMI DE HVMBOLDT

SACRVM

a*

PRAEFATIO

Post inscriptiones Hispaniae Latinas paganas christianasque editas unum restabat, quod ut conferrem ad monumenta antiqua paeninsulae Ibericae cognoscenda a studiis diuturnis in illis collocatis iure exspectari potuit, scilicet ut ederem etiam monumenta numismatica et epigraphica gentium earum, quae ante Romanos ibi habitabant. Quod officium, quamquam materiam dudum collectam habebam, ideo absolvendum distuli, quia cum amico rerum illarum imprimis gnaro dividere confidebam. Sed is insularum ab hac terra Europa longe remotarum incola negotiis privatis districtus quam in nummos Ibericos explicandos impendere coeperat curam bonae frugis plenam quo minus continuaret variis causis prohibitus est. Morae vero illae quamvis invito mihi commodum id attulerunt, ut de nummorum Ibericorum inscriptionibus iam multo quam antea certius iudicare possem atque ut inscriptionum sylloge haec comprehenderet monumenta quaedam insignia nuper demum in lucem protracta.

Laudes virorum doctorum non paucorum, quorum laboribus partim extra Hispaniae fines prorsus ignotis uti mihi licuit, continent prolegomena quae sequuntur.

Qua ratione nummorum et lapidum inscriptiones a me collectae quaque fide repraesentatae sint exposui in praemonitis, quae utrique syllogae huius parti, nummorum et inscriptionum, praemisi. Ibi illud quoque defendi, quod monumenta distributa sunt secundum regiones complures, quarum fines aliqua cum libertate regendi erant.

Itaque prodeunt monumenta Iberica ante hos triginta annos a me colligi coepta, quorum studium tum, cum vacare ei incipiebam, vix incohatum quot iam fructus tulerit etiam eos fortasse resciscere iuvabit, qui res Hispanas reliquas neglegere solent. In scriptura Iberica enucleanda, in nummorum inscriptionibus explicandis, in lapidum titulis legendis, in colligendis denique et ordinandis linguae Ibericae reliquiis apud scriptores veteres et in inscriptionibus Latinis servatis — quae omnia in prolegomenis tractata sunt — num caverim ab erroribus et veri similia assecutus sim, indicium erit penes eos, qui in studiis similibus versati sunt. In nummorum veterum studia iuvenem olim me initiaverat Iulius Friedlaender numismaticus clarus, regio nummophylacio Berolinensi usque ad annum MDCCCLXXXIV, quo mortuus est, praepositus: cuius memoriam pie colimus utpote viri non docti solum et in omni litterarum genere versati, sed etiam candidi et liberalis et a gloriae cupidine, saeculi huius morbo, longe remoto. Eius indicio si licuisset subicere disquisitiones de nummis Ibericis ad finem perductas, maiore quam nunc confidentia publici iuris

eas facerem. In litteris et sonis linguae Ibericae rimandis Graecae Latinaeque comparatio non sufficit, sed etiam Celticae vetustae atque Vasconicae hodiernae aliarumque linguarum sive ignotarum sive paene ignotarum elementa inspicienda et cum Iberica componenda sunt. Quo in negotio quanta cautione opus sit cum non ignorarem, spero fore ut a via saltem ac ratione me non aberravisse periti iudicent. Nulli vero labori me pepercisse, ut monumenta omnia plene et accurate exhiberentur vix est quod moneam.

Sane monumentis hisce linguae incognitae collectis editis lectis nondum effectum est, ut linguam ipsam intellegamus. Praeter enim nomina populorum et oppidorum, quae nummi exhibent vel bilingues vel eo modo inscripti, ut de attributione dubitatio nulla vel paene nulla sit, vocabula perpauca quidem in inscriptionibus recurrentia discernimus; quid vero significent vix divinando assequimur. Ita cum nulla adhuc inscriptio vere bilinguis prodierit, vocabulorum formatio flexio significatio obscura manet. Sed tamen illud satis certo perspicimus, a stirpis Indogermanicae linguis hanc prorsus differre. Unde ad explorandas origines gentium earum, quae Europam primae incoluerunt, linguae huius cognitio quamvis imperfecta non exigui momenti est. Cui si quando accesserit exploratio plenior rerum, quas gentes illae vetustae in vitae mortisque sedibus, in oppidis atque sepulcris reliquerunt, ut ossa capitum, aliquanto certius quam adhuc licebat de hac historiae antiquae parte iudicare poterimus.

Nummi descripti sunt ita, ut quamvis imaginibus nullis adiectis, quas huius syllogae rationes proponere non sinebant, tamen facile, ut speramus, agnosci possint.

Imagines photographicae inscriptionum viginti ex ectypis archetyporum, triginta ex exemplaribus quae exstant fide dignissimis additae sunt impensis academiae scientiarum Berolinensis: reliquae inscriptiones typis describi potuerunt, qui in usum huius operis fusi sunt.

Indices qua ratione compositi sint explicatum est in prolegomenis (p. LXXXIV s.).

Tabula geographica in fine adiecta Henrici Kiepert spectatae peritiae debetur; clare inde agnoscitur quatenus pateant paeninsulae regiones eae, unde nummi inscriptionesque Ibericae prodierunt.

Scripsi Berolini mense Iulio a. MDCCCXCIII.

CONSPECTVS

PROLEGOMENA

PARS PRIMA

N V M M I

I. HISPANIA CITERIOR

I. ORA MARITIMA ORIENTALIS

I. Regio Emporitana

II. Regio Tarraconensis

III. Regio Ilerdensis

IV. Regio Saguntina

II. CELTIBERIA SEPTENTRIONALIS

V. Regio Oscensis

VI. Regio Pompaelonensis

VII. Regio Turiasonensis

VIII. Regio Calagurritana

III. CELTIBERIA INTERIOR

IX. Regio Numantina

X. Regio Bilbilitana

XI. Regio Segobrigensis

PARS SECVNDA

INSCRIPTIONES

HISPANIA CITERIOR

HISPANIA VLTERIOR

Inscriptiones falsae vel suspectae

INDICES

PROLEGOMENA

Monumentorum linguae Ibericae praeter nomina propria a scriptoribus antiquis et in inscriptionibus Latinis servata, de quibus infra dicetur accuratius, duo exstant genera, nummi et inscriptiones. Utrinsque generis aliquot exempla iam inde a saeculo sexto decimo nota erant: deinceps prodiit magnus numerus nummorum, qui servantur in collectionibus publicis privatisque cis et trans Pyrenaeos. Sed propter scripturae et linguae Ibericae obscuritatem mirandum non est quod nummi illi Florezium Eckheliumve suum sero invenerunt. Hac nostra demum aetate exstiterunt qui eos ordinarent secuti leges ab Eckhelio stabilitas et post eum a viris doctis eis excultas, quibus nummos Graecos Romanosque in temporum ordinem redigere contigit. Qui nummos Ibericos ordinare susciperent, eis ante omnia litterarum Ibericarum significationes indagandae fuerunt. Ad inscriptiones vero Ibericas colligendas et explicandas studia illa vix pervenerunt. Etenim perpaucae tantum innotuerunt scriptoribus collectoribusve epigraphicis saeculi decimi sexti; plures demum descriptae sunt inde ab hoc saeculo ineunte. Syllogen earum plenam quamquam multi instituendam sibi proposuerunt, tamen adhuc nemo perfecit: nummorum Ibericorum collectores singulas tantum inscriptiones Ibericas hic illic adhibuerunt. Atque nummi Graeci Latinique, quamquam et ipsi inscriptionum interpretationem magnopere adiuvant, propter multitudinem et varietatem colligi edique solent seorsum ab inscriptionibus, exceptis antiquissimis. Nummi vero Iberici frequentissimi ab inscriptionibus multo paucioribus segregari nequeunt, propterea quod harum lectio omnino pendet ab explicatione illorum. Itaque cum una in sylloge necessario coniungendum esset utrumque monumentorum genus, tamen de altero utro hic videtur seorsum agendum esse. Genera monumentorum duo

CAPUT I

NUMMI

De viris doctis, qui sive occasione oblata sive dedita opera de nummis Ibericis et de lingua Iberica scripserunt, exposuerunt quidem plus minus plene Ludovicus Iosephus Velazquez, Daniel de Lorichs, Antonius Delgado, de quorum operibus infra dictum est. Sed nemo eorum rem absolvit; neque vero decet philologum, quae antea ab aliis quaesita inventaque sunt aut plane ignorare aut neglegere superbe.

1. Omnium quantum scio primus Fulvius Ursinus, a quo series scriptorum numismaticorum Eckheliana quoque incipit, nummum aliquem Ibericum explicare studuit. Etenim in epigraphe nummorum eorum, quos nunc Contrebiae tribuimus (infra n. 100), similitudine quadam scripturae fallaci ductus, L. Afranii eius, qui legatus Cn. Pompei in Hispania fuit, nomen agnoscere sibi visus est[1]. Ursinus 1577

[1]) Familiae Romanae quae reperiuntur in antiquis numismatibus ex bibliotheca Fulvii Ursini (Romae 1577 8.) p. 12 (familia Afrania) tab. XII.

Augustinus 1587

2. Paulo post Antonius Augustinus, vir clarissimus, natu Hispanus, in Eckhelii enumeratione scriptorum numismaticorum secundus, in dialogis suis celeberrimis[2]) nummos Indigetum (n. 6) memoravit (p. 243), item (p. 247) Celsae (n. 33) et (p. 261) Conticensium (n. 103); praeterea (p. 322) Obulconensem unum (n. 120) et Gaditanos (n. 154). Hi igitur nummi tum iam videntur satis noti fuisse. Sed Augustinus quamquam recte profectus est a bilinguibus Celsae, ut ab acumine eius exspectaveris, tamen in litteris Ibericis interpretandis nihil profecit, cum exempla pauca tantum novisset.

Gorlaeus 1608

3. Qui secutus est Abraham Gorlaeus in thesauro suo numismatum Romanorum[3]) recte quidem Ursinum refutavit, quod de L. Afranio illo cogitasset. Sed cum et ipse adscriberet alios aliquot nummos Iberice inscriptos propter similitudinem typorum Romanis familiarum qui dicebantur, in similes errores incidit; quos referre nihil attinet.

Lastanosa 1645

4. Syllogen nummorum Hispanorum quantum fieri potuit plenissimam primus instituit Vincentius Iohannes de Lastanosa Oscensis[4]). In tabulis operis sui (p. 22—51. 222—224) delineatos exhibet una cum Latinis Punicis Arabicis quibusdam nummos Ibericos circiter 186. Nummorum imagines pro aetate illa et pro oppido, ubi prodierunt, sane mediocres sunt: inscriptiones vero pleraeque exhibentur accurate et fideliter. Ab interpretatione scriptor cautus omnino abstinuit. Adiecit scriptioni suae dissertationes amicorum tres, quarum primam qui scripsit P. Paulus Albinianus de Rajas primus recte observavit (p. 127 ss.) in nummis Ibericis servatum nobis esse argentum Oscense a Livio memoratum. In altera, quae est doctoris Iohannis Francisci Andrés de Uztarroz, divinando explicantur (p. 171) ad exemplum Antonii Augustini nummi Iberice inscripti Celsenses (n. 33), deinde (p. 175) Osicerdenses (n. 36) et (p. 177) Saetabitani (n. 43) et (p. 196) Saguntini (n. 40) aliquot. In tertia dissertatione, quae est doctoris Francisci Ximenes de Urrea, inter alia memoria dignum est, quod refertur ex schedis a Martino de Aragon duce de Villahermosa relictis, reperta esse illa aetate praeter frequentes, qui prodibant ex aliis Aragoniae locis, in *Longares* vico prope Caesaraugustam sito nummorum Ibericorum cum imagine equitis hastati milia duo; quorum tamen inscriptiones non adscribuntur. Thesaurus hic est argenti Oscensis antiquissimus, de quo accipimus. Syllogae Lastanosanae numeros infra adscripsi nummis in hoc libro compositis; demonstrant enim quot qualesque nummi Iberici iam tum noti fuerint.

Wormius 1636 Rudbeckius 1675 Fabre 1656 Spanhemius 1717 Mahudel 1725

5. Omitto accuratius persequi quae de nummis hisce observarunt sive occasione oblata sive data opera viri docti Scandinavi, velut Olaus Wormius, qui litteras Ibericas putabat Runicas esse et ad Visigothos rettulit[5]), et Olaus Rudbeckius[6]); Itali, velut Franciscus Fabre Mediolaniensis[7]); e nostratibus Ezechiel Spanhemius[8]), vir eximius; Galli, velut Mahudel medicus Parisinus, qui alphabetum Ibericum primus composuit, satis infeliciter. Dissertatio vero eius maximam partem agit de nummis Hispanicis Latinis, Visigothicis, Arabicis, aetatis mediae[9]). Gallus item est

[2]) Antonio Agustin, *dialogos de medallas inscripciones y otras antiguedades* ex bibliotheca A. A. Tarracone 1587 4. Editiones recentiores, versionem Octaviani Sada Italicam, editam Romae annis 1592, 1625. 1648 4., 1650, 1698, 1736 fol., Matritensem Hispanam a. 1744 4., Latinam in Andrea Schotti Hispania illustrata non curavi.

[3]) Abraham Gorlaeus, thesaurus numismatum Romanorum sive nummi cet. ad familias Romanas spectantes cet. [Amstelaedami] 1605 fol. tab. II 5.

[4]) *Museo de las medallas desconocidas españolas, publicalo D. Vincencio Juan de Lastanosa, señor de Figaruelas* cet. Oscae (*Huesca*) 1645 (224 pp.) 4.

[5]) Olaus Wormius Danica litteratura antiqua, Amstelaedami 1636, cap. 10.

[6]) Olaus Rudbeckius Atlantica s. Manheim vera Iapheti posterorum sedes ac patria, 4 voll. Upsalae 1675 ss. fol.

[7]) F. Fabre *conjectures*, Mediolani 1656 8. Librum rarum, quem Lorichs novit, non vidi. Einsdem dissertatio ms. contra Lastanosam (a. 1663) est in bibl. acad. histor. Matritensis S 61.

[8]) Ezechiel Spanhemius de praestantia numismatum Vol. I (Londinii 1717) p. 112.

[9]) M. Mahudel *dissertation historique sur les monnoyes antiques d'Espagne* Parisiis 1725 (II 66 pp.) 4. cum tabb. 16.

Bourguet, cuius vidi observationes de nummis Sethiscensibus (n. 39) Sethisensibus (n. 101) Ursavonensibus (n. 73) in epistula scripta d. 4 m. Ian. a. 1734 ad Bouhierium[10]). Hispani deinde non pauci rem attigerunt. Velut Blasius Antonius Nasarre, qui cum ederet Christophori Rodriguez opus palaeographicum in prologo nummos aliquot Ibericos protulit, ut Mahudelii alphabetum emendaret[11]). Deinde Emmanuel Martí canonicus Lucentinus, homo vere doctus, in epistula aliqua ad amicum data scripsit abstinuisse se ab alphabeto Iberico quaestione iam incohata propter difficultates innumeras et quia monitus esset visione quadam nocturna, ne in studiis illis persisteret fundamento solido carentibus[12]). E libro Nasarrii alphabetum Ibericum descripserunt palaeographi Maurini, quaedam addentes et emendantes[13]).

Bourguet 1734 — Nasarre 1738 — Marti c. 1740

6. Litteras Ibericas omnes explicare inter Hispanos primus conatus est Ludovicus Iosephus Velazquez, vir eruditus et ingeniosus, cui tamen ex longa serie operum magnorum, quae edenda suscepit, pauca tantum absolvere contigit. Dixi de scriptis eius C I L II p. XXII et *Arqueologia de España* p. 190. In dissertatione numismatica[14]) dolendum est, quod quamquam exorsus ab alphabeti Graeci comparatione tamen a iusta via omnino aberraverit. Deceptus est praeterea interdum falsa inscriptionum lectione: ita ◇ϟ⊨ legit pro eo quod est ‹ϟ⊨ et ‹‹ϟ‹, de Osca cogitans. Tamen litteras aliquot divinando recte agnovit: velut ⊨ ≢, ⊙, ‹, M, ᴎ, Ր, ꟻ, Ч; plerasque vero male interpretatus est. Nam cum exempla ad litterarum singularum formas explicandas promiscue desumeret ex alphabetis Graeco Romano Samaritano Etrusco Syrio adeoque ex Runico certo discrimine adhibito nullo, non potuit non incidere in errores gravissimos. Ut sermonis Iberici indoles plene cognosceretur nomina locorum et hominum a scriptoribus et in inscriptionibus tradita comparanda adscivit sensu quodam ductus rectissimo, neque vero satis distinxit inter regionum dissitarum vocabula originis prorsus ab Ibericis diversae compluraque admiscuit incerta et dubia. Praeterea ne ab antecessoribus quidem iam recte observatis usus est plene: ‹ΛϟΕ tam *clse* quam *lse* legit (p. 108), ‹ϟ⊨ et ‹⊨ϟϟ⊨ *cese cesse* vel *lese lesse* (p. 116); in nummo bilingui GILI et ᐟΛᴺ inscripto (n. 41) nomen Iberice scriptum legit *slen* vel *saen*, in eo potissimum sibi ipse non constans, quod unicuique fere litterae duplicem significationem tribuit. Nummos bilingues Osicerdae (n. 36) Ocili et Segidae adscripsit (p. 111), quae foedere coniuncta fuisse putabat. Itaque adhuc inconcussum iudicium stat, quod de eo tulit Eckhelius: 'ego, ut lubenter, et, quod bonum virum decet, grato animo accipio, quidquid alter solide, graviter, et ex certis causis dictavit, sic, ut temere arripium, quidquid contra cecidisse intelligo, nulla me patiar auctoritate permoveri. Enimvero quisquis libero a praeiudiciis animo opus istud pervolverit, facile mecum intelliget, pleraque in eo arbitrarie adfirmari, et in argumentorum solidorum locum succedere coniecturas, quas levissimus halitus ferat agatque' (D. N. I p. 6). Quod probat ea, quam Velazquez protulit (p. 127 s.), interpretatione tituli in *Iglesuela del Cid* reperti (n. XVI); quae sane sensu omni caret. Tamen cum iudicibus recentioribus Lenormant et Delgado dicendum est, recte Iosephum Velazquez, id quod e vetustioribus quidam senserunt neque vero satis intellexerunt, primum tria distinxisse in nummis Hispanis alphabeta, Celtibericum nummorum Hispaniae citerioris, Turdulum ulterioris, Bastulo-Phoenicium,

Velazquez 1752

[10]) Anonymus in codice Latino bibl. publ. Parisinae *fonds Bouhier* no. 165 I.

[11]) *Biblioteca universal de paleografia española, compuesta por D. Cristoval Rodriguez, que da a luz D. Blas Antonio* Nasarre, *su bibliotecario mayor* cet. Matriti 1738 fol.

[12]) Emmanuel Marti *cartas de varios autores españoles* vol. I (Matriti a. 1756) p. 391 ss.

[13]) Toustain et Tassin *nouveau traité de diplomatique* vol. I (Parisiis 1750 4.) p. 705 tab. XIII.

[14]) *Ensayo sobre los alphabetos de las letras desconocidas, que se encuentran en las mas antiguas medallas y monumentos de España* cet. *por D. Luis Josef* Velazquez cum tabb. XX Matriti 1752 (pp XIV 168) 4. Factus est liber ab academia historica Matritensi et Ferdinando VI regi dedicatus.

quae voluit, nummorum Punicorum et aliorum quorundam. In singulis deinde inscriptionibus interpretandis nomina paene ubique gentium oppidorumve agnoscenda esse recte intellexit, raro, ut in Obulconensibus, magistratuum. Sed in universum, quamquam via ingressus iusta, certi paene nihil invenit.

Florez 1757 7. Henricus Florez, rei nummariae Hispanae conditor strenuus et integerrimus, in opere suo claro[15]) qua erat prudentia a nummis Ibericis omnibus quidem enumerandis et explicandis abstinuit (vide quae de eis dixit I p. 423 et II p. 452). Sed tamen praeter nummos Punicos et Turdetanos atque bilingues aliquot etiam Emporitanos Iberice inscriptos exhibuit (n. 6), item Castulonenses (n. 118) Ilerdenses (n. 30) Iliberritanos (n. 128), quamvis nondum recte lectos. Notum est in tertium operis volumen receptos esse a sene paene caeco nummos aliquot falsos, qui fraude oblati erant serenissimo principi Gabrieli Antonio de Borbon, Caroli III regis filio; recensuit eos accurate fraudemque demonstravit Delgado (infra adn. 47). Quibus fraudibus quamquam Florezius decipi se passus est, tamen quae hic illic observavit de nummis Ibericis (veluti de bilinguibus III p. 52 et de Ilerdensibus II p. 452) plena sunt indicii et acuminis; ut exspectaveris. Typos plerumque interpretatus est rectissime; in quibusdam rebus explicandis sane erravit, veluti in capitibus, quae in nummis Ibericis plerisque sunt; deis enim Aegyptiis Romanisve vel familiae Augustae falso ea tribuebat. Interdum erroribus suis etiam Eckhelium ad falsa statuenda perduxit. Sed quod de opere eius universo iudicium tulit Eckhelius etiam ad ea valet, quae ad nummos Ibericos adnotavit. Est autem iudicium illud, quamquam iam alibi a me ex parte repetitum (*Arqueologia de España* p. 187), dignum quod hic denuo proferatur. Dicit autem Eckhelius de Florezio inter alia haec: 'omnem monetae patriae copiam tabulis aeneis . . . scite et accurate incisam repraesentavit . . . .; commentarios praecedunt prolegomena ampla varia ac multiplici eruditione referta, tanquam faces doctrinam, quae sequitur, illustrantes. In ipsis commentariis nihil est, quod amplius desideres, sive doctrinam, sive adcurationem, sive in explicando sagacitatem, sive etiam, quae maxima laus est, modestiam spectes . . . . . . Sane quoties praeclarum istud opus pervolveram, toties apud animum coepi precari, tali ingenio ac doctrina regionibus singulis . . . . . . obtingeret monetae patriae praeco, quod unum foret ac certissimum remedium, sanandi morbos omnes, qui artem numismaticam vexant' (D. N. I p. 9). Excellit enim Florez sensu quodam veritatis incorrupto et eloquentia simplici, qua legentes familiariter adlocutus instruere semel et delectare studet; ubique summa animi probitas, fides rara omnique laude maior elucent. Nummos quotquot edidit et illustravit indicavi infra in sylloge mea ubique; ut par est.

8. Pauca ad doctrinam augendam contulerunt qui brevi post Florezium in hosce nummos Bravo 1765 eorumque scripturam inquisiverunt scriptores Hispani. Ita Patricius Gutierrez Bravo, de quo dixi C I L II p. 180. 187. 216, laudandus est, quod nummos aliquot ineditos primus protulit[16]). Anonymus 1770 Schedas Anonymi alicuius, scriptas c. a. 1770, servabat Gago Hispalensis a me non visas, sed excussas a Delgado: continent imagines nummorum Hispaniae Baeticae tam e Florezio desumptas quam e nummis ipsis delineatas[17]), quibus facile carere possumus. Supplementum operis Floreziani

[15]) *Medallas de las colonias, municipios y pueblos antiguos de España* cet. *por el R. P. M. Fr. Henrique* Florez cet. Matriti vol. I (cum imagine scriptoris) II 1757 58 (pp. XIV 681) 4. (cum tabb. LIX et geographica una), vol. III, in quo etiam insunt *las de los reyes Godos*, cum tab. XVII, ib. 1773 (pp. X 296) 4.

[16]) *Noticia geografico-historica de una inscripcion romana descubierta por Setiembre de 1764 en el termino de la Villa del Arahal y de otros piedras y medallas ineditas, que dá á las amantes de la antiguedad D. Patricio Gutierrez* Bravo cet. (cum tab.) Hispali 1765 4.

[17]) Anonymi *coleccion de medallas y de varias inscripciones romanas principalmente de la Betica, recogidas de algunos mss. y de sus originales*, pp. 130, 4.

opusculum esse voluit, quod eodem anno edidit quo tertium illius volumen prodiit, Antonius Valcarcel postea comes de Lumiares[18]), amicus Iosephi Velazquez; is, cuius de inscriptionibus Ibericis merita infra exponentur. In opusculo illo praeter nummos Latinos complures primus edidit Saetabitanos bilingues (n. 43 *c*) et Ibericos (*i h*). Eodem anno Candidus Maria Trigueros Carmonensis, falsarius notus, de cuius fraudibus infra ad inscriptiones Ibericas dicemus, praeter nummos Latinos unum primus edidit Turdetanum (n. 150), quem Hispali tum servabat comes *del Aguila*, in actis academiae Hispalensis[19]). *Lumiares 1773* *Trigueros 1773*

Omitto quae in lexicis numismaticis Thomae Andreae de Gússeme (voll. VI Matriti 1773 4. cf. Eckhel D. N. I p. CLXVIII) indeque in Christophori Rasche, hominis diligentissimi (voll. XIV Lipsiae 1785—1805 8.; cf. Eckhel D. N. I p. CLXXI), de nummis Hispanis congesta sunt hodie inutilia.

Franciscus Carter Anglus quos in itinere Hispano collegit nummos Latinos Punicos Ibericos, Carteiae vel in vicinia, ut ferebant, repertos composuit in libro de itinere illo edito[20]) aeri incisos satis accurate (vol. I p. 114 ss.). Memoria dignum est inter nummos illos novem (n. 29. 30. 50. 56. 80. 87. 91. 103. 106), qui ad Hispaniam citeriorem pertinent omnes, prope Carteiam in ulteriore repertos esse; si modo fides est narrationibus, quas Carter accepit. *Carter 1777*

9. Franciscus Perez Bayer Valentinus, linguarum orientalium perquam gnarus, cuius studia numismatica in nummis Samaritanis et Punicis potissimum versata esse notum est (cf. Eckhelii D. N. I p. CLXX et III p. 436), ad indagandas refellendasque fraudes Granatenses et Carmonenses a. 1782 iter suscepit Baeticum et Lusitanum (de quibus fraudibus dixi C I L II p. XXIII 75); dicam de illo itinere infra ad inscriptiones Ibericas[21]). In transcursu vero etiam nummorum aliquot Ibericorum inscriptiones tractavit, veluti Saetabitanorum (n. 43); quos primus recte legit. *Bayer 1782*

10. Quaecumque post Florezium a scriptoribus Hispanis potissimum, quos modo enumeravi, prolata sunt, ignota fere manserunt extra Hispaniam. Certe ad Eckhelium non pervenerant. Is enim Florezium, quem merito laudavit (v. supra § 7), ita secutus est, ut e nummis Hispanicis non Latine inscriptis memoraret solummodo Punicos Gaditanos (D. N. I p. 19 et III p. 422) Abderitanos cum Canacae tum falso tributis (I p. 13 et III p. 421); deinde Turdetanos quos dicebant Asidonis et Bailonis (I p. 15) et Itucitanos (p. 24); Ibericos Castulonis, qui Ursoni tribuebantur (p. 32), Emporitanos (p. 49) Ilerdenses (p. 51); denique bilingues Gilitanum (p. 61) Osicerdensem (p. 54) Saetabitanos (p. 55) Saguntinos (p. 56); quibus admiscuit etiam bilinguem Valentinum falsum (p. 59). Titulos vero Punicos Ibericosve nec adscripsit nec explicare conatus est. Iudicii aequitatem et sobrietatem, quas in Eckhelio omnes admiramur, in hac quoque operis parte conspicuam esse vix est quod memorem[22]). *Eckhel 1792*

11. Exinde per aliquod temporis spatium post Florezii Eckheliique operam silentium inter viros doctos obtinuit de nummis Hispanicis. Nam exigui momenti sunt quae Petrus Alphonsus O'Crouley, scriptor Hispanus originis Hibernicae, praestitit, cum in sermonem Hispanum verteret *O'Crouley 17[illegible]*

[18]) *Medallas de las colonias, municipios, i pueblos antiguos de España hasta hoi no publicadas, recogidas y esplicadas por Don Antonio* Valcarcel *Pio de Saboia i Spinola*, cum tabula, Valentiae 1773 (pp. VIII 22) 4.

[19]) *Candido Maria Trigueros* in *memorias de la Academia de Sevilla* vol. I (Hispali 1773 4.) p. 320 s.

[20]) *A journey from Gibraltar to Malaga by Francis* Carter cet. (cum tabulis duabus nummorum ineditorum) vol. I Londinii 1777 8.

[21]) *Francisco Perez* Bayér *diario del viaje que hizo desde Valencia a Andalucia y Portugal en 1782*, ms. bibliothecae publicae Matritensis 2 voll. fol. V 193. 491 et bibliothecae academiae historicae Matritensis C 77 *Est.* 25. 4.

[22]) Ios. Hil. Eckhel doctrina nummorum veterum vol. I (Vindobonae 1792 4.) p. 1 ss.

Iosephi Addison Angli de re numismatica librum[23]). Explicationes nummorum, quas profert, redire videntur ex parte ad Candidum Mariam Trigueros (supra § 8); ita sane comparatae sunt, ut ab Eckhelio spretas esse non mireris. Inedita mansit dissertatio de nummis Celtibericis, Conde c.1799 quam ineunte hoc saeculo conscripsit Iosephus Antonius Conde, homo linguae Arabicae quamquam mediocriter tantum gnarus, tamen iudicio acuto non destitutus. Servatur illa inter schedas eius Matriti[24]): cum examinarem a. 1860 bonae frugis pauca continere visa est. De eiusdem viri studiis Ibericis infra ad inscriptiones dicetur. Prorsus autem ab omni ratione abhorrent, quae Algorfa 1800 marchio de Algorfa nonagenarius de nummis Hispanis protulit in dissertatione quadam[25]), in qua inter alia probare studuit nummos capite Herculis insignitos cusos esse ab ipso illo sive deo sive heroe, alios nummos Hispanos a regibus vetustissimis non minus fabulosis. Recte miratus est Lorichs, quod tales ineptiae laudes ea aetate obtinuerint non a criticis tantum Italis, sed ab ipsa academia Parisina. Sanioris sane iudicii documenta, neque tamen probabilia sunt quae Olaus Ger-Tychsen 1808 hardus Tychsen, professor Rostochiensis linguae Arabicae rerumque orientalium perquam gnarus, de nummis Ibericis exposuit, cum scripturam eorum derivare studeret ex alphabeto Ionico, tum nondum satis explorato[26]).

Bustamante 1779 12. Interim ab eadem fere iam aetate, qua Trigueros conamina sua infelicia studiis hisce intrudere suscepit, non sine fructu eisdem operam dare inceperat homo modestus et optimae fidei Guilelmus Lopez Bustamante, bibliothecarius regius Matritensis. Edita ab eo exstat dissertatio numismatica una tantum, sed bonae frugis, de nummis falso Mundae tributis[27]). Inedita vero mansit scheda manu eius scripta, in qua fructum studiorum in nummis Ibericis explicandis diu collocatorum breviter consignavit ita, ut alphabetum a Ludovico Iosepho Velazquez olim propositum emendaret. Visa est scheda illa et excussa ab Antonio Delgado (*nuero metodo* I p. XVI); Puertas atque is primus observavit Bustamantis esse pleraque, quae per Damasum Puertas, medicum Hispanum saeculo proximo Florentiae degentem inter ducis de Alba familiares, de litteris Ibericis comperit Dominicus Sestini numismaticus clarus. Bustamantis alphabetum postea editum est a Boudardo (*numismatique ibérienne* p. 16 tab. II), qui acceperat a Migliarinio bibliothecario Florentino.

Sestini 1818 13. Sestinius enim, cum nummos ederet musei Hedervariani, ipse testatur in Ibericis explicandis se usum esse schedis a Puertas secum communicatis[28]). Multa sane sive Bustamante sive Sestinius ipse statuerunt minus recte: iure inter alia Lorichs illud in eo reprehendit (*recherches numismatiques* p. 11 s.), quod saepe unam aliquam litteram Ibericam tribus quattuorve Graecis Latinisve aequalem fuisse statuisset. Ita ♀ tam *c*, *g*, *q* quam *o* et *r* et *d* fuisse voluit secundum nomina populorum oppidorumve diversa, quae in nummis deprehendere sibi visus est. Contra

[23]) *Diálogos sobre la utilidad de las medallas antiguas por José Addison, traducion de D. Pedro Alonso O'Crouley; contiene la coleccion de monedas de este* cet. Matriti 1795 8.

[24]) *José Antonio Conde apuntes para una disertacion sobre monedas celtibericas* in bibliotheca academiae historicae Matritensis *Est.* 27 *gr.* 6 E 152 f. 1—38.

[25]) *Disertacion sobre las monedas desconocidas españolas, su autor D. Ignacio Perez de Sarrio y Pararisino, marqués viudo de Algorfa, señor de Fermentera* cet. Valentiae 1800 (pp. 32) 4.

[26]) Tentamen de nummis sic dictis incognitis veterum Hispanorum inclytae R. Academiae Suevo-Gothicae cet. oblatum ab Olao Gerhardo Tychsen in *Kgl. Vitterhets Historie och Antiquitets Academiens handlingar* cum tabulis tribus vol. VIII (Stockholmiae a. 1808 8.) p. 1—34.

[27]) *Examen de las monedas antiguas attribuidas á la ciudad de Munda en la Betica por D. Guillermo Lopez Bustamante, bibliotecario de S. M.* Matriti 1779 4.

[28]) *Descrizione delle medaglie ispane appartenenti alla Lusitania, alla Betica e alla Tarragonese, che si conservano nel Museo Hedervariano, per Domenico Sestini* cum tabb. X Florentiae 1818 (pp. V 227) 4.

laudavit eum Delgado (*nuevo metodo* I p. XVII) multa cum aequitate, quod adiutorio Bustamantis errores Ludovici Iosephi Velazquez non paucos feliciter sustulerit; neque igitur immerito Sestinii interpretationes iuxta Florezii Eckheliique per aliquod tempus viris doctis acceptas mansisse. Tamen ne eius quidem opera ullo modo satisfacere potuit, cum ex quibus Hispaniae regionibus nummi Iberici provenerint nequaquam respexisset in explicationibus suis, sed ex arbitrio suo tribuisset oppidis regionibusque Asturiae Gallaeciae Lusitaniae, ubi nulli unquam eius generis nummi reperti sunt. Interpretationibus eius quibusdam ineptissimis post Ukertum etiam his nostris diebus Carolus Müller Ptolemaei editor doctissimus immerito fidem habuit. Tamen in hac sylloge mea adscripsi libri eius locos, ubi de singulis nummis verba fecit nonnullosque primus edidit, propterea quod auctoritatem eius diu secuti sunt numismatici, et ut constaret, quot qualesque tum nummi Iberici noti fuissent. Sestini

Sestinium potissimum auctorem habuit Mionnetus, qui cum in primo operis sui notissimi voluminc brevissime rettulisset de nummis Ibericis, in supplemento uberius exposuit de eis sub titulo *chefs espagnols*[29]) sane minus apto. Mionnet

14. Aequales Mionneti qui fuerunt Iacobus Christianus Lindberg et Fridericus Münter, ii de nummis Punicis quidem rectius legendis meriti sunt, ad Ibericos vero nihil contribuerunt[30]). Lindberg Münter

15. Post Ludovici Iosephi Velazquez operam saeculum paene integrum delapsum est, antequam nummi Iberici omnes denuo a viro quodam docto examinati sunt. Examinandos enim suscepit Felicianus de Saulcy, inter milites doctos Francogallos ingeniosissimorum unus, vir omni comitatis atque liberalitatis, quas ipse expertus sum, dum Parisiis moror a. 1860, laude florens. Is quodcumque litterarum et potissimum nummorum genus in vita sua laboriosa tractavit (atque multa sane et varia tractanda sibi sumpsit), non solebat dimittere nisi auctum et illustratum, quamquam ingenii ardore et velocitate ut absolveret studia et penitus exhauriret a se impetrare nequibat. Libri vero eius, quem edidit de nummis Ibericis[31]), fundamentum ipsum, quod iecisse sibi visus erat solidissimum, nullo fere negotio everti potest. Putabat enim, ut postea similiter Boudard, inscriptionibus nummorum Latinorum in Hispania cusorum inmixtas esse litteras Ibericas, quae redirent in nummis Ibericis ipsis (*essai de classification* p. 22 ss.). Quod nullo modo ita se habere inter intellegentes constat: immo inscriptiones nummorum illorum mere Latinae sunt, litterarum formae vetustae et interdum barbarae, sed a peregrinis omnino diversae. Praeterea Saulcy ne in adhibendis quidem nummis bilinguibus ab erroribus cavit (p. 27): nam Obulconis et Carbulae quos voluit bilingues non exstant, Celsae Gili Osicerdae bilinguibus veris usus est non recte, Saetabitanos et Saguntinos ignoravit; solos Bilbilitanos paene recte explicavit. Recte quidem in interpretatione exorsus est a nominibus geographicis Hispanis apud Plinium aliosque scriptores veteres traditis: sed, paene ut Sestinius, nullum adhibuit locorum, ubi nummi prodierunt, discrimen accuratum, ita ut eos tribueret magna ex parte locis a vera patria longe remotis. Recte nummos Ibericos plerosque modulum Romanum sequi intellexit sensitque in legendis litteris Ibericis non posse veritatem assequi nisi qui omnes certa et aequabili ratione explicaret: neque vero ipsi hoc contigit. Saulcy 1840

———

[29]) *Description des médailles antiques grecques et romaines* vol. I (Parisiis 1806 8.) p. 1—63. *Supplément* vol. I ibid. 1819 p. 122—128.

[30]) Jac. Christ. Lindberg commentatio de nummis Punicis Sextorum cet. miscellanea Hafniensia II (Hafniae 1824) p. 339—382; Frid. Münter descriptio nummorum aliquot veteris Hispaniae et Italiae ib. p. 383 s.

[31]) *Essai de classification des monnaies autonomes de l'Espagne par F. de Saulcy* cet. cum tabb. VI et mappa geographica Metz 1840 (pp. X 219) 8.; eiusdem *notice sur quelques monnaies autonomes d'Espagne, encore inédites ou mal décrites jusqu'à ce jour, Revue numismatique* VI 1841 p. 5—11. Cf. Lavallée in ephemeride *le Temps* d. 5 m. Martii a. 1841 et Hadrianus de Longpérier *Revue numismatique* VII 1841 p. 322—332.

Saulcy Itaque quamquam Ilerdae nomen, ut antea alii, in nummis eius (n. 30) non potuit non agnoscere (p. 39), casu tantum accidit, ut alia quaedam nomina divinando recte vel paene recte interpretaretur: at in plerisque a veris vel a veri similibus prorsus aberravit. Adnotavi in hac sylloge mea quos nummos tractaverit homo in erroribus quoque amabilis, sed omisi interpretationes eius pravas ex prava etiam interdum lectione ortas adscribere (audacter exstare negat verbi causa formas ⊼ et ⊻, quae certae sunt): ut constaret quos ille ea aetate nummos novisset. Supplevit opus suum Saulcy paullo postea, cum ederet nummos musei Florentini Ibericos a Sestinio non satis plene descriptos, item nonnullos e syllogis Galliae meridionalis antea sibi ignotos: quos eadem ratione explicare studuit atque reliquos. De libro eius iudicaverunt Lavallée, cuius e Lorichsio tantum novi iudicium, et Hadrianus de Longpérier vir doctissimus. Is acute, quamvis benigne ut solebat, probavit quidem in universum quas Saulcy secutus esset interpretandi rationes: sed tamen multa, in quibus peccasset, sagaciter indicavit.

de la Saussaye 16. Auxit nummos Ibericos adhuc notos editis eorum quibusdam, qui e Gallia Narbonensi videntur provenire, de la Saussaye, vir accuratissimus et de nummis patriis optime meritus, in opere de nummis Galliae Narbonensis[32]); in quo tamen interpretationem litterarum Ibericarum, quae in nummis illis obviae sunt, non attigit (v. infra ad regionem Emporitanam adnotata cap. I et n. 2. 15 *eg*).

Grotefend 1837—1844 17. Eisdem quibus Saulcy temporibus inter nostrates unus Carolus Ludovicus Grotefend Hannoveranus, de re epigraphica et numismatica postea bene meritus, ad nummorum Ibericorum inscriptiones explicandas utilia quaedam contulit, quae cum Saulcyo communicaverat priusquam in lucem edita sunt. Etenim eventus insignis, quem ea fere aetate habuerunt studia in Aegyptiorum et Assyriorum scripturam explicandam a multis conversa et in linguas atque monumenta epigraphica populorum Italicorum colligenda, moverat Grotefendium, ut vestigiis insistens Georgii Friderici patrui, inscriptionum cuneiformium et linguarum Umbricae et Oscae indagatoris felicis, et duce usus libro a Gesenio de Hebraeorum scriptura edito, iam a. 1837 in tabulis quattuor inscriptiones nummorum Ibericorum componeret. Quas postea auctas et emendatas, adhibito libro a Feliciano de Saulcy interea edito, adnotationibus brevibus instructas publici iuris fecit in ephemeride numismatica, quae in paucorum tantum manus pervenit[33]). Ibi litterarum aliquot Ibericarum, veluti ↑ litterae (quam pro *o* habuit, cum potius *u* esse videatur), novas protulit explicationes eis ex parte simillimas, quas postea Delgado amplexus est. Atque Delgado Grotefendii tabulas merita laude prosequitur (*nuevo metodo* I p. XVI), quibus multa se debere ingenue confitetur. Postea Grotefendius studia haec deseruit; sed occasione quadam oblata unum aliquem nummum Hispanum edidit Segobrigae Latinum, quem recte explicavit (infra n. 89[a]).

Lenormant 1838 18. Similiter atque Grotefendius prius quam Saulcy librum suum edidit in eandem harenam descendit alius homo doctus Francogallus, Carolus Lenormant senior professor Parisinus. Is cum iam antea praelectionibus in universitate Parisina habitis de rebus Ibericis disserere solitus esset, quae a. 1838 exposuit a. 1840 edidit in compendium redacta in ephemeride numismatica Parisina[34]). Caute et prudenter a certioribus ad incerta progressus rectam viam monstravit, qua

[32]) *Numismatique de la Gaule Narbonnaise par M. L. de la Saussaye*, cum tabb. XXIII. Parisiis (Blois) 1842 (pp. 204) 4.

[33]) C. L. Grotefend *zur Entzifferung kelt-iberischer Münzlegenden* in H. Grotii *Blätter für Münzkunde* vol. IV (Leipzig 1844 4.) cum tabb. XVIII. XIX p. 175—182 cf. p. 252.

[34]) *Extrait d'un mémoire sur l'origine de l'alphabet celtibérien et sur la valeur de quelques-uns des caractères qui le composent par M. Ch. Lenormant (extrait de l'une des leçons d'histoire ancienne professées, en 1838, à la Sorbonne)* in *Rev. numismatique* V 1840 p. 1—15.

alphabeta Iberica tam citerioris quam ulterioris Hispaniae aetate vetustissima e Phoenicum litteris originem cepissent, quamvis scriptura iam in nummis Ibericis antiquissimis dextrorsum procederet contra usum Phoenicium. Neque vero explicavit alphabetum integrum: quae de singulis litteris observavit ex parte vera Delgado postea in suum usum convertit. Litteras Turdetanas quas dicunt comparavit cum Libycis inscriptionis Thuggensis aliisque similibus atque in universum si in studiis hisce voluisset persistere, non pauca sine dubio absolvere laudemque inde insignem sibi parare potuisset. Sed praecepta eius paucis innotuerunt, donec ab oblivione vindicavit Delgado. Lenormant

19. Quae simul fere cum Grotefendio Georgius Rathgeber Gothanus de nummis Hispanis musei Gothani composuit[35]) inprimis Sestinium secutus, ea ad doctrinam augendam nihil contulerunt. Rathgeber

Sauleyum praeterea in nummis Ibericis componendis secuti sunt collectores recentiores duo Akerman Anglus[36]) et Sabatier Francogallus[37]), quorum syllogas memorare sufficiat, cum aliorum tantum opiniones referant. Ita ad rem promovendam exiguae utilitatis fuerunt, quamquam Akermanus hic illic quaedam attulit ad nummos explicandos non prorsus inutilia. Akerman Sabatier

20. Quod Feliciano de Sauley non contigerat, ut scripturam Ibericam recte explicaret, id alia prorsus via ingressus sibi visus est consecutus esse Gustavus Daniel de Lorichs, Suecorum regis apud Hispanos per multos annos orator Matriti degens nummorumque Ibericorum collector pertinax. Atque id sane ei contigit, ut nummos Ibericos multo plures colligeret quam qui ante eum studiis illis operam dederant; exstant nummi eius nunc Stockholmii in numophylacio regio (cf. Philologus XXVII 1868 p. 199 et *bol. de la Acad.* II 1882/83 p. 15). Quos quod suo sumptu optime delineandos curavit ab homine quodam oculatissimo C. Sensi et edidit in opere splendido[38]), laude summa dignus est; nam eis omnibus, qui nummos ipsos videre et tractare nequeunt, opus eius hodie quoque imagines praebet in universum longe fidelissimas. In eo tantum aliquotiens delineator peccavit, quod typos interdum nimis pulchros reddidit, ita ut Graecorum pulchritudini similiores evaderent quam re vera sunt. Quod tamen non in omnes cadit; nam multi pulchri sunt eaque apud Lorichsium et fide et proprietate repraesentati, quam nemo facile superaverit. Scriptis quoque eorum virorum doctorum, qui antea de nummis sive de lingua et antiquitatibus Ibericis commentati sunt, studiose undique sibi comparatis usus est Lorichsius diligenter; enumerat quotquot nancisci potuit in operis praefatione. Laudem vero, quam meritus est colligendo et edendo, plane pessum dedit ratione perversa, qua nummorum inscriptiones explicare studuit. Etenim sibi persuasit inscriptiones nummorum Ibericorum omnes Latinas esse et continere indicationes locorum eorum, quibus cusi essent, numeris designatorum officinae monetariae. Qua in opinione ex parte secutus est auctorem fide minime dignum Iohannem Franciscum Masdeu, qui et ipse in historia sua Hispana (de qua dixi C I L II p. XXIII 77) nummos illos Latine inscriptos esse iudicaverat. Litteras singulas sane magna cum libertate ex Latinis formatas esse statuit Lorichsius; necessario, nam aliter opinionem suam defendere omnino non potuisset. Quo factum est, ut distinguendas esse putaret litteras simplices numero 267, ligatas ex pluribus 135, quarum permultae etiam numerorum vices egissent; praeterea numerorum signa decem. Etiam typos aliquot nummorum, veluti lyram in Carbulensibus Latinis (n. 125) pro numero VII habuit Lorichs 1852

[35]) G. Rathgeber *Uebersicht über die spanischen Münzen in Gotha* in Grotii *Blätter für Münzkunde* IV 1844 p. 69 ss.

[36]) *Ancient coins of cities and princes, geographically arranged and described by J. Yonge Akerman* (cum tab. I—XII p. 1—120) Londinii 1846 8.

[37]) J. Sabatier *iconographie d'une collection choisie de cinq mille médailles romaines, byzantines et celtibériennes* (tabb. CXCVII) St. Petersbourg 1849 fol.

[38]) *Recherches numismatiques, concernant principalement les médailles celtibériennes, par Gust. Dan. de Lorichs* cet., *tome premier* (unicus) cum tabb. LXXXII Parisiis (pp. 217) 4.

Lorichs credit ditque significare officinam monetariam septimam (*recherches* p. 88). Exemplum interpretationum eius profero nummorum Saguntinorum (n. 40 *a*) inscriptionem DO<ᚠ<DC/V, quam ita legit *decima quinta o(fficina) se(natus) S(paniae) c(iterioris) n(umorum) trium sestertium*; tres enim globulos, qui in nummo cernuntur, tres sestertios esse voluit (*recherches* p. 163). Etiam Lyciorum scripturam ad nummos Ibericos legendos adhibuit (p. 185 ss.). Quae omnia quam perversa sint demonstratione accuratiore non indiget. Rationem suam si viris doctis in universum probavisset, promisit in fine operis (p. 246) alterum volumen se editurum esse, in quo nummis per annos triginta quinque collectis et editis novos quosdam addere et explicationem longius provehere sibi proposuerat. Quodsi minus ei contigissent quae sperasset, *si ces recherches doivent . . . laisser le problème dans le même état d'incertitude*, iam nimium se ait dixisse; operis autem volumen illud alterum numquam prodiit. Quod timebat evenit; opiniones suas nemini persuasit atque fructus ex explicandi ratione illa nullos omnino percepimus. Nihilo minus sunt quaedam quae recte observavit de nummorum origine et typis: quae infra religiose adnotavimus. Imagines vero nummorum cum longe superent ab Heissio propositas, ut infra videbimus (§ 23 adn. 47), tabularum eius numeros ubique adscripsi in hac sylloge mea, paginarum, ubi interpretationes suas profert, omisi. Ceterum eo quoque nomine scriptor laudandus est, quod primus edidit inscriptionem Ibericam Castellonensem (infra n. XXII) itemque titulum Ibericum e turri *de Alcazar* quamvis minus memorabilem (n. XXXVIII). Tabulae Lorichsianae iam non omnes nummos continent; accesserunt postea nummorum inscriptiones novae paucae quidem, sed iam notarum varietates complures.

21. Qui post Lorichsium nummorum Hispanorum cognitionem promovere studebant viri docti, sive catalogis eorum editis sive observationibus ad eos congestis, utilia quidem protulerunt Gaillard 1852 non multa, neque tamen omnino spernendi sunt. Ita Iosephus Gaillard Francogallus cum nummos collectoris alicuius Hispani describeret et imaginibus illustraret, nova quaedam publici iuris fecit[39]). Scott 1853 Observationes aliquot exigui momenti de nummis quibusdam Ibericis et Latinis Hispaniae W. H. Scott Anglus congessit[40]). Ab anno 1853 incipiunt Antonii Delgado studia numismatica, de quibus infra plene dicetur (§ 24 adn. 48). Qui postea condita ephemeride numismatica apud Hispanos unica Campaner 1857 optime meritus est Alvarus Campaner, e iudicibus Hispaniae supremis celeberrimis, Palmensis Balearicus, ea fere aetate primitias edidit studiorum numismaticorum, quorum fructus varii infra saepe laudandi erunt. Incepit autem ille a nummis Visigothicis Hispanis, qui post Florezium prorsus neglecti iacuerant, augendis; sed statim etiam ad vetustiores se convertit. Inprimis vero operam dedit nummis insularum Balearium (n. 112), unde oriundus est et in quarum maiore sedes habet patrias, colligendis et illustrandis; de eis opus eius est primarium[41]). Catalogum nummorum Hispanorum, qui aetate liberae rei publicae cusi sunt, omnium composuisse sibi visus est Cerdá 1858 eisdem fere temporibus Cerdá[42]): sed inceptum minime perfecit.

[39]) *Description des monnaies espagnoles et des monnaies étrangères qui ont eu cours en Espagne, composant le cabinet monétaire de D. José Garcia de la Torre, par Joseph Gaillard* (cum tabb. XXII) Matriti 1852 (pp. XVI 516) 8. Idem duobus annis postea alterum catalogum nummorum Hispanorum edidit, quem non consului.

[40]) *Ancient spanish coins* by W. H. Scott, in *Numismatic Chronicle* vol. XVI a. 1853 p. 1—20.

[41]) *Apuntes para la formacion de un catálogo numismatico español por D. Alvaro* Campaner *y Fuertes* (cum tabula) Barcinone 1857 (pp. 112) 16°; eiusdem *descripcion de algunas monedas godas no conocidas por Florez*, *Memorial numismatico* I 1866 p. 111—159 tab. V, III 1873—75 p. 47—55; *algunas observaciones sobre un semis inedito de Ulia* ibid. II 1868 p. 191—191 tab. VII 7; *nuevos descubrimientos en la numismática española* ibid. IV 1877—79 p. 12—15; *una moneda inedita de Ebusus* ibid. II 1868 p. 57—88 tab. II. III; denique *Numismatica Balear, descripcion histórica* cet. *de las monedas* cet. (cum tab. XI) *Palma de Mallorca* 1879 (pp. XLIV 360) 4.

[42]) *Catálogo general de las antiguas monedas autónomas de España con noticia de sus leyendas, tipos* cet. *por D. M. Cerdá de Villarestan*, Matriti 1858 (pp. 86) 8.

Redeundum est ad alterius cuiusdam viri docti conamina, qui post Feliciani de Saulcy et Danielis de Lorichs opera de palma in litterarum Ibericarum explicatione auferenda decertavit.

22. Etenim P. A. Boudard Baeterrensis Francogallus, homo modestissimus et amore antiquitatis patriae ardens, cum ipse nummos Ibericos multos collegisset, praesertim in Gallia Narbonensi reperiri solitos, pluresque vel observasset in collectionibus publicis privatisque patriae suae, quas examinavit paene omnes, vel accepisset descriptos e quibusdam Hispanicis, veluti ducis Ursonensis, Aloysii Heiss tum Dertosani, Benedicti Vila quae olim Malacae fuit, Emmanuelis Vidal Ramon Barcinonensis, aliis, quamvis doctrina rerum antiquarum, ut ipse sentiebat, solida paene prorsus expers, tamen inde ab anno 1852 quaestionem de significatione litterarum Ibericarum solvendam audacter suscepit[43]). Atque secutus exemplum Iosephi Velazquez et Feliciani de Saulcy ex similitudine litterarum Latinarum Graecarumque alphabetum pro arbitrio suo sibi finxit mixtum e litteris Latinis et Ibericis. In quo formando quamquam putabat solido nummorum bilinguium usus esse fundamento, tamen quae commentus est ratione omni prorsus carent. Recte quidem nomina populorum oppidorumve in inscriptionibus Ibericis quaesivit, sed lingua Vasconum hodierna abusus ab Humboldtio de aboriginibus Hispanis observata neque vero satis intellecta in suum usum convertit nullo nec temporum nec locorum discrimine adhibito. Tamen quaedam acute primus perspexit, unde laude sua non fraudandus est. Primus distinxit suffixa sive clausulas, quae in nummorum Ibericorum inscriptionibus variis redeunt varia: nimis autem audacter ea quoque ex hodierna Vasconum lingua derivavit. Ita quamquam superesse in eis flexionis Ibericae vestigia recte odoratus est, tamen fructum ex observatione illa duraturum percipere non potuit. Recte deinde primus agnovit nummos Iberice inscriptos [Iberian legend] (n. 1) tribuendos esse Narboni (*numismatique ibérienne* p. 135. 249 ss.), sed inscriptionem non recte interpretatus est. Quaedam etiam recte observavit de nominibus locorum Ibericis, quae supersunt in Gallia Narbonensi, veluti de ipsius Baeterris urbis patriae nomine (p. 246 s.). Denique primus mutationes aliquot animadvertit, quas litterae Ibericae singulae subiissent, recte; neque vero de aetate scripturae quae inde disci possunt deducere valuit, veluti in nummis Arsahsensibus (n. 52). Ceterum de eis qui antea scripsissent de litteris nummisque Ibericis cum sibi proposuerit plene referre, multa omisit aut minus accurate exposuit, utpote homo municipalis et a litterarum subsidiis uberioribus remotus. Inde etiam et explicatur et excusatur, quod liber eius typothetarum mendis scatet quodque imagines nummorum in tabulis propositae multo inferiores sunt Lorichsianis, neque congruunt ubique quae in narratione referuntur cum tabularum numeris. Non latebant vitia et defectus operis eius viros doctos, qui de eo iudicium tulerunt quamvis benigne; ut inter cives eius Hadrianus de Longperier aliique, posteaque Antonius Delgado. Male denique imponi sibi passus est interpretationibus a Boudardo propositis Georgius Phillips nostras, de quo dicetur infra (Cap. II). Ego in hac sylloge indicavi quidem nummos, quos Boudard protulit, praesertim quos adnotat e Gallia Narbonensi provenisse. Sed quae in inscriptionibus minus recte aut ipse legit aut a prioribus desumpsit, cum interpretationibus quas protulit pravis omnibus tacite omisi.

Inde fere ab anno huius saeculi sexagesimo Antonii Delgado exemplum et disciplina effecerunt, ut studia numismatica inter Hispanos aliquanto laetius efflorescerent. Atque de Iacobi

[43]) *Études sur l'alphabet ibérien* cum tabb. XI Parisiis a. 1852 8; *sur quelques médailles ibériennes dans la Revue archéologique* 1853 p. 702—714; *Essai sur la numismatique ibérienne, précédé de recherches sur l'alphabet et la langue des Ibères par P.-A.* Boudard (cum tabb. XL) Parisiis 1859 (pp. VIII 319) 4. Iudicaverunt de eis operibus A. de Barthélemy *Rev. numismatique* 1853 p. 316—321; A. de Longperier ibid. 1857 p. 180—183, vicecomes de Charencey *Annuaire de la société de numismatique* I 1866 p. 28—33.

Zobel, qui inter discipulos eius primum locum obtinet, scriptis et meritis dicetur infra accuratius, ubi ad opus eius primarium laudandum accesserimus (§ 25 adn. 49); ad Heissium alterum Antonii Delgado discipulum statim nos convertemus. Minora quaedam interim contribuerunt A. J. Fustagueras[44]), Ferdinandus Bernaldez[45]), Alexander Cerdá[46]).

Heiss 1870 23. Primus enim qui quae ab Antonio Delgado didicerat publici iuris faceret, exstitit Aloysius Heiss sive Belga sive Francogallus. Qui dum Dertosae olim (v. supra § 22) aliisque Hispaniae locis viis ferreis exstruendis instat, nummos Ibericos multos ipse collegit, qui postea cesserunt in manus Emmanuelis Vidal Ramon Barcinonensis, atque deinde Matriti apud Delgadum quotidie familiariter receptus et institutione numismatica fructus inde ab a. 1866 scriptis variis, postremo opere magno lingua patria scripto doctrinam nummorum Ibericorum integram proposuit; cui postea addidit opus non minus utile et acceptum omnibus de nummis regum Visigothorum Hispanis[47]) aliaque opera magna de nummis Hispanicis recentioribus, quae magna laude digna sunt. Atque sane laudandus est scriptor, quod etiam materiam numismaticam vetustiorem, vastam illam atque extra Hispanias tum paene ignotam, primus exhibuerit quam plenissimam, illustratam imaginibus plerumque accuratis, quamquam non tam fidelibus quam Lorichsii (supra § 20), utpote eleganter delineatis et incisis sollerter ab artificibus Parisinis. In explicandis vero inscriptionibus Ibericis usus quidem est magna cum libertate, ne severius indicemus, eis quae Antonius Delgado magister eum docuerat, sed neque doctrina linguarum Graecae Latinaeque ita valuit, ut magistri opiniones defendere et explicare potuerit, nec ubi ab eis recessit protulit quae cum sana ratione convenirent. Unde mirum non est quod ex Heissii opere de Antonii Delgado meritis recte indicari omnino non potuerit. Itaque legendi et explicandi rationes ab Heissio propositas, quas miror Carolo Müllero interdum imposuisse, plerasque silentio praetermisi. Adscripsi vero ubique, cum praesertim ordinem sequatur enumeratio eius minime perspicuum, numeros paginarum tabularumque operis scripti lingua Francogallica paene omnibus nota, propterea quod ad manus esse solet numismaticis plerisque, qui Antonii Delgado et Iacobi Zobel opera Hispanice scripta minus commode tractant.

Delgado 24. Antonius vero Delgado (1805—1879; cf. *bol. de la Acad.* I 1877/79 p. 409 ss.), ad quem nunc iam accedimus, vere dici potest numismaticae Ibericae conditor. Studia autem numismatica, quae duce patre, et ipso nummorum collectore, inde ab infantia inceperat et per totam vitam fovebat, post specimina quaedam edita annis 1853, ut supra monui, et 1857 tum demum ad finem perducere suscepit, cum relictis officiis civilibus, quibus intentus vitam Matriti degebat, senex Hispali et in *Bollullos* vico patrio otio honesto frui coepit. Atque suppetebat re vera

[44]) *Algunas observaciones acerca de la interpretacion de las leyendas o epigrafes de las medallas llamadas ibéricas y punicas* por A. J. Fustaguéras *Memorial numismático* I 1866 p. 88—93.

[45]) *Carta de D. Fernando* Bernaldez *á D. Jacobo Zobel sobre una moneda inedita de* Arza [n. 52] *Memorial numismático* II 1868 p. 269—273 tab. VII 8. Zobelii responsum recensebitur infra adn. 49.

[46]) *Sobre las monedas atribuidas á los Samusienses* [n. 107] *por Alejandro Cerdá, Memorial numismático* III 1873/75 p. 69—107.

[47]) *Note sur les monnaies celtibériennes, par Aloys Heiss, Revue numismatique belge* Ser. IV vol. IV 1866 p. 357—368; *breves apuntes sobre la época de las monedas celtiberas y el idioma en que están escritas, Memorial numismatico* I 1866 p. 64—73 tab. II; *ensayo de restitucion del antiguo alfabeto celtibero*, ibid. II 1868 p. 163—184; *conjeturas sobre las siglas que llevan varios bronces celtiberos de Emporiae*, ibid. II 1868 p. 185—190; *nota sobre las monedas imperiales acuñadas en Tarragona*, ibid. III 1873/75 p. 216—218. Paullo antea iam prodierat opus primarium *Description générale des monnaies antiques de l'Espagne* par Aloïss [sic] Heiss cet. (cum tabb. LXVIII et variis imaginibus in textum insertis) Parisiis 1870 (pp. IV 548) 4. Iudicium de libro factum est in *Mélanges de numismatique publ. par* F. de Saulcy, A. de Barthélemy et E. Hucher Le Mans 1873/75 p. 283. Secutum est alterum opus grande *Monnaies des rois wisigoths par* Aloïss Heiss (cum tabb. XIII) Parisiis 1872 (pp. IV 185) 4.; de eo cf. Alvari Campaner iudicium in *Memorial numismático* III 1873/75 p. 258.

vitae spatium ei concessum ad opus absolvendum: ipse etiam tertium volumen paene totum impressum vidit, sed duo postrema post mortem edita sunt ab amicis, sodalibus societatis numismaticae Hispalensis, quae impensam operis edendi suscepit. Eminent inter amicos eos Franciscus de Paula Caballero Infante, Franciscus Matthaeus Gago, Franciscus de Paula Collantes: adiuverunt illos, qui partes integras operis a scriptore nondum perscriptas supplebant praeter Franciscum Matthaeum Gago Hispalensem externi Emmanuel Berlanga Malacitanus et Caelestinus Pujol Matritensis[48]). Merita vero Antonii Delgado ipsius, quem cum Heissio et Zobelio, ut dixi, magistrum omnes venerabantur, nemo aequavit. Etenim quamquam ille disciplina studiorum antiquitatis doctrinaque severiore paene carebat, tamen raris ingenii dotibus et constanti observatione effecit, ut litteras Ibericas plerasque recte explicaret et post Florezium primus huic quoque numismaticae Hispanae parti fundamenta solida substrueret. Quae observaverat vel observavisse sibi visus erat in schedis adnotabat, quarum per longos annos magnum numerum accumulaverat. Schedas illas horis vespertinis, cum negotiis publicis vacaret, solebat cum amicis communicare, qui aut nummos ei attulerunt explicandos et comparandos, ut Zobelius et Heissius, aut, ut ego feci dum primum Matriti moror a. 1860, qua aetate iam dimidiam fere partem nummorum Ibericorum se legere posse mihi dixit, schedas e Florezio et Lorichsio excerptas cum eo pertractavimus, Zobelium simul studiis illis initiaturi. Alphabetum suum Ibericum ipse tum mihi exscripsit paullulum adhuc dubitanti, quod apud me servo liberalitatis eius et amicitiae testimonium: ut demonstrare possim multo ante Heissium eum haec novisse. Quae eodem tempore nobis exposuit Zobelio mihique de studiorum illorum historia et auctoribus praecipuis, de ratione qua nummi Hispani distribuendi viderentur et explicandi, eadem fere senex garrulitate quadam amabili (erat enim ut homo Baeticus magna ingenii vivacitate et naturali eloquentia praeditus) enarravit in operis sui prolegomenis. Initium ibi facit a iudicandis eorum meritis, qui antea de nummis litterisque Ibericis quaesiverint. Plenius eos enumerat quam Saulcy Lorichs Boudard fecerunt atque iudicat de eis iuste et benigne; Heissium solum, quamvis discipulum et amicum, vituperat quod quae didicisset ab ipso publici iuris fecisset nec vere nec accurate. Admodum commode deinde, veluti alter Eckhelius, ante omnia fraudes removet, quae Florezii volumen tertium, ut supra (§ 7) vidimus, dedecorant atque postea etiam ab aliis scriptoribus prolatae sunt (*Nuevo método* I p. XXI ss.). Deinde simplicissima usus ratiocinatione fundamenta iacit explicationis, praecepta ea, quae de nummis in universum proposuerant Florez Eckhel Mionnet alii, ad Ibericos quoque applicans. Contra Lorichsium evincit, etiam in nummis Ibericis aliud nihil inscribi potuisse praeter aut nomina populorum locorumve aut interdum magistratuum, atque probabile indicat in nonnullis non unius oppidi nomen, sed duorum foedera societatesve indicari. Non neglegendum esse monet ea, quae de locis constarent, ubi nummi singulorum populorum aut inventi sint magno numero aut soleant singillatim inveniri frequenter. Nummos aereos potissimum non solere longe ab eis locis inveniri, ubi cusi essent; argentum contra per totam fere paeninsulae regionem orientalem promiscue in usu fuisse. Ita verbi causa nummos Tarracone frequentissime olim repertos et semper reperiri solitos, qui ᛍᛋᛈ inscripti sunt (n. 21), certissima ratione ei genti tribuendos esse, quae

[48]) *Nuevo método de clasificacion de las medallas autónomas de España, por D. Antonio Delgado, de la Academia de la Historia, publicado á expensas del círculo numismático, Sevilla* vol. I—III 1871. 1873. 1879 cum tabb. CXCV (pp. CLXXXVII 160. 395. 486) 4. Praecesserunt operi huic eiusdem *Observations numismatiques sur les monnaies de l'Espagne*, *Revue numismatique* 1853 p. 413—418 (Osturium) 1855 p. 229—241 (Onuba et Ilipa) p. 301—321 (Olontigi et Ituci) et catalogus collectionis Lorichsianae *Catalogue des monnaies et des médailles antiques, du moyen âge et des temps modernes composant le cabinet numismatique de feu Mr. Gustave Daniel de Lorichs, fait par* A. Delgado Matriti 1857 (pp. VII 316) 8.

Delgado Tarracone sedes habuit. Quae Boudard primus observaverat de inscriptionum Ibericarum suffixis clausulisve diversis, Delgado primus adhibuit ad accuratius definiendas regiones eas, quibus nummi singuli tribuendi viderentur (I p. CXLIV ss.). Quae tamen suffixa rectissime existimat non cum Boudardo explicanda esse ex hodierna Vasconum lingua, sed aliqua cum audacia comparat cum casibus linguarum Latinae sive Celticae. Ita ϟ (*s*) genetivo singulari generis masculini, H (*e*) feminini, ≺Ν et ≺Ν (*cen* et *cn*) et ΣΨ (*q(u)m*) genetivo plurali, ΣΜ (quod *qos* legit) nominativo vel (sic!) accusativo plurali masculini (comparat Hispanorum formas *Austriacos* et similes!) putat aequales esse. In his errores inesse quivis videt, quos condonabimus homini nequaquam grammatico; neque igitur recte fecerunt qui post eum inde linguam Ibericam stirpis Indogermanicae esse indicaverunt. Scripturam vero Ibericam Delgado cum Lenormantio perspexit derivatam esse recta via ex Phoenicia, non ex Graeca Latinave: id quod infra omnino verum esse apparebit. Quaedam non minus recte observavit de ratione, qua scriptura Iberica ex Phoenicia rotunda et minus distincta sensim mutata esset, magisterio fortasse Graecae Latinaeque, in formas aequabiliores, angulatas, monumentales: ut ex ᛘ facta sit Ψ, ex Ж plerumque Ψ et Y (at vide infra cap. III § 9), et similia. Sed tamen in hisce observationibus non usque quaque sibi constitit neque pauca sane eis reliquit indaganda et explicanda, qui post eum venerunt: quamquam fundamenta in his quoque iecit et pleraque feliciter enucleavit. Reliquit omnino pertractandam partem proprie numismaticam, quae est de origine aetate pretio typis varietatibus nummorum; neque enim satis noti ei erant nummi Punici Graeci Romani extra Hispaniam reperti eorumque typi et discrimina. Sed quae doctrina numismatica accuratiore neglecta ex mera observatione et comparatione redundant, ea in his quoque rebus acumen eius minime fugerunt. Ita apte primus ubique distinxit fabricam nummorum barbaram ab eleganti; neque vero inde certum de aetate eorum indicium formavit (I p. LXXXIV ss.). Observavit acute signa typis addita ad populorum locorumque discrimina spectare, taurum Punicis, equum Carthaginiensibus, lupum et aprum Ibericis, delphinum navigationis indicem locis aut maritimis aut ad Hiberi ripas sitis plerumque propria esse. Insunt ratiocinationibus eius in universum simplicibus falsa quaedam, veluti ea, quae quamvis Vascophilorum ipse inimicus tamen e Vasconum lingua hodierna putabat derivanda esse, et incerta, veluti ea, quae Aurelianum Guerra ducem secutus ex signis illis animalium deduci posse credebat ad fines inter gentes singulas definiendas. Ita verbi causa *cerdo* vocabulum, quod Hispanice porcum significat (a *cerda* saeta) cum Cerretania (*Cerdaña*) composuit, et Surdaones cum *tsurda*, quod Vasconum lingua idem significaret. Usus autem eius generis indiciis variis multiplicibusque nummorum Ibericorum copiam adhuc plane indigestam secundum origines distribuere et certis populis regionibusque attribuere primus suscepit. Quod quatenus ei successerit infra videbimus. Neque vero sequi voluit in nummorum enumeratione, qualem in opere suo usurpavit, rationes geographicas a se ipso excogitatas. Sed solam adhibuit distinctionem provinciarum duarum vetustam citerioris et ulterioris: eam secutus nummos praeterea ex locorum ordine disponere contentus fuit ita, ut etiam Iberice tantum inscriptos quamvis incertae non raro interpretationis insereret secundum alphabetum Latine vel Graece vel Punice inscriptis. Quo fit, ut nummi singuli, quamvis alphabetice enumerati, tamen nisi indice consulto aegre plerumque in opere Delgadi inveniantur. Seriem autem eorum exhibet pleniorem quam qui ante eum fuerunt omnes; additae sunt imagines non elegantes quidem et tam Lorichsianis quam Heissianis inferiores, utpote Hispali factae: sed tamen in universum fideles. Quamquam diu ante Heissium Delgado explicandi rationes suas ad finem perduxerat doctrinamque absolverat, tamen, cum opus sero prelis subiceretur, respicere potuit Heissii opus et Zobelii dissertationes antiquiores. Qui proprio Marte ad opus consummandum contribuerunt Gago Berlanga

Pujol recentiores quoque investigationes in usum converterunt; quod tenendum est in opere Delgadiano recte adhibendo. Omnia si coniunctim consideramus, sylloge haec plenissima subsidium est eritque semper primarium studiorum ad res Ibericas spectantium. Sed necessario iuxta adhibendae sunt curae virorum eorum, qui errores sustulerunt, materiam auxerunt, interpretationem promoverunt, Iacobi Zobel, Emmanuelis Berlanga, Caelestini Pujol. Delgado

25. Iacobus Zobel de Zangroniz, inde fere ab a. 1860, ut supra dixi, quo anno mihi contigit, ut iuvenem docilitate insigni praeditum multas res, quae huc faciunt, edocerem, inter Antonii Delgado discipulos ardore colligendi, ingenii acumine, doctrina multiplici excellens, primus nummos oppidorum aliquot provinciae Baeticae meridionalis edidit et explicavit, quos Libyphoenicios ipse appellavit, Turdetanos postea Delgado, Tartessicos Berlanga dixerunt. Addidit huic seriei nummum unum Arsae (n. 151) Ferdinandus Bernaldez, de quo nummo Zobelius primum dubitaverat; postea vero genuinum esse intellexit. Deinde nummos aliquot bilingues Salaciae, Lusitaniae meridionalis oppido, tribuit (n. 188) neque vero persuasit Delgado et Berlangae. Paulo post felicissimo invento nummos Punicos a Barcidis Carthagine nova emissos detexit primus et descripsit (n. 96ª); quo invento novum fundamentum addidit historiae numismaticae Hispanae, Florezii et Eckhelii opera egregie augens. Studiorum vero, quae per multos annos conferebat in nummos Ibericos proprie dictos, exemplaria eorum quotquot videre potuit in collectionibus Hispaniae, Galliae, Britanniae, Germaniae conquirens diligentissime et inter se comparans, specimina edidit prima, cum seriem largam nummorum Saguntinorum componeret et explicaret; qua occasione contra Ludovicum Müllerum, numismaticum Havniensem iam vita functum, disputavit, qui nummos Barcidarum Hispanos Africae vindicare studuerat; frustra omnino. Postremo, aliquot annis interiectis postquam materiam amplissimam undique congestam ad manus habuit, edere coepit in ephemeride numismatica Alvari Campaner amici opus universale, quo fundamentis ab Antonio Delgado magistro iactis nisus operam eius usque quaque fulsit auxit correxit[49]). Atque opinionem eam, qua ille litteras Ibericas interpretatus est ex Punicarum formis paullo mutatis, fulsit observationibus novis et evidentibus. Seriem nummorum ab illo propositam exemplaribus non paucis illi nondum notis auxit. Denique rationem universam, qua ille nummos distribuerat, correxit, cum primus e comparatione nummorum Graecorum Italicorum Punicorum, usus eis quae Mommsenus occasione data exposuerat in dissertatione de thesauris nummorum in Hispania repertis[50]), aetates, typos, Zobel

[49]) Zobelii scripta minora haec sunt: *spanische Münzen mit bisher unerklärten Aufschriften* (cum tabb. V) in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft* XVII 1863 p. 336—357 et postea Hispanice *noticia de varios monumentos que demuestran la existencia de un alfabeto desconocido empleado antiguamente en algunas de las regiones de la Bética* in *Memorial numismatico español* I 1866 p. 7—41 (ibidem etiam de nummo Arsensi egit, ut indicavi infra ad n. 151); *attribution d'une monnaie* cet. in *Rev. numismatique* N. S. VIII 1863 p. 369 ss. et Hispanice *ensayo de atribucion de algunas monedas ibericas de la ciudad de* Salacia (cum tabb. IV) in *Memorial numismat.* I 1866 p. 97—110; *über einen bei Cartagena gemachten Fund spanisch-phönikischer Silbermünzen* in *Sitzungsberichte der Berliner Akademie d. W.* (cum tabb. II) a. 1863 p. 253 ss.; *sobre la ciudad de* Baesippo in *el Arte en España* a. 1863 p. 24—28; *die Münzen von Sagunt* in commentat. philol. in honorem Th. Mommseni editis (Berol. a. 1877) p. 805—824; *Estudio historico de la moneda antigua española desde su origen hasta el imperio romano por* J. Zobel de Z., *tomo I* (= *Memorial numismatico* IV 1877/79 p. 85—289) (cum tab. V, n. IV—VIII) Barcinone 1879 (pp. XIII 208). *tomo II* (= *Mem. num.* V) (cum tabb. VIII, in quibus sunt nummorum VI, geographicae duo) Barcinone 1880 (pp. 307). Volumen VI memorialis numismatici, III operis Zobeliani, in quo excursus, additamenta, tabulas se daturum esse promisit scriptor, nondum publici iuris factum est. Breviter exposuit quae in libro Hispanice scripto fusius disputaverat Germanice *über die antike Numismatik Hispaniens* in *Sitzungsberichte der Berliner Akad. d. W.* a. 1881 p. 806—832. Ipse de libro Hispanico rettuli *Deutsche Litteraturzeitung* a. 1881 p. 929—932, breviter item B. V. Head in *numismatic chronicle* ser. III vol. II a. 1882 p. 183—194.

[50]) *Sopra alcuni ripostigli di denari romani scoperti nella Spagna, memoria di T.* Mommsen in *Annali dell' instituto archeologico* XXXV 1863 p. 1—80.

Zobel pretia melius definiret. Quo factum est, ut, si pauca exceperis, quae aliter administranda esse infra exponetur, Zobelii ratio in his rebus in universum videatur sequenda esse. Etenim quae minus recte eum statuisse apparebit, ea ad summam rem non multum valent. Ceterum ipse, quantum ex nummis postea vel inventis vel melius explicatis et ex iterata totius quaestionis consideratione in opere suo emendandum esset, minime ignorabat; volumen eius ultimum, quod nondum publici iuris factum est, retractationi totius argumenti destinabat. In singulis litteris legendis et interpretandis quae statuit secus a magistro, prudenter omnino statuit; quamquam res ita comparata est, ut omnes dubitationes tollere nondum liceat. Non recte sane Zobelius existimavit nummos Iberice inscriptos, cum pedem Romanum sequerentur, a ducibus Romanis cusos esse, ita ut, dum exercitus Romanorum in paeninsulae regiones singulas penetrant, castella singula ipsis militum itineribus deinceps occupata nummos illos emiserint auctoritate Romana. Recte Berlanga contra hanc opinionem monuit nullo modo Romanos nummos emittere potuisse barbare inscriptos, sed certo ab ipsis populis oppidisque Ibericis emissos esse nummos Ibericos, in quibus cudendis Graeci artifices elaboravissent. Sed errore illo, ut dixi, non mutantur quae de locis unde prodierint nummi singuli Zobelius coniecit aut certa omnino ratiocinatione usus aut saltem probabiliore quam qui ante eum de his rebus disputaverunt. Sane in locorum attributione hic illic videtur errasse; sed erravit abruptus divinandi quadam facilitate, in qua sagacitatem admiramur etiamsi dissentimus. Dolendum quam maxime quod homo ingeniosus mihique amicissimus, quocum una olim monumenta haec edere in animo erat, iam aliis negotiis districtus et a studiis hisce et ab ipsa Europa longe remotus in patria urbe, quae est Manila Philippinarum insularum caput, degens disciplinam numismaticam dudum omisit attingere et illustrare opusque suum utilissimum imperfectum reliquit.

Vazquez Queipo 1877 In ponderibus et pretiis nummorum diiudicandis adiuvit Zobelium hic illic doctrina solida, sed impedita interdum et obscura Vincentis Vazquez Queipo, viri quondam doctissimi et in his rebus merita laude florentis, qui de metallo nummorum aereorum Hispanorum deque assibus Romanis quae sentiret cum eo communicavit[51]).

Berlanga 1864—1884 26. Emmanuel de Berlanga iuris consultus Malacitanus, vir doctissimus mihique inter amicos Hispanos vetustissimus et fidissimus, non solum de monumentis patriis epigraphicis, aeribus dico Italicensi Malacitano Salpensano Vipascensi Ursonensi aliis, edendis et interpretandis optime meritus est, ut omnes norunt, sed etiam numismaticum se exhibuit accuratissimum. Etenim primum nummos Malacae patriae urbis Punicos descripsit in libro de monumentis Malacitanis edito, adiectis epistulis quibusdam ab A. C. Judas Parisino et Iacobo Zobel de eis datis. Deinde nummos Hispaniae Punicos et Tartessicos, quos dixit, post Zobelium composuit omnes in opere Delgadiano et explicavit breviter. Denique in opere suo Hispania anteromana inscripto, docto illo et laborioso, de eis, quae interim Delgado et Zobel in nummis Ibericis explicandis profecissent, ita rettulit, ut merita eorum debita laude persequeretur, inventa ab utroque fulciret et augeret, errores refelleret, de suo nova quaedam adderet utilissima, quibus infra usuri sumus[52]). Heissium utpote non propria

---

[51]) *Carta del Exmo S. D. Vicente* Vazquez Queipo *del 2. de Agosto de 1864 à Zobel sobre las monedas con* ROMANO *y* ROMA, cf. *Boletin de la Acad.* I 1877/79 p. 302; *un punto importante en la primitiva numismatica española* in *Memorial numismático* IV 1877/79 p. 1—11.

[52]) *Monumentos históricos del municipio Flavio Malacitano que ha ordenado Manuel Rodriguez de* Berlanga, *Málaga* (cum tabb. VII) 1864 (pp. XI 574) 8.; *les monnaies puniques et tartessiennes de l'Espagne, par M. R. de* Berlanga, cum tab., in comment. philologis ed. in honorem Th. Mommseni (Berolini 1877 4.) p. 274—281; Hispaniae anteromanae syntagma concinnavit doctor Berlanga (cum tabb. non numeratis XVIII) Malacae 1881—84 (pp. XXI 836).

proferentem sed tantum a Delgado mutuatum silentio praetermisit (Hisp. anterom. p. 212). Ea potissimum, quae Zobelius de nummorum Ibericorum origine militari proposuerat, recte refutavit; ut iam dixi. Quae de litteris singulis Ibericis exposuit atque de ratione, qua nummi singuli regionibus diversis tribuendi sint, ut procedunt via ac ratione simplicissima et prudentissima, ita multa continent admodum acute observata. Unde post Antonium Delgado et Iacobum Zobel Berlanga tertio loco nominandus est inter eos, qui quaestionem difficilem magnopere promoverunt. Quod tamen non omni ex parte mihi convenit cum amico, cuius iudicium plurimi facere soleo, ex rei ipsius difficultate facile explicatur. Berlanga

27. Inter Antonii Delgado discipulos et Iacobi Zobel Emmanuelisque Berlangae amicos Caelestinus Pujol y Camps recentissimus in haec studia incubuit. Nam olim Gerundae in aedibus patris numophili doctrina nummorum initiatus, postea Matriti degens a nummis regionis patriae Gerundensis et Emporitanae indagandis et explicandis incepit sensimque numismaticam Ibericam totam amplexus est. Primum enumerationem nummorum Emporitanorum edidit plenissimam, quam postea auctiorem et emendatiorem inseruit operi Antonii Delgado. Paulo post nummos antea ignotos Emporitanos et Rhodiensem atque thesaurum nummorum maximam partem Emporitanorum descripsit repertum a. 1880 prope *Segaró*. Eadem aetate publici iuris facere coepit additamenta ad Delgadi et Zobelii opera per longum temporis spatium collecta ex nummorum syllogis tam ipsius quam variis aliorum, quae per aliquot annos continuavit cum magno horum studiorum emolumento. Addidit in enumeratione illa nummos aliquot ineditos, inter quos unum oppidi populive adhuc ignoti (n. 82), correxit quae Zobelius proposuerat de nummorum quorundam origine et de regionibus, quibus tribuendi viderentur, veluti de Sethisensibus (n. 101), summa usus ubique diligentia in legendis et describendis exemplaribus singulis. Denique edidit elenchum integrum inscriptionum omnium, quae in nummis Ibericis leguntur, quem gaudemus huic sylloge nostrae parandae iam auxilio fuisse[53]). Distribuit scriptor nummos Ibericos in partes duas Ibero-hellenicorum quos dixit (Emporiarum Rhodae Massaliae) et proprie Hispanorum, quorum tres distinxit classes citerioris provinciae, quae est omnium numerosissima, deinde Galliae Narbonensis, postremo Ibero-baeticorum quos appellavit. Enumeravit autem nummorum inscriptiones omnes secutus ordinem litterarum. Sub uno quoque numero varietates palaeographicas quotquot novit composuit, omissis plerisque earum quas ipse videre et examinare non potuit. Usus autem est praeter suam ipsius sylloge potissimum musei archaeologici Matritensis publica privatisque Raphaelis Cervera Matritensis aliorumque non paucis. In universum exspectaveris sequi eum leges legendi nummos Ibericos et interpretandi ab Antonio Delgado inventas; neque vero neglexit Zobelii et Berlangae observationes et correctiones. In quibusdam litteris definiendis, veluti in I, et in interpretandis inscriptionibus eis, quae referri solent ad Dianium (n. 99) et ad alium quendam locum (n. 26. 27), suum sequitur iudicium ab antecessorum omnium diversum. Itaque quamquam in universum a novis interpretationibus abstinere voluit, tamen nova quaedam protulit ratione usus iudicandi de origine nummorum ubique simplici et sana. De singulis quibusdam nummorum Pujol

[53]) *Empurias, catálogo de sus monedas é imitaciones por D. Celestino* Pujol *y Camps* (cum tabb. I–III V) in *Memorial numismático* II 1873 p. 1—46. 65—95. 121—189 et in Antonii Delgado *nuevo mét. d.* III p. 114 ss. cum tabb. CXXIV—CXLII. *el tesoro de Segaró* in *Memorial numismático* III 1881 p. 142 ss.; *moneda inédita de Rhode* in *Revista de ciencias históricas* I 1880 p. 472; idem *Empurias, monedas ineditas* ibid. p. 545 ss.; *catálogo de las monedas no publicadas en la obra de D. Antonio Delgado por D. C.* Pujol *y Camps* in *Revista de ciencias históricas* I 1880/81 p. 539 ss. IV 1885 p. 126 ss. et in *Boletin de la Academia de la historia* III 1883 p. 67—77 IV 1884 p. 159—166. 320—329 V 1884 p. 22—31 346 ss. VI 1885 p. 336 ss. VII 1885 p. 30 ss.; *la epigrafia numismatica Ibérica* in *Boletin de la Academia* (insunt tabulae delineatae lithographae XXXVIII non numeratae) XVI 1890 p. 321—360.

Pujol classibus quaestiones ulteriores promisit; quasdam ex illis iam mecum communicare voluit liberaliter. Laetabamur denuo exstitisse inter Hispanos virum doctum, qui studia haec numismatica ipsis Hispanis, ut par est, imprimis cara suscipere et fovere posset ratione non indigna Florezio et Bayero.

Plagulas huius operis quattuor priores imprimi coeptas correxit suasque de eis observationes mecum communicavit vir humanissimus, cum mortis eius infaustae et inexspectatae nuntius nobis allatus est. Obiit apoplexi cerebrali ictus d. 28 m. Dec. a. MDCCCXCI lacunamque reliquit in campo hoc scientiae numismaticae colendo a nullo facile supplendam.

28. Pauca post vel iuxta viros hosce numismaticae Hispanae instauratores, quos modo enumeravimus, ab aliis collata hic consignanda sunt. Inserviit studiis illis inde ab a. 1866 ephemeris numismatica Hispana unica, quae exstat, condita illa ab Alvaro Campaner (supra § 21). Fovent eam praeterea viri aliquot docti veluti, quos supra nominavi, Aloysius Heiss, Ferdinandus Bernaldez, A. J. Fustagueras, Alexander Cerdá, perpauci alii, dissertationibus et opusculis, inter quae eminent Zobelii studia, quae in illa ephemeride edita esse supra dixi[54]. Nominandus est inter scriptores illos etiam Arthurus Pedrals Barcinonensis, qui ad seriem Ibericam nummum unum adhuc ignotum (n. 25) contribuit[55].

29. Nummos denique Ibericos Galliae Narbonensis cum reliquis eius regionis Gallicis et Graecis post Saussayum descripsit accurate, ut solebat, vir doctissimus atque humanissimus, iam ante aliquot annos his litteris morte ereptus, Ph. Carolus Robert ictus Parisinus; de suo vero novi nihil addidit[56].

30. Haec sunt, quae de nummis Ibericis a viris doctis per tria fere saecula et quod excedit aut elaborata cum cura aut hic illic adnotata tenemus. Fundamentum iactum est solidum; sed qui in aedificio exstruendo inprimis occupati erant cum fructu Delgado et Zobel quaedam absolvenda reliquerunt. Etenim nondum eam adhibuerunt usque quaque in pervestigationibus constantiam, in conclusionibus severitatem, in distinctionibus subtilitatem, ut omnia aequabiliter perpensa, dubitationes nullae relictae sint. Censuram operis eorum coniuncti egerunt Berlanga et Pujol iustam plerumque et acutam; sed manserunt quaestionem integram penitus retractanti litterae aliquot vel certius definiendae (ut ϵ *ce* ᛗ *ś* et ϟ *s*) vel aliter omnino legendae (ut ΔΤᛟ), ratio scripturae universa accuratius explicanda, interpretatio nominum singulorum ulterius promovenda. Quae antequam suscipimus pertractanda, procedendum est primum ad inscriptionum Ibericarum auctores recensendos.

CAPUT II

INSCRIPTIONES

Monumenta epigraphica linguarum peregrinarum cum in reliquis orbis antiqui regionibus numero et pretio paene aequiperare soleant nummos, in quibusdam superare, contra in paeninsula Iberica antiquitus inscriptiones barbarae paene nullae notae erant, iam multo quam nummi pauciores vel innotuerunt vel supersunt.

---

54) *Memorial numismatico español* voll. I—V Barcinone 1866—1880 8.

55) *Una moneda iberica inedita por A.* Pedrals *y Moliné*, in *Revista de ciencias históricas* I 1880 p. 470 s.

56) *Numismatique de Languedoc* par P. Charles Robert in nova editione libri Dominorum Cl. Devic et J. Vaissete, *histoire générale de Languedoc*, vol. II (Tolosae 1875 4.) *note* 114.

Antiquus. Mameranus. Augustinus. Lastanosa. Mayans. Escolano. Ximeno. marchio de la Aula 1618

1. Atque inter antiquissimos inscriptionum Hispanarum collectores soli Antiquus quem dixi (C I L II p. VI 6) et Mameranus (ibid. p. VIII 10) titulum noverunt Ibericum Saguntinum unum (n. XXIII). Duo Antonio Augustino (C I L II p. XV 32, supra cap. I § 2) ab amicis missi sunt Saguntinus item alter (n. XXVIII), alter ex Aragonia (n. XV); unde eos noverunt Lastanosa (vide supra cap. I § 4), Gregorius Mayans (C I L II p. XXI 66), Caspar Escolano et Ximeno historici Valentini. Lastanosa praeterea titulum aliquem gemmae anularis Latinum falso pro Iberico habuit (n. XIII*). Dimidio paene saeculo interiecto accessit a. demum 1618 titulus Castulonensis vasculo aereo inscriptus, editus ille per marchionem de la Aula, cum nummos in vasculo illo servatos describeret; qui diu mansit ineditus (n. XLI).

Oihenart

2. Quamquam nec nummos Iberice inscriptos protulit nec inscriptiones Ibericas, tamen hoc loco praeterea nominandus est qui inter scriptores de rebus Ibericis locum occupat conspicuum Arnaldus Oihenart Francogallus. In libro enim suo celeberrimo de utraque Vasconia[57]) omnium primus evincere studuit idem, quod postea Humboldtius quodque ante eum scriptores Hispani aliquot antiquiores coniecerant, inter exteros qui auctoritate omnes superabat Iosephus Scaliger, scilicet Vascones suae aetatis originem ducere ab Iberis vetustis: eiusque opinionis documenta protulit ex sermonis potissimum similitudine desumpta. Sane documenta illa maiore ex parte non satis probant, ut ab eius aetatis doctrina grammatica exspectaveris. Sed recta in universum ratione usus primus Oihenartus vocabula Hispanicae originis collegit, quae apud scriptores veteres memorantur, et cum Vasconicis comparavit (in capitibus XII ss. p. 37 ss.). Atque sermonem patrium Iberorum a Tacito (ann. IV 45) memoratum per saecula duravisse exposuit rectissime, antiquiorum errores in explicandis vocabulis Ibericis a Plinio servatis correxit, multa denique acute observavit, quae accuratius perpendere non est huius loci.

Flores de Oddouz. Velazquez

3. Granatam urbem amoenissimam inde a saeculo XVI extremo fraudium impudentissimarum sedem fuisse notum est: exposui de fraudibus illis C I L II p. 285 ss. 882 s., *Arqueologia de España* p. 247, alibi. Atque falsarii quidem antiquiores conquieverunt in titulis Graecis Latinisque, christianis potissimum ut voluerunt, fingendis: inde vero a saeculo XVIII medio etiam incolarum Ibericorum relliquias ab Iliberri urbe clara abesse noluerunt falsarii recentiores, potissimum Iohannes Flores de Oddouz. Titulos illos Ibericos falsos, quos inde ab a. 1756 in singulis lamminis incisos edere coeperat auctor, statim sibi enotavit Ludovicus Iosephus Velazquez (vide supra cap. I § 6), cuius librum de alphabeto Iberico paullo ante editum (a. 1752) Flores ille videtur adhibuisse ad fraudes componendas. Sed felici casu evenit, ut tituli illi falsi a Iosepho Velazquez enotati cum reliquis eius commentationibus in schedis delitescerent. Exscripsi inde primus et infra proposui inter falsos, ne quem denuo deciperent, potiores (n. XLIII*—LII*).

Nueros

4. Paullo antea Iohannes Michael Perez de Nueros cum urbis patriae Bilbilitanae, hodie *Calatayud*, historiam conscriberet circiter a. 1730, quae inedita mansit (v. C I L II p. 941), titulum exscripsit Ibericum Bilbili repertum, quem genuinum esse puto. Sed cum minus accurate descriptus et adeo fortasse interpolatus sit ab homine imperito, sive is Nueros ipse fuit sive alius aliquis, a quo ille accepit, necessario inter suspectos relegandus erat (n. X*).

Trigueros

5. Aegre vero tulit quod in tanta nummorum Ibericorum frequentia tituli indigenarum testes tam rari exstarent Candidus Maria Trigueros Carmonensis, de cuius fraudibus nolo hoc loco repetere, quae fusius exposui ante hos triginta annos[58]) et breviter indicavi in praefatione

[57]) Notitia utriusque Vasconiae tam Ibericae quam Aquitanicae cet. Parisiis 1638 (pp. 556) 4.

[58]) E. Hübner, *Inschriften von Carmona*, Trigueros *und* Franco. *Zur spanischen Inschriftensammlung*. *Rhein. Museum* XVII 1862 p. 228—268.

corporis inscriptionum Latinarum (vol. II p. XXII 73). Tribus ille scriptionibus a se ipso fictis Franco titulos tam Latinos quam Punicos et Ibericos protulit. Primum ab Iohanne Fernandez Franco, medico et antiquario Eporensi (vide C I L II p. XIII 27) optime de antiquitatibus patriis merito, a. 1544 epistulas scriptas esse voluit, quarum apographa exstant varia; servat alterum bibliotheca academiae Matritensis historicae, alterum Berlanga (vide eius Hispaniam anterom. p. 399). Insunt tituli quinquaginta duo Punici Graeci Iberici Latini, falsi omnes: inde Punicus Malacitanus (n. LIX*) provenit. Reliqui felici quodam casu inediti manserunt meritaque etiam in posterum oblivione prementur[59]). Deinde libellum composuit sub nomine hominis aliunde non noti Petri Valera Valera, cuius archetypum finxit exstitisse Cordubae in bibliotheca collegii S. Pelagii; frustra ibi quaesivit a. 1782 Bayer, ut consentaneum est. Apographa videntur ab eo propagata esse tria minimum, Hispali in bibliotheca collegii S. Acasii unum, alterum ibidem quondam apud comitem del Aguila, quod nunc servat Berlanga Malacae, tertium olim apud Patricium Gutierrez Bravo Ursone, deinde apud Sebastianum Lopez Cardenas Cordubae, quod nunc possidet Aurelianus Guerra Matritensis[60]). Insunt praeter titulos aliquot Latinos Iberici quinque, quos infra inter falsos posui, quia in multorum iam schedas librosque pervenerunt (n. IX* XII* XLI* XLII* LIII*). Postremo Sanpere epistulam nanctum se esse ementitus est Alexii alicuius Sanpere, in qua proferebantur tituli Iberici multi et satis longi, potissimum Hispalenses. Scriptio illa ipsa aut interiit aut latet: proveniunt inde tituli ei, quos Bayer inde sibi enotavit: quare breviter indicandos putavi, non exscribendos integros (n. LIV*—LVI*). Nuper etiam titulos Hebraice inscriptos eum finxisse didicimus.

Muscat 6. Ex Petri Valera illius schedis titulos aliquot acceptos Faustinus de Muscat y Guzman adhibuit ad dissertationem suam de scriptura Iberica, quae inedita mansit sine litterarum detrimento: tabulae tantum nonnullae aeri incisae exstant operi illi, ut videntur, destinatae[61]). Cum titulos inde desumpserit falsos complures (n. XII* LVIII*), probabile est ex eodem fonte etiam provenisse titulum aliquem admodum suspectum (n. XI*), quem non dicit unde habeat.

Bayer 7. Franciscus autem Perez Bayer, vir clarissimus (dixi de eo supra cap. I § 9), postquam opus edidit egregium de numis Hebraeo-Samaritanis (Valentiae 1781 4.), certior factus est de titulis Ibericis, quos Granatae in monte sacro falsarii illi, de quibus supra dixi (§ 2), repertos esse finxerant, item de eis, quos Trigueros communicaverat cum amicis Matritensibus; statimque diffidere coepit. Sed ne quid omisisse videretur, quod veri indagandi causa a viro erudito exigi posset, iter illud suscepit in Baeticam et Lusitaniam, quod iam indicavi (p. VII adn. 21). Descripsit in huius itineris relatione titulos genuinos multos, Ibericos vero illos falsos, ut exspectaverat, non invenit. Unde primarius exstitit auctor causae illius publicae celeberrimae, qua falsarii Granatenses in iudicio eius urbis supremo condemnati sunt. Trigueros, cum fraudes ab ipso prolatae non inserviissent nec ad rem divinam instituendam nec ad bona coenobii alicuius augenda, effugit quidem

59) *Cartas de el Licenciado Juan Fernandez* Franco ... *escritas [a. 1514] al Sr. Inquisidor de Cordoba Olivan ..., copiadas de un quaderno que existio original en la biblioteca de los Sres Obispos de Cordoba por D. Candido Maria* Trigueros (c. a. 1770) Schedae bibl. acad. Matrit. *Est.* 11, 81.

60) *Varias inscripciones recogidas por Pedro Valera en el año de 1589 de Jesus, que el vió caminando con su amo el duque.* Contuli apographum apud Guerram servatum. Falsos esse titulos Valerae omnes mecum Berlanga statuit Hispan. anterom. p. 218. Titulos Hebraicos ab eo fictos esse docuit Fita *Bol. de la Acad.* XVII 1890 p. 170 s.

61) *Disertacion sobre los caracteres primitivos que usaron los Españoles antes de la entrada de los Romanos en España, por D. Faustino de* Muscat *y Guzman*, Matriti 1770; schedae autographae servantur Matriti in bibliotheca Academiae historicae *Est.* 18, 14. In exemplo libelli alicuius *barros Saguntinos* inscripto et a comite *de Lumiares* Valentiae edito a. 1779, quod servat bibliotheca regia Berolinensis, in fine addita sunt foliola sex aeri incisa, in quorum primo haec leguntur et ipsa aeri incisa *Muscat lo traduxo y D. Juan de Aragon lo publica.* Sunt tituli Petri Valera personati.

condemnationem publicam, neque vero ausus est sumptus facere in scriptis suis commenticiis edendis.

8. Cum in Lusitania Pace Iulia Bayer deverteret ad episcopum qui tum erat Pacensem fratrem Emmanuelem do Cenaculo (de quo dixi C I L II p. 8), nondum hic videtur novisse titulos regionis illius Ibericos, quos in museum suum postea intulit (n. LXII—LXX): nam sine dubio, si novisset, cum Bayero eos communicasset. Cenaculo

9. Novit autem Bayer titulos Saguntinos Iberice scriptos eos, quos in *Murviedro* oppido, ut tum adhuc appellabatur, collegerat et in aedibus publicis collocaverat Henricus Palos y Navarro canonicus (v. C I L II p. 512); rettulit de museo illo patrio inter alios scriptores comes de Maule[62]). Per Bayerum titulos Saguntinos novit peregrinator e Britannia non indoctus Wilhelmus Conyngham (n. XXIII—XXV. XXVIII. XXIX. XXXI). Idem delineatos accepit in *Iglesuela* Aragoniae oppido repertos (n. XV—XVII) et in *Alcalá de Chisbert* oppido Valentino (n. XIX—XXI): ectypa aliquot eorum gypsea Dublinum asportavit, quae ibi interierunt[63]). Etiam tituli illi Saguntini in curia publica olim collocati propter incolarum ignorantiam et neglegentiam, quae orta est ex paupertate misera eaque aliquatenus excusatur, interierunt omnes uno excepto, cuius pars dimidia servata est (n. XXIII). Conyngham 1790

10. Paullo post Ludovicum Iosephum Velazquez nummos Ibericos colligere coepit comes de Lumiares, ut supra vidimus (cap. I § 8). Postea titulos regni Valentini Latinos composuit et academiae Matritensi historicae misit a. 1805, quos edidit post medium saeculum academia curam agente Antonio Delgado (ut exposui C I L II p. 501 s.). Tum etiam Ibericos descripsit eosdem fere atque Bayer et Conyngham (n. XIX—XXI. XXIII—XXV. XXVII—XXX), accurate et eleganter; imagines vero lithographae editae archetypis multo inferiores sunt. De conservandis et edendis monumentis Ibericis bene meritus est, interpretationem autem non attigit. Lumiares

11. Singulos deinde titulos vel paucos contribuerunt Loperraez Corvalan (n. XXXVI), Trággia et Anonymus Anglus (n. XXV), Anonymus Hispanus (n. XIV), Posada canonicus Tarraconensis (n. VI—VIII), Laborde Francogallus (n. VII. VIII), Lozano (n. LII[a]. XVIII[a]). De scriptoribus hisce omnibus dictum est suis locis in sylloge inscriptionum Hispaniae Latinarum.

12. Interim de lingua et de scriptura Iberica quaestio agitari numquam desiit a viris doctis Hispanis non paucis, non a numismaticis solum. Ita Ludovicus Carolus Zuñiga, parochus vici *Escalonillas* prope Toletum, inde ab a. 1797 in ephemeridibus *el memorial literario*, ubi titulus Ibericus unus publici iuris factus est (n. XIV), de aboriginibus Hispaniae eorumque lingua opiniones protulit mirabiles, quas postea libello peculiari promulgavit[64]). Quas opiniones cum refutare studuissent homines nonnulli natione Vascones Paulus Petrus de Astárloa, qui linguae patriae origines etiam a indiciis Ioachimi Trággia defendere studebat[65]), et Iohannes Antonius Enrique[66]), doctus alter sed indiciis temere conceptis occaecatus, indoctus alter neque indicii ullius, defenderet

62) *Viaje de España Francia e Italia por el Conde de* Maule vol. I (Matriti 1806 8.) p. 61.

63) *Observations on the description of the theatre of Saguntum as given by Emanuel Marti, dean of Alicant, in a letter adressed to D. Antonio Felix Zondadario by William* Conyngham (cum tabb. IX) in *Transactions of the Royal Irish Academy* III 1790 *antiquities* p. 21—49.

64) *Plan de antigüedades españolas, reducidas a dos articulos y ochenta proposiciones por D. Luis Carlos* Zuñiga cet. Matriti 1801 8. Cf. Delgado I p. 145 s.

65) *Apologia de la lengua bascongada ó ensayo critico-filosófico de su perfeccion y antigüedad* cet. *por D. Pablo Pedro de* Astárloa *presbitero*, Matriti 1803 (pp. XXIV 452) 8. Traggia de regno Navarrae scripsit in libro edito ab academia historica Matritensi *diccionario geografico historico de España* (voll. 2 Matriti 1802 4.).

66) *Dictamen del Intendente de Marina D. Juan Antonio* Enrique *sobre el publicado* [illegible] *las letras ... desconocidas* cet. Matriti 1806 16°.

contra non minus indocte pseudonymus aliquis Pantaleo Claros[67]) — quorum scripta merita iam premuntur oblivione —, exstitit demum vir non mediocriter doctus, sed caeco rerum patriarum Erro 1806 amore abreptus Iohannes Baptista Erro y Aspiroz, natu Vasco et postea inter domini Caroli de Borbon, regiae tum dignitatis petitore, administros, qui sibi visus est ex hodierna Vasconum lingua inscriptiones Ibericas omnes, etiam nummorum, certa ratione explicavisse rationemque illam Conde 1806 variis operibus publici iuris fecit[68]). Adversarius ei exstitit inter alios Iosephus Antonius Conde, quem supra memoravi (cap. I § 11); atque ut Erronem longe superabat linguarum variarum cognitione et iudicandi severitate, ita gravissimos eius errores patefecit et merito castigavit tam in libello sub ficto parochi de Montuenga nomine edito quam in schedis, quas servat academia Matritensis[69]). Ita inter alia titulum vasculo inscriptum (n. LVII*), quem Erro Ibericum esse indicaverat, sed litteris Latinis scriptum, Germanicum esse et saeculi fere XVI Conde odoratus est, quamquam non plene intellexit. Explicavi rem ridiculam in dissertatione de fraudibus Candidi Trigueros (v. supra § 4): dicit enim titulus ille pro Iberico habitus sermone Germanico saeculi XVI simpliciter *ach got duhe dich erbarmen uver mich.* Postea cum materiam colligere coepisset Conde ad librum de deis peregrinis in Hispania cultis scribendum, quem nunquam edidit, ipse iudicium suum ex parte revocavit. Breviter, sed iustissime quam prave Erro quaesiverit et iudicaverit exposuit Wilhelmus de Humboldt in libro statim indicando.

Eiusdem fere aetatis anonymi cuiusdam dissertationem de litteris Ibericis servat academia historica Matritensis, quam accuratius examinare supersedi[70]).

Arendt 1821 Indigenae hi omnes quaestionem non magis promoverunt quam exteri aliquot homines, veluti Arendt aliquis vir doctus Altonae degens, qui teste Lorichsio (*recherches numismatiques* p. 12) a. 1821 de alphabeto Iberico commentatus est dissertationibus quibusdam, quae videntur ineditae mansisse.

Humboldt 1821 13. Interim amor in linguarum naturam inquirendi animo eius intimo insitus una cum causis quibusdam externis effecit, ut quaestionem diu agitatam de Vasconum origine et lingua tractandam susciperet vir inter huius saeculi lumina numerandus Wilhelmus de Humboldt. Is enim dum privatus in Hispania moratur annis 1799 et 1800 Vasconum linguam didicit, de qua postea a. 1816 rettulit accurate in additamentis ad Adelungii Mithridatem. Iisdem fere temporibus Astarloae et Erronis scriptis cognitis quae ab hominibus illis recte observata esse vidit adhibens, quae prave relinquens, materiam collegit ad dissertationem eximiam de aboriginibus Hispaniae e Vasconum lingua cognoscendis, quam a. demum 1821 publici iuris fecit[71]). Atque cum e locorum

[67]) *Carta á D. Antonio Carbonell y Borja, felicitándole por sus descubrimientos numismáticos* cet. *por Pantaleon* Claros Matriti 1804 (pp. 61) 16°.

[68]) *Alfabeto de la lengua primitiva de España y explicacion de sus mas antiguos monumentos de inscripciones y medallas por D. Juan Bautista* Erro *y Azpiroz* (cum tabb. XIII) Matriti 1806 (pp. [VIII] 305) 4.; eiusdem *observaciones filosóficas en favor del alfabeto primitivo ó respuesta apologetica á la censura critica del cura de Montuenga* (cf. adn. 69) Pompaelone 1808 (pp. [II] 196) 4.; *el mundo primitivo ó exámen filosófico de la antigüedad y cultura de la nacion bascongada* vol. I (unic.) Matriti 1815 (pp. XX 304) 4.

[69]) *Censura critica del alfabeto primitivo de España y pretendidos monumentos literarios del vascuence por el cura de Montuenga* [i. e. Conde] Matriti 1806 (pp. 70) 12°. [breviata exstat in *Mémoires de l'Académie Celtique* III p. 291 ss.]. Videantur praeterea *Apuntes para una disertacion acerca de la idololatria de España* cet. *con una coleccion de inscripciones por Don José Antonio* Conde (c. a. 1807) in schedis acad. Matrit. histor. *Est.* 27, 6 E 150 (*Coleccion de Conde* tomo II f. 39—84) et *papel sobre la inscripcion del jarro de Trigueros* [n. LVII*], *tratando de pruebar que si bien puede ser vascongado, no pasa de tiempos de Carlos V* ibid. f. 90 ss.

[70]) *Un curioso de la verdad, ensayo acerca de .... varias inscripciones de caracteres desconocidos*, schedae Matrit. *Est.* 27, 6 E 185 (*papeles varios de antigüedades* vol. II f. 204).

[71]) *Prüfung der Untersuchungen über die Urbewohner Hispaniens vermittelst der Vaskischen Sprache von Wilhelm von*

potissimum nominibus vetustis demonstraret aborigines lingua usos esse in Vasconum hodierna Humboldt superstite, difficultates quaestionis eius exponere non omisit: scilicet nomina populorum locorumque ab ipsis scriptoribus veteribus Strabone Mela Plinio eorumque auctoribus neque accurate neque aequabiliter proferri. Sed nomina illa ab incolis audita per Graecos Romanosque aut casu aut consilio ita esse mutata, ut sonum sensumque Graeco Latinoque sermoni aliquanto faciliorem similioremque acciperent; quam etymologiam popularem postea dictam late valuisse non in locorum tantum nominibus pronuntiandis notum est. Sane cum quaereret, quaenam nomina locorum Iberica ex hodierna Vasconum lingua lucem acciperent, et ipse immiscuit quaedam minus certa neque ubique vere de origine nominum vel Iberica vel Celtica iudicavit. Sed tamen in universum ratiocinatione luculentissima id evicit, quod demonstrandum sibi proposuerat, scilicet nomina locorum hominumque vere Iberica explicanda esse e Vasconum lingua, quamvis illa nec satis cognita esset et multum sane hodie a forma vetusta differret; variarum enim dialectorum eius documenta scripta non ascendunt supra saeculum XVI vel adeo XVII. Recte e locorum hominumque nominibus deduxit Iberos unum fuisse populum per totam paeninsulam diffusum unamque eorum linguam (p. 123 ss.), quamquam veras nominum Ibericorum formas ex parte tantum novit multasque adhibuit prave traditas. Deorum Hispanorum nomina perpauca cognita habuit, cum in indice huius voluminis III i octoginta plus minus enumerentur. Hominum nomina Humboldtius composuit circiter sexaginta (p. 73—79); voluminis huius index III ii circiter octingenta enumerat. Ab inscriptionibus Ibericis tam nummorum quam lapidum reliquorumque monumentorum adhibendis omnino abstinuit iustissima cautione (v. p. 179 s.); nam probe intellexit Vascophilos eius aetatis a iusta eorum interpretatione longe afuisse: veluti Astarloam et Erronem neque minus Henricum **Risco** in Cantabria describenda Florezii successorem, quorum errores silentio praetermisit. A nummorum interpretationibus item prudentissime paene omnino cavit. In nominibus igitur geographicis Hispaniae veteris diiudicandis exordiendum quidem est ubique a viri eximii disquisitionibus sapientissimis; sed et ipse nondum satis videtur distinxisse inter diversas paeninsulae regiones. Quodsi eam quaerendi materiam ad manus habuisset, quam hodie tenemus, facile intellexisset magna inde adiumenta parari posse ad opiniones suas emendandas firmandas augendas.

De Caroli Ludovici **Grotefend** et Caroli **Lenormant** studiis Ibericis supra iam dictum Grotefend est (cap. I § 17. 18); hic qui viri docti praeter numismaticos in eisdem studiis versati sint iam Lenormant exponemus breviter.

14. De Hispaniae veteris geographia post Cellarii et Mannerti opera antiquiora plene et Ukert accurate egit materia e scriptoribus veteribus diligentissime collecta et apte in universum disposita Fridericus Augustus **Ukert** libro utilissimo[72]), quo ne hodie quidem carere possumus. Compilavit eum Forbigerus, quem citare supersedi, atque fluxerunt ex eo, quae in compendia et encyclopaedias geographiae veteris et antiquitatum Graecarum Romanarumque transierunt et ipsa vix digna, quae consulantur. Sane erravit Ukertus in rebus non paucis, quae postea demum locis ipsis denuo indagatis et inscriptionibus collectis rectius constituere potuimus. Sed manet ei laus

---

Humboldt Berolini 1821 (pp. VIII 192) 4., repetita in operibus eius collectis vol. II; Gallice versa ab A. **Marrast** prodiit Parisiis a. 1866 8. Antea ediderat *Berichtigungen und Zusätze zum ersten Abschnitte des zweiten Bandes des Mithridates über die cantabrische und baskische Sprache* Berolini 1816 (pp. 88) 8. De itinere suo Vasconico rettulit in *Reiseskizzen aus Biscaya* gesammelte Werke III p. 213—240.

[72]) *Geographie der Griechen und Römer von den frühesten Zeiten bis auf Ptolemäus bearbeitet von Fr. Aug.* **Ukert** vol. II pars I (Vimariae 1821 8.) p. 229—484.

iudicii simplicis et saepe recti, quo ab erroribus gravioribus cavit, quales post eum multi. veluti Plinii Strabonis Ptolemaei commentatores etiam recentissimi. commiserunt.

Kiepert 1864 15. Quas Humboldtius de vetustissimis paeninsulae incolis incohaverat investigationes etymologicas in nominibus populorum oppidorumque explicandis versantes atque Ukertus comprehendit et interdum promovit, eas Henricus Kiepert ulterius persecutus est. cum qua aetate, qua via quibusque rationibus Celtae in Hispaniam immigraverint primus accuratius definiret[73]). Demonstravit Celtas saeculo circiter sexto ante Chr. n. exeunte ineunteve quinto sive circa a. 500 ante Chr. n. ex Aquitania in Hispaniam transiisse ibique sedes fixisse in partibus paeninsulae interioribus ab Iberis sibi concessis. montuosis illis et minus fertilibus; unde mox rem pecuariam potissimum exercere coacti sunt. Manserunt inde regionibus illis nomina. Celtiberiae eis, quae magis versus septentriones et orientem extenduntur, meridionalibus usque ad oram Lusitaniae Baeturiae Celticae. In illis enim regionibus solis nomina oppidorum inveniri Kiepertus observavit ea, quae aperte originis Celticae esse Humboldtius iam docuerat (p. 98 ss.): scilicet cum *briga* vocabulo Celticae originis composita et alia quaedam. Unde etiam illud explicatur, quod ad oram Hispaniae orientalem Baeticamque ipsam Celtae nunquam penetraverunt. Ipsum nomen Celtarum ab Iberis primum audivisse Graecos Romanosque, qui eosdem Galatas Gallosque appellaverunt, probabile est. Testimonia linguae Ibericae, quae nummi inscriptionesque praebent, Kiepertus cum Humboldtio propter incertam interpretationem merito non respexit. Quae si tum iam explorata fuissent, nova inde capere potuisset argumenta ad ratiocinationem suam fulciendam. Nummi enim Iberice inscripti titulique, ut infra apparebit, in regionibus Celticis et in partibus paeninsulae eis, quae ad septentriones occidentemque sitae sunt, omnino reperti sunt nulli. Quae de incolis Hispaniae vetustis in universum pro exploratis haberi possunt, Kiepertus comprehendit in enchiridio suo geographiae antiquae.

Semina ab Humboldtio sparsa non solum apud geographos, sed apud universae antiquitatis linguarumque Europaearum investigatores laetam messem produxerunt.

Müllenhoff 1870 16. Inter eos viros. qui post Humboldtium et Kiepertum paeninsulae Ibericae historiam vetustam inprimis illustraverunt, Carolus Müllenhoff noster est, vir eximius meaque laude superior. Is cum antiquitates Germanicas resuscitandas sibi proposuisset, inter fontes antiquissimos. unde populorum Europae occidentalis septentrionalisque historia hauriatur. Avieni carmen de ora maritima habendum esse primus demonstravit, utpote translatum ex periplo aliquo Graeco Massiliae conscripto saeculo ante Chr. n. sexto[74]). Carmen illud cum libro primo, qui solus servatus est, ab occidente incipiens oram maritimam Galliae septentrionalis, Hispaniae integram, Galliae meridionalis usque ad Rhodani ostia et Massiliam describeret. memoriam rerum Hispanarum ex nautarum Phoenicum relationibus haustam continet antiquissimam et verissimam. Nondum in eo periplo vel certe in partibus eius ex vetusto fonte solo derivatis mentio facta est nec Celtarum nec Carthaginiensium; memoriam vero continet coloniarum vetustissimarum a Phoenicibus eo deductarum et populorum Ibericorum. Eorum et nomina et oppida pleraque postea prorsus interierunt; tamen interdum vinculo quodam tenui cum aetatis recentioris testimoniis coniunguntur. Ita accidit, ut quae in periplo illo vetusto de populis gentibusque Ibericis traduntur magnam habeant utilitatem ad Iberorum res antiquissimas cognoscendas, quales praeterea e nummis tantum

---

[73]) *Beitrag zur alten Ethnographie der iberischen Halbinsel* (cum tabula geographica) von H. Kiepert. *Monatsberichte der Berliner Akademie* 1864 p. 143—165. Eiusdem *Lehrbuch der alten Geographie* (Berol. 1878 8.) p. 478—498.

[74]) Avienus *ora maritima* in *Deutsche Alterthumskunde von Karl Müllenhoff* vol. I (Berolini 1870 et iterum 1890 8.) p. 73—203. Vol. II prodiit Berolini a. 1887, III a. 1892, V 1 a. 1883.

et inscriptionibus discimus, qui in vicem eis illustrantur. Müllenhoffius si novisset Narboni iam probabiliter adscribi nummos Iberice inscriptos (n. 1), multo confidentius Humboldtium et Kiepertum secutus iudicavisset de oppidi eius origine Iberica. In operis postumi volumine altero de Celtarum in paeninsulam Ibericam invasione p. 236 agit; in tertio p. 174 ss. de Ligurum stirpe et sermone quaerere fructuosissime coepit vir doctissimus, sed quominus ad finem perduceret quaestionem incohatam morte prohibitus est.

17. Tractaverunt eandem quaestionem post Müllenhoffium H. d'Arbois de Jubainville d'Arbois 1877
Francogallus[75]), Franciscus Martins Sarmento, vir ingeniosus mihique amicissimus[76]), et F. Adolphus Sarmenio 1880
Coelho[77]) Lusitani. Quae commentati sunt, incerta multa, nonnulla probabilia continent: ad monu- Coelho 1889
menta scripta, nummos et inscriptiones, et ipsi nondum respicere potuerunt.

18. Monumenta haec scripta, nummos et inscriptiones, immerito neglecta iacere sensit Phillips 1871
Georgius Phillips ictus Vindobonensis, qui antea in doctrinae regionibus prorsus diversis habitaverat. Inde demum ab anno 1870, eodem quo Müllenhoffii liber prodiit, in actis academiae Vindobonensis seriem dissertationum multiplicem edere coepit, quibus studia Iberica promovere sibi proposuit[78]); debeo dissertationes illas omnes officiosae liberalitati senis quondam amabilis. Inscriptiones nummorum Ibericorum e Boudardo potissimum novit, cuius explicationibus pravis caecam fidem praebuit, quamquam in singulis interdum probabiliora quam ille proposuit. Inscriptionum quoque Ibericarum syllogen congessit quantum valuit plenissimam; sed viginti tantum novit inscriptiones, in quibus etiam insunt falsae nonnullae. Titulum Castellonensem omnium gravissimum (n. XXII) sero novit. Itaque quamquam litteras Ibericas e Phoeniciis derivatas esse et ipse recte indicavit, tamen ut quaestionem universam promoveret nequaquam ei contigit. Sed meritus est eo quod quae ab aliis de origine Iberorum prolata sunt diligenter recensuit et inter alia plenius, quam antea factum est, similitudines exposuit, quae intercedunt inter nomina oppidorum Hispaniae et Africae septentrionalis; item quod quae de Vasconum lingua hodierna deque alphabetis Vasconicis explorata sunt, componere et diiudicare suscepit. Nomina locorum Iberica, quae in Galliis Aquitania et Narbonensi fuisse traduntur, item nomina propria hominum Iberica apud scriptores veteres memorata collegit quidem, sed neque enumeravit plene nec discrevit caute a Celticis. Quae omnia quamquam studio sane laudabili persecutus est, tamen nec grammaticam nec historiam antiquam nec numismaticam epigraphicamque artem ita callebat, ut ab erroribus et omissionibus gravibus posset cavere. Inprimis obfuit, quod quae ab Antonio Delgado aliisque scriptoribus Hispanis inventa erant paene omnia ignoravit. Ita verbi causa nummos Rhodienses

---

[75]) *Les premiers habitants de l'Europe par H. d'Arbois de Jubainville* ed. II (I prodiit a. 1877) [cum G. Dottin] vol. I Parisiis 1888 (pp. XXIV 400) 8.

[76]) R. Festus Avienus ora maritima, *estudo de este poema na parte respectiva a Galliza e Portugal por F. Martins Sarmento* (cum tab. geographica) Porto 1880 (pp. 93) 8.; eiusdem *os Lusitanos* cet. Porto 1880 (pp. 10) 8.; *os Argonautas, subsidios para a antiga historia do Occidente* (cum tabb. II) Porto 1887 (pp. XXXI 292) 8. Dixi de scriptis illis omnibus *Deutsche Litteraturzeitung* 1881 p. 1584, 1888 p. 1224.

[77]) F. Adolpho Coelho *questões ethnogenicas, Lusitanos, Ligures e Celtas* in *Rev. archeologica* III 1889 p. 129—144 IV 1890 p. 153—161.

[78]) *Ueber das iberische Alphabet* in *Sitzungsberichte der phil. hist. Cl. der kais. Akademie der Wissenschaften zu Wien* vol. LXV 1870 p. 165—238; *die Einwanderung der Iberer in die pyrenäische Halbinsel* ib. p. 519—564; *eine baskische Sprachprobe nebst Einleitung und Commentar* ibid. p. 731—766; *über das baskische Alphabet* ib. vol. LXVI 1870 p. 7—50; *über das lateinische und romanische Element in der baskischen Sprache* ib. p. 239—260; *Prüfung des iberischen Ursprungs einzelner Stammes- und Städtenamen im südlichen Gallien* ib. vol. LXVII 1871 p. 345—410; *über eine in der Nähe von Castellon gefundene iberische Inschrift* ib. p. 573—580; *über den iberischen Stamm der Indiketen und seine Nachbarn, ein Beitrag zur Topographie des nordöstlichen Hispaniens* ib. p. 761—804.

omnino non novit. Emporitanos paucos; de multis aliis a Boudardo deceptus prave iudicavit. Quominus quaestiones incohatas absolveret scriptor morte prohibitus est.

19. Inter eos viros, qui vel linguam Vasconicam grammatica ratione explorare susceperunt, qui satis multi sunt, vel litteras et mores Vasconum illustrare, ut et alii et Wentworth Webster Britannus, plerique, ut par est, monumenta Iberica omnino neglexerunt. Unus quantum scio Iulianus

Vinson 1871—1873 Vinson professor Parisinus, inter linguae Vasconicae indagatores iuxta Guil. Ioh. van Eys fortasse princeps, quamvis etiam linguarum orientalium perquam gnarus, cum iudicium ferret de libro a Francogallo quodam de Vasconum origine docte scripto et paullo postea de libris a Boudardo Phillipsio Heissio editis[79]), rectissime monuit, qui monumentorum Ibericorum sermonem e Vasconum hodierno explicare sibi proponeret, eum ante omnia hunc ipsum sermonem accurate ediscere et probe intellegere debere. Id vero minime tres viros illos praestitisse. Deinde cum tres dialecti sermonis Vasconici, quae hodie sunt, redeant ad linguam vetustiorem unam, illa qualis fuerit ex antiquissimis quae exstant monumentis primum indagandum esse. Monumenta autem linguae Vasconicae, ut supra monui, notum est non ascendere ultra saeculum sextum decimum. Itaque multum abesse, ut sermonis Vasconici hodierni formae tuto comparari possint cum nominibus vocabulisve Ibericis e nummorum lapidumque inscriptionibus eruendis, utpote annos circiter mille et septingentos quam illae antiquioribus. Hae autem quam parum probabiliter a viris illis doctis lectae essent et explicatae, exemplo uno e titulo Castellonensi desumpto Vinsonius demonstravit luculenter. Speramus fore, si ad studia haec examinanda redierit vir doctissimus, ut lectionem sane scripturae Ibericae aliquantum profecisse reperiat; ab interpretatione vero et cum lingua Vasconica comparatione hodie quoque eadem qua antea cautione abstinebimus, donec a grammaticis Vasconicis de antiquissima eius forma certiora edocti erimus.

Velasco 1877 20. Michael Velasco y Santos, archivarius olim Valentinus tum Complutensis, inscriptiones Ibericas omnes a se dudum collectas se editurum esse promisit. Sed edidit, quantum resciscere potui, tres tantum Alcalenses aliunde satis notas (n. XIX—XXI); quas de alphabeto Iberico instituisse se quaestiones affirmavit, nondum publici iuris fecit[80]).

Sayce 1877 21. Alexander H. Sayce Britannus, inter linguarum orientalium doctores clarus, cum in Hispaniam aliquando venisset, tabulam Castellonensem (n. XXII) inspexit statimque interpretandam suscepit[81]). Quod ut consequeretur, Heissii quidem opus evolvit, reliqua vero omnia, quae de quaestione difficillima a viris doctis prolata sunt, ignorantia superba neglegenda esse putavit. Tamen tabulae illius non solum scripturam, sed etiam sermonem facili negotio sibi visus est explicavisse: atque sermonem a Vasconico hodierno prorsus diversum esse pronuntiavit. Contra eum sermonem, qui in inscriptionibus Etruriae septentrionalis quas dicimus, Atestinis Vicetinis cet., deprehenditur, Ligusticum esse et Iberico titulorum Castellonensis et Saguntinorum simillimum. Insunt in adnotationibus eius observationes nonnullae non malae, ut exspectaveris ab homine docto; sed tamen conamina levissima merito silentio transimus.

Fita 1878 22. Alia prorsus ratione quaestionem illam aggressus est P. Fidelis Fita, vir doctus et in variis doctrinae philologicae, epigraphicae, historicae regionibus habitans, in libellis quibusdam

[79]) De libro scripto ab J. Fr. Bladé *études sur l'origine des Basques* (Parisiis 1869 8.) indicavit Jul. Vinson in *Rev. de linguistique* IV 1870/71 p. 55—71; deinde edidit dissertationem *la question ibérienne* in sylloge *congrès scientifique de France* (sessio XXXIX) a. 1873 vol. II (Pau 1873 8.) p. 357—368.

[80]) De titulis Ibericis a se collectis et in album relatis, quod dono dedit societati archaeologicae Valentinae, refert Michael Velasco y Santos in *la Academia* I 1877 p. 119 s.

[81]) Explicatio tituli Castellonensis (n. XXII) ab A. H. Sayce, dum Matriti moratur, proposita publici iuris facta est in ephemeride *la Academia* I 1877 p. 237 ss. cf. p. 188. Cf. etiam F. Fita *bol. de la Acad.* II 1882/83 p. 308.

editis annis 1878 et 1879 eruditione multiplici plenis[82]. Formas enim grammaticas sermonis Iberici ex nummorum inscriptionibus et ex nominibus locorum et hominum traditis eruere et cum flexione linguarum Indogermanicarum componere suscepit. Ita nomina virorum et mulierum in *-o* desinentia, gentium indicationes in *-um* (sive *qum*) e sermone Iberico derivavit: item nominum in *-us* genetivos singularis in *-is*, quos composuit cum genetivis Germanicis nominum Hispanorum vel Visigothicorum in *-is* et *-iz* (*-ez*), ut *Menendus Pelagis*, *Gomes Gundisalvis*, similibus, Ibericos esse putavit. Etiam Celticas formas in nominibus Hispanis inesse sibi persuasit. Quae omnia num recte statuerit valde dubito. Inprimis vero linguae Vasconicae hodiernae flexionem ad Ibericam explicandam adhibuit. Opinionem a non paucis prolatam, velut iam ante hos quadraginta annos a S. F. W. Hoffmanno[83], scilicet Iberes Asiae et Iberos Hispaniae eiusdem esse originis, quae nominum similitudine sola nititur, novis argumentis fulciri posse credidit: sermoni enim Grusiorum in Georgia ad Caucasum montem degentium, qui putantur ab Iberibus vetustis descendisse, magnam esse similitudinem cum Vasconum lingua. Numerorum vocabula, quae composuit, sane admodum diversa sunt. Ceterum hodiernam Vasconum linguam cum Etruscorum ab Iberibus Asiae etiam Robertus Ellis Anglus in opere postumo, quod imperfectum reliquit, derivare studuit[84]: frustra, nisi omnia me fallunt. Eandem vero opinionem Fita demonstravit iam prolatam esse saeculo XV a pontifice cardinali S. R. E. Iohanne de Margarit, episcopo Gerundensi. Ut de sermone Iberico iudicemus nondum videtur tempus esse: nam versamur adhuc in litteris eius interpretandis, de significatione et flexione vocabulorum paene prorsus incerti. Quod vir doctus initium fecit quaestionum, quae aliquando suscipiendae erunt sine dubio, audacter fecit: fieri potest ut in his quoque rebus fortuna adiuvet fortem. Sed interim iudicium suspendemus.

23. Salvator Sanpere y Miquel Barcinonensis in libro de origine et fontibus nationis Sanpere 1879
Catalaunae, quem edidit, et in dissertationibus quibusdam ad librum illum supplendum scriptis[85], litteras aliquot Ibericas (veluti I, quam putabat cum Caelestino Pujol *k* Latinam esse), explicare studuit proprio Marte nec sine ingenii acumine.

24. Bernardinus Martinus Minguez Carrionensis magna cum industria versatus est in Minguez 1883
nummis et inscriptionibus Ibericis colligendis depingendis explicandis[86]. Sed nec materiam plenam et certam congerere nec interpretationis sanam rationem reperire ei contigit: tamen aliquo modo sane meritus est de his studiis, quod imagines inscriptionum, quae in nummis sunt, e libris editis collectas proposuit accurate et cum fide delineatas. Eam ob causam dolendum est, quod liber eius laboriosus etiam in Hispanorum paucissimorum manus pervenit: a via ac ratione interpretandi, quam sequitur, adhibenda sane magnopere cavendum est. Nam quae de originibus Ibericis sibi visus est exploravisse quaeque ad nomina Iberica legenda et explicanda profert, tam sunt ab omni iusta eruditione destituta, ut merito silentio praeterire quam virorum doctorum irrisioni tradere praestet.

---

82) *Restos de la declinacion céltica y celtibérica en algunas lápidas españolas* (ex ephemeride *La Ciencia cristiana* seorsum expressa) *por el P. Fidel Fita*, Matriti 1878 (pp. 172) 8.; *el Gerundense y la España primitiva, Ensayos leídos ante la Real Academia de la historia* cet. *por el P. F. F.* Matriti 1879 (pp. 240) 8. Vide quae de utroque libello dixi *Jenaer Litteraturzeitung* 1879 p. 516 s.

83) *Die Iberer im Westen und Osten* cet. *von S. F. W. Hoffmann* Lipsiae 1848 (pp. VI 238) 8.

84) *Sources of Etruscan and Basque languages by* R. Ellis Londinii 1886 (pp. VIII 166) 8.

85) *Origen y fonts de la nació catalana por* S. Sanpere y Miquel Barcinone 1879 (pp. 271) 8. Idem *contribucion al estudio de la religion de los Iberos* in *Revista de ciencias históricas* I 1880 p. 1—45. Indicavit de libro illo breviter sed iuste Jul. Vinson in *Rev. de linguistique* XIII 1880 p. 116 s. et XIV 1881 p. 203.

86) *Datos epigráficos y numismáticos de España por Bernardino Martin Minguez, profesor de lenguas* [illegible] *en Valladolid* (cum tabb. XIII), Valladoliti 1883 (pp. VIII 247) 8.

25. Non defuerunt, ut vidimus, nec deerunt unquam qui re non satis perpensa et mediocriter docti scripturae linguaeque Ibericae aenigmata se primos solvisse persuasum habeant. Nuperrimus inter eos neque vero certo ultimus Iohannes Bonança est, Lusitanus Olisipone degens. Is enim in historia sua Lusitaniae, quam incohavit[87]) atque tam fuse tractandam sibi sumpsit, ut librum ab huius planetae nostri initiis inciperet, inter alia etiam illud se praestiturum esse promisit confidenter, quod adhuc nemini contigisset, scilicet ut inscriptiones Ibericas Lusitaniae meridionalis, velut eam, quam primus edidit (n. LXXIV), non legeret solum, sed etiam certa ratione explicaret. Explicationem illam suam nondum edidit, ego certe eam nondum potui videre; sed curiositate exigua donec apparebit exspectabimus.

Bonança 1886

26. Inscriptiones illae Ibericae in Lusitania meridionali repertae (n. LXII—LXX), quarum partem Cenaculo solus servavit (supra § 6), nuper repetivit Aemilius Cartailhac, scriptor inter anthropologos Francogallicos merita laude florens, in libro utili de aetate Hispaniae quam dicunt praehistorica[88]); interpretationem vero non attigit.

Cartailhac 1886

Accesserunt inscriptionibus illis novae quaedam antea ignotae (n. LXXI—LXXIII. LXXV. LXXVI) cura Statii da Veiga olim Balsensis, postea Olisiponensis, qui inde ab a. 1865 iussu regio in mappa archaeologica regni Algarbici occupatus regiones patrias diligentissime exploravit. Quae congessit monumenta atque specimina aetatis vetustissimae et Romanae inde ab a. 1877 collecta et exposita exstant in museo Algarbiensi, quod Olisipone condidit, atque describere et edere sibi proposuit in opere magno de antiquitatibus Algarbiensibus, in quo scribendo occupatus nuper litteris et amicis ereptus est[89]). Volumina duo, quae prodierunt, ad monumenta illa epigraphica tractanda nondum pervenerunt.

Veiga 1886

27. Quae de origine, moribus, lingua Iberorum ab eis viris doctis, quos modo enumeravimus, exposita sunt quaeque deinde de linguae potissimum Vasconicae hodiernae structura grammatica observata exstant in libris doctorum Hispanorum Francogallorum aliorumque recentissimis, ea omnia comprehendit G. Gerland in disputatione *die Basken und die Iberer*, quae inserta est Groeberi encyclopaediae Romanicae[90]). Recte de origine Vasconum ab Iberis repetenda iudicavit; quamquam documenta eius opinionis plurima quae supersunt ignoravit. Addiderunt quaedam G. Baist et J. Cornu, qui in eodem opere de linguis Hispanica et Portugallica scripserunt.

Gerland

Baist Cornu

28. Qui nuper thesaurum linguae veteris Celtarum condere coepit Alfredus Holder[91]), praeter Celticae linguae nomina et vocabula etiam Ibericae tantum non omnia — quae nos a Celticis quam accuratissime secernere potius studuimus —, enumeranda esse putavit. Unde necessi-

[87]) *Historia da Luzitania e da Iberia desde os tempos primitivos ao estabelecimento definitivo do dominio romano, parte fundada com documentos até ao presente indecifraveis por João Bonança* Olisipone 1886 ss. 8. cum tabulis. Prodierunt usque ad a. 1889 extr. fasciculi XII. Vide quae de eo libro diximus ego *Deutsche Litteraturzeitung* 1888 p. 908 et Antonius C. Borges de Figueiredo *Revista archeologica* III 1889 p. 89 s.

[88]) *Les âges préhistoriques de l'Espagne et du Portugal par E. Cartailhac* (cum tabb. IV et imaginibus 450) Parisiis 1886 (pp. XXXV 347) 8.

[89]) *Paleoethnologia, antiguidades monumentaes do Algarve, tempos prehistoricos, por Sebastião Philippes Martins Estacio de Veiga* vol. I II cum mappis II et tabb. LXXXIV Olisipone 1886 (pp. XXIII [IX] 609) 8. Dixi de hoc opere *Deutsche Litteraturzeitung* 1888 p. 837.

[90]) *Grundriss der romanischen Philologie u. s. w. herausgegeben von Gustav Gröber* vol. I (Strassburg 1888 4.) p. 313—334, p. 687—803.

[91]) *Alt-celtischer Sprachschatz von Alfred Holder, erste Lieferung* A—Atep-atu-s Lipsiae 1891, *zweite Lieferung* Atepi-ăcu-s — *brănŏ-s 1892 (*Spalte 1—512*) 8. mai. Consulendi sunt qui de fasciculo primo verba fecerunt H. Meusel *Wochenschrift für klassische Philologie* VIII 1891 p. 790 ss., Windisch *Litterarisches Centralblatt* 1891 col. 1081, Thurneysen *Litteraturblatt für germanische und romanische Philologie* a. 1891 col. 242 s., ego *Deutsche Litteraturzeitung* a. 1891 col. 1814 ss., 1892 col. 165.

tatem nobis imposuit ea consulendi, quae ad Celticam originem formarum quarundam vel indicandam vel probandam protulit. Quod cum fecerimus religiose, noluimus tamen in redarguendis eius opinionibus, si quidem probasse eas visus non est, commorari. Nam in materia potius colligenda quam in formis explicandis libri eius utilitatem positam esse consentiens eorum opinio est, qui iudicia de eo tulerunt.

Auctores epigraphici varii 29. Praeter viros doctos non paucos, quos enumeravimus, in inscriptionibus Ibericis aut colligendis omnibus aut in edendis singulis occupatos, ediderunt alias seorsum vel occasione oblata memoraverunt. Lozano (n. LII[a]), Merchante et Delgado (n. LI), Daniel de Lorichs, de quo supra (cap. I § 20) dixi (n. XVIII. XXII. XXXVIII), Aurelianus Guerra (n. XXXIX), Iacobus Zobel (n. L) cum Fideli Fita (n. XXXV), Emmanuel Berlanga (n. XLIII. L), Aurelianus Ibarra (n. XXXIV), Arthurus Pedrals (n. IV), Aloysius Heiss (n. XXXIII), Franciscus Gamurrini Florentinus, qui titulum Ibericum in Italia repertum protulit (n. XLII), Martinus Sarmento (n. LXI), Statius da Veiga (n. LXXVI), Romanus Andres de la Pastora (n. XXXVII), Iohannes Rubio de la Serna (n. II—IV), Martinus Sarmento (n. LV), Caelestinus Pujol (n. I). Tesseram Matritensem (n. XL) misit Iosephus Raimundus Mélida amicus, ipse descripsi.

Addidi, ne quid desideraretur quod huc faciat, titulos scriptos litteris Latinis, sed sermone peregrino (n. XLIV—XLIX. LIII—LX), atque memorare etiam volui titulos rupi incisos (n. LII[b–f]), quamquam num omnino litteras habeant et num vetusti sint iure dubitaveris.

Falsae Etiam in hac epigraphices regione fraudes locum habere, ut in reliquis omnibus, non est quod miremur. De inventis Candidi Mariae Trigueros (n. IX* XI* XIII* XLI* XLII* LIII*—LV* LVIII*—LX*) et de fraudibus Granatensibus (n. XLIII*—LII*) supra iam dictum est (§ 2 et 4). A Lastanosa (n. XIII*) et ab Errone (n. XVI*. LVII*) quaedam prolata sunt a vere Ibericis admodum diversa, quae falso huc referebantur. Tarracone deinde (n. I*—VIII*) et in colli sanctorum prope Yecla (n. XIX*—XL*) inscriptiones quaedam fictae sunt ob vanam gloriam captandam et ex lucri cupidine, quas aegre credimus a doctis hominibus unquam pro genuinis habitas esse. Interdum exempla titulorum fortasse genuinorum imperite ac neglegenter excepta tenemus, ut Bilbilitani (n. X*), de quo iam dixi (§ 3), Avilensium (n. XIV* XV*), Turgaliensis (n. XVII*), Jumillensis (n. XVIII*), quae necessario releganda erant inter inscriptiones suspectas. Ilicitanus (n. VIII[a]*) et Hastenses (n. LVI[a]*) Latini potius videntur esse male lecti.

Materiae epigraphicae auctores et historiam studiorum Ibericorum adumbratam tenes: iam in eo est, ut ad quaestionem de scriptura Iberica accedamus.

CAPUT III

SCRIPTURA

[illegible] Scripturam Ibericam e Phoenicia derivatam esse, non e Graeca, cum litterarum singularum formae demonstrant, ut statim apparebit, tum quod in ulteriore provincia tam in nummis quam in inscriptionibus nunquam desiit sinistrorsum derigi secundum Phoeniciorum consuetudinem. In nummis Castulonis ulteriori vicinae antiquioribus et ipsis sinistrorsum procedit (n. 118): contra dextrorsum derigitur in citerioris reliquis omnibus itemque in inscriptionibus una excepta patera Segoviensi (n. XXXIV), quam non sine causa potius ex ulteriore provenire coniecimus. Vestigia

consuetudinis antiquioris paucissima supersunt in citeriore ϟ *s* interdum ita ≀ scripta et ≸ iuxta ≹. Unde Iberi putandi sunt scripturam iam per saecula aliquot sibi notam, ut Artemidori testimonium apud Strabonem servatum (III 1, 6) docet, quod infra cap. IV attulimus, ad exemplum Graecae et Latinae mutasse, cum nummos inscribere coeperunt; id quod ex aliis quoque indiciis a Delgado iam observatis concluditur. Formas litterarum singularum sinistrorsum directas utpote antiquiores infra ubique praeposui reliquis. Singularis est forma et ratio scripturae eius, quam in nummis regionis Asidonensis (n. 142. 145—153) primus observavit et explicare studuit Zobelius. E Phoenicia videtur et ipsa derivata esse; sed neque convenit cum vere Punica nummorum Gaditanorum Malacitanorum cet., nec similis est Ibericae provinciae citerioris vel Obulcone vel Salaciae adhibitae. Similitudinem aliquam cum scriptura Libyca inscriptionis Thuggensis deprehendere sibi visus est Zobelius. Inscriptionem illam bilinguem, scilicet litteris Punicis a parte laeva, a dextra Libycis inscriptam, ex exemplo olim Peirescio misso Gesenius edidit (scripturae linguaeque Phoeniciae monumenta p. 183 ss. tab. 20 LVI), postea, cum iam Londinium translata esset (v. V. Guérin *voyage archéologique dans la régence de Tunis* vol. I, Parisiis 1862, p. 119 ss.), inter alios tractavit A. C. Judas (*nouvelle analyse de l'inscription libycopunique de Thugga* cet. cum tab., Parisiis 1869, pp. 76). Similiter illa atque reliquae inscriptiones Libycae eiusdem fere regionis breviores postea repertae, quas Faidherbe potissimum collegit, corpus autem inscriptionum Semiticarum Parisinum nondum attigit (ad ultima eius volumina relegatae sunt), scriptura utitur quadrata, saepe columnatim (στοιχηδόν) disposita, quae a nummorum illorum in regione Asidonensi repertorum prorsus differt. Casui tribuendum videtur, quod elementa singula, veluti ☓, utrique communia sunt; reliqua paene omnia differunt. De cognatione quadam linguarum, morum, adeo corporum, quam inter gentes Libycas et Etruscos intercessisse Daniel G. Brinton, vir doctus Americanus, sibi persuasit (*the ethnological affinities of the ancient Etruscans* et *on Etruscan and Libyan names* in *Proceedings of the American Philological Society* vol. XXVI et XXVIII 1887—1889, pp. 24 et 16, 8.; vide *Deutsche Litteraturzeitung* a. 1890 p. 1380), adhuc tacere praestat; nondum enim sat certis argumentis probata est. Sane per se probabile non est, e regione Numidiae ab ora Hispaniae satis remota scripturam hanc in regionem Asidonensem Carteianam Gaditanam pervenisse. Neque vero negaverim, quod coniecit Zobelius, ex alia aliqua Africae regione, quae Hispaniae magis vicina est, fortasse ex Tingitana, provenisse gentes eas, quae oppida illa in Hispania condidissent nummosque inde emisissent. Cui coniecturae quamquam non pauca sunt quae faveant, tamen haec quoque scriptura ex Phoenicia videtur potius derivata esse ab indigenis in ipsa Hispania. A litteris vero illis cum Ibericis reliquis componendis comparandisque adhuc abstinendum est, cum lectio et interpretatio nummorum in regione Asidonensi repertorum tot tantisque difficultatibus laboret, ut certi nihil adhuc mihi quidem statuere contigerit de inscriptionibus nummorum illorum legendis. Itaque a quaestionibus palaeographicis, quas iam adimus, litteras illas sive Turdetanas sive Libyphoenicias omnino seclusimus.

De similitudine, quae intercedit inter nomina aliquot geographica Africae et Hispaniae, infra dicetur cap. IV.

Quae praeterea inter ulterioris et citerioris provinciae scripturam intercedunt discrimina non magna sunt neque ita comparata, ut seorsum de utraque videatur agendum esse.

Litterarum singularum significationes non ita demonstrabimus, ut verae quando et quem ad modum et a quibus viris doctis deinceps detectae sint exponamus. Sed singula earum genera comprehendentes ex comparatione cum formis Phoeniciis et ex exemplis nummorum et inscriptionum plus minusve certae interpretationis explicabimus ita, ut exempla omnia simul respiciamus;

id quod in singulis litteris indagandis omnibus omnino nondum praestiterunt viri docti. Inter exempla inscriptiones Ibericas drachmarum Emporitanarum (n. 5 *h*) et Rhodiensium (n. 3), scriptas illas litteris minutissimis et plerumque minus certis, omittere cautius visum est, paucis exceptis, quae interpretationem probabilem admittunt.

Quae a viris doctis multis, inprimis a Delgado, Zobelio, Berlanga recte observata sunt multa, ea aucta et emendata fundamentum praebent solidum, in quo interpretatio scripturae Ibericae quatenus fieri potest nitatur.

De originibus, aetatibus, varietatibus inscriptionum earum, quae in nummis exstant, dictum est in praefatione ad partem primam nummos complectentem; earum, quas tituli exhibent in aere lapidibus argilla inscripti, in praefatione alterius partis, quae inscriptiones proprie dictas continet. Materiam omnem, e qua notitia linguae Ibericae haurienda est, comprehendunt indices in fine adiecti.

Vocales.

1. ⋡ *aleph* Phoenicia sive Semitica vetusta, quam in inscriptionibus Ibericis Delgado primus *a* agnovit, formas ibi habet varias secundum aetates et loca. Recte Delgadum legisse probant nomina duodecim oppidorum populorumve aliunde nota et certa, quae inscripta sunt nummis Alavonae n. 32 Ausetanorum n. 18 Calagurris n. 64 Damaniae n. 86 Iaccae n. 48 Lagni n. 38 Laeetanorum n. 19 Lauronis n. 42 Saetabis n. 43 Saldubae n. 35 Turiasonis n. 60 Uxamae n. 74. In plus septuaginta nummorum inscriptionibus *a* vocalis exstat, quae etiam apud Iberos omnium vocalium frequentissima est.

4 formam Phoeniciae simillimam habet in nummis quibusdam Obulconensibus n. 120 7 et in titulis aliquot Lusitanis, ut n. LXII.

◿ in ulteriore provincia frequentissima est, ut in Obulconensibus plerisque n. 120 1 3 4 9 11 17 18 19 (semel 4 ita ◿ scribitur) et in lammina Gadorensi n. LVIII.

⊳ in citeriore, ut praeter Saguntinos n. 40 aetatis II et III nummi multi docent tituli que Castellonensis omnium vetustissimus n. XXII et e reliquis n. VI VII XXVI XXVIII XLI. Quod semel

⊳ scripta est in n. VIII, ex aetate huius tituli recenti videtur explicandum esse.

A A, linea transversa plerumque sursum directa, rarius plana ut in A Latina, in ulterioris provinciae titulis n. LXII—LXXIV frequens est; in Ilipensi a descriptoribus ita

A et A formatur, fortasse non satis accurate.

Nummi Saguntini n. 40 antiquissimi aetatis I formam

D habent rotundam Latinae *d* similem, a Zobelio cum aliarum litterarum similibus relatam ad imitationem formarum rotundarum, quas inscriptiones Phoeniciae in nummis Punicis Gaditanis et reliquis habere solent. Eadem redit in recentioribus n. 52 60 *q* 63 *c* 70 74, in n. 13 et 40 *b* infra sinistrorsum. Mirum in modum iuxta ⊳ et ⊳ in eodem nomine D scripta est n. 58. Proxima aetate

P est, *rho* Graecae similis, non *p* Latinae (nam clausa est), ut nummi Saguntini n. 40 docent aetatis II et lammina Luzagensis n. XXXV, in qua utraque forma D et P iuxta adhibetur: cf. praeterea n. II IV XIII XLIII. Eadem etiam redit aetate recentiore IV in nummis Segiensibus n. 49, sed aperta.

⊳ vel ⊳ tertia forma est, in nummis Saguntinis n. 40 aetatis III iuxta adhibita; ⊳ praeterea est in n. 19 *c* 32 35 38 42 43, ⊳ in n. 19 *b* 42 48 60. E titulis ⊳ habent n. XIII XIV XXXIX, ⊳ n. XIX XXIII XXIV XXV XXXVI XLII. ◁ formam habet patera Segoviensis n. XXXIV sola usum ulterioris provinciae secuta.

e 2. ⋵ ⋿ Phoeniciam paene immutatam redire in alphabetis Ibericis Velazquez antiquiores secutus recte docuit: atque iam inter omnes constat. Certa testimonia sunt nummi Aesonis (*ešh*) n. 17 Cessetanorum n. 21 Ercavicae n. 94 Iessonis n. 20 Laeetanorum n. 19 Letisamae n. 68 Nertobrigae n. 87 Segiae n. 49 Segisamae n. 66 Segobrigae n. 89 Segontiae n. 95.

⋿ (𐊆) forma plenior est in nummis Obulconensibus n. 120 6 7, in Salaciensi n. 188, semel in titulo Ilipensi n. LXI et saepius in patera Segoviensi n. XXXIV, prona ⸎ decies in Luzagensi n. XXXV, ⊧ in Rhodae vicinis n. 4 *b d* antiquioribus et Emporitanis n. 5 *h* 30, ⊧ et ⊧ in Sethisanis n. 101. ⊧ in vasculo n. XLIII.

Singularis est forma haec:

⁂ ter exstans iuxta hanc ⁂ novies adhibitam in lammina Gadorensi n. LVIII: *e* videtur significare. Vide infra ǂ. Statim secuta est trium linearum transversarum formam simplicior duarum

⊧ et ⊧ et ⊧; tertia longe frequentissima est videturque in Saguntinis n. 40 recentior esse quam prima. Est tamen in lammina Castellonensi n. XXII et in titulis praeterea plurimis. Raro etiam ita ⊧ scribitur, ut in n. 95: sed distinguenda est a ᐸ forma, quam *ce* significare infra videbimus. Quod iuxta usurpatae sunt formae ⊧ et ⊧ in Emporitano vetusto n. 5 *e* et in victoriatis Saguntinis aetatis I et in semisse n. 40 *b c f* ita inscriptis

DO⋞⊧⊧XᵒᐟX *arseedrgd*
DO⋞⊧⊧XO *arseedr*.

Zobelius acute inde explicare studuit, probante Berlanga, quod duorum oppidorum foedere iunctorum nomina inesse diceret *arse* et *edr*. Quod mihi minus probabile videtur. Cum nummi Saguntini vix recentiores n. 40 *e g* sequentesque omnes *h—r* inscripti sint

arsgdr,

multo probabilius videtur in ⊧ *ce* agnoscere, ut *arsecedr* forma vetustior, *arsegedr* recentior fuerit; ut infra exposui ad n. 40. Ceterum adnoto ⊧ in plerisque aliquanto magis supinam esse (⊻), quam typo exprimere licuit. Restant denique formae

ǂ ǂ ⁎ ǂ, quarum quamquam prima similis est *samech* Phoenicio et ξ Graeco, tamen inter viros doctos paene omnes convenit et ipsam similesque alias pro *e* vocali habendas esse. Id quod suadent ⁂ et ⁂ formae lamminae Gadorensis n. LVIII et interpretatio vocabulorum, quam supra dedi, probabilis, quamquam non usque quaque certa. Atque priores duae adsunt in nummis citerioris quidem, sed locorum ulteriori vicinorum

ᛗΛᛚOǂKᛧ et ᛗΛᛚOᛧǂKᛧ *iclonckn* n. 115 (semel breviata ≡ *a*)
ᛈᛈKǂKᛧ *urkekn* n. 116,

tertia sollemnis est in Castulonensibus et ipsis Baeticae finitimis

ΛᛗΦᛚ⁎ *césthle* n. 119,

quocum conveniunt tituli vasculorum Castulonensis et Italici n. XLII XLIII. Titulus Ilipensis n. LXI bis ǂ, ter ǂ habet, semel ⊧, si recte traditur; patera Segoviensis bis ǂ habet, duodecies ⋿ vel ⋵. Praeterea ǂ est in titulo Lusitano uno n. LXV, ǂ in quattuor n. LXII (iuxta ⋵) LXXI LXXIV LXXV, ⊧ fortasse in n. LXXII. Berlanga solus de *s* cogitavit: v. adnotata ad n. 115. 116. Quarta ǂ in nummo uno est, qui regioni Oscensi tribuendus videtur, inscripto

⋚ǂ⋚ᐅᐊ⋚ *sesars* n. 51

Quod lineae transversae trans hastam utrimque prolongantur, e scribendi tantum consuetudine ortum videtur. Non crediderim *ce* sive *e* productam (ἦτα) significari.

i 3. ʔ *jod* Phoenicia non mutata, collocatione tantum paullo diversa, in alphabetum Ibericum transiit. Est enim

ᛋ in titulis provinciae ulterioris, ut in n. LXIII LXIV.

ʌ in nummis Obulconensibus n. 120 (semel ⩓ 14 et semel Ж ..), И in Salaciensibus n. 188. ᛋ in lammina Gadorensi n. LVIII,

ч (vel ᛋ ʌ ᛋ ᛋ) in patera Segoviensi n. XXXIV; iam dextrorsum spectat

ᛘ in nummis Ielonensium n. 115 Urcensium n. 116 Iliberritanis n. 128. In citeriore autem provincia ita plerumque

ᛋ formata, sed etiam ᛋ et N (raro ᛋ n. III. ᛋ n. 59) post *a* frequentissima omnium vocalium est in nummis et inscriptionibus. Agnovit eam primus Puertas, secuti sunt viri docti recentiores omnes. Berlanga solus ʌ ulterioris pro *s* habet, nummos Punicos secutus. Probant interpretationem nummi Iacae n. 48 Iessonis n. 20 Ilerdae et Ilergetum n. 30. 31 (cf. 5 *h* 18—21) Iluronis n. 44 Iliturgitani n. 119 Iliberritani n. 128 Gilitani n. 41 et Saetabitani bilingues n. 43, Turiasonis n. 60 Calagurris n. 64 Letisamae n. 68 Virovescae n. 72 Bilbilitani n. 85 Damaniae n. 86 Segobrigae n. 89 Ercavicae n. 94 Tanusiae n. 107.

Sed etiamsi frequentissima tamen non videtur unica littera fuisse, qua Iberi *i* vocalem designabant; nam similiter atque in alphabetis Graecis multis tam Ionicis quam Chalcidicis forma hastae simplicis

I iuxta formam illam alteram adhibita est, potissimum in provincia citeriore: ut observaverunt Puertas et Delgado, quos Zobelius secutus est. Saulcy ᛋ pro *i* vel *y*, I autem pro *u* vel *y* habuit; Berlanga Sanpere Pujol dubitant, nec sine causa, ut statim apparebit. Primum enim utraque litterae forma, quam *i* et *ĭ* elementis transcribimus, in eisdem vocabulis iuxta usurpata est his:

PIᛋᛋΛΔ◁	*aĭrildur*	n. 22
ᛘPᛋᛋ◁IИ	*šalĭrin*	n. 30ᵇ
Iᛋᛘ	*ĭiš*	n. 91
XIИᛋ↑	*dĭniu*	n. 99
Iᛋ◇ᛋP	*ĭithla*	n. 26
IᛋШΛH	*ĭitlh*	n. 27

Deinde nulla exstat nominis forma, quae certo probet I significare *i* vocalem. Usurpata est I in vocabulis hisce

initio ante consonas *l r s*	IΛΛΛΛΔ◇	*ĭlcacaldò*	n. 40 *bb*—*dd*
	IᛋᛘOИᛋᛋ	*ĭršones*	n. 54 *h*—*s*
	IᛘOИᛋᛋ	*ĭšones*	n. 54 *a*—*q*
	Iᛘᛘ	*ĭšt*	n. 45 (cf. etiam 5 *h* 24—26)
ante vocales *e i u*	IᛋDHI	*ĭerhi*	n. 15ᵇ
	Iᛋᛘ	*ĭiš*	n. 91
	Iᛋ◇ᛋP	*ĭithla*	n. 26
	IᛋШΛH	*ĭitlh*	n. 27
	IЧᛋC	*ĭure*	n. 5 *h* 25
intra voces ante consonas *n q r s*	ᛋXIИ	*edĭn*	n. 4. 6 (cf. 5 *h* [illegible] et [illegible] clausula
	IИ	*ĭn*	n. 18. 22 30ᵇ 38, quibuscum
	ᛋI	*eĭ*	n. 2. 6. 9. 10. 11 12 43 *l* componendum
	XIИᛋ↑	*dĭniu*	n. 99
	⧖И◇I⧖ᛘ	*qnthĭqm*	n. 103
	PIᛋᛋΛΔ◁	*aĭrildur*	n. 22
	IXᛋ◁IZ	*ĭrekĭ?*	n. 15 c
	↑TᐅИID◇	*uzanĭath*	n. 58
	ᛋ↑Iᛋ	*aiuĭs*	n. 40 *y z* (cf. n. 5 *h* [illegible] 10 84)

ante vocales nullas (excepto fortasse n. 5 *h* 33) et vix in fine (exceptis fortasse n. 5 *h* 27 34 15ᵇ 15ᶜ?).

ĭ Zobelius cum observaret ante *a* nusquam I scriptam esse, nummos autem XIΝΜ↑ *dĭniu* n. 99 inscriptos probabiliter referri ad Dianium cumque IϘΜΟΝΕϟ *ĭršones* n. 54 inscriptos putaret ad Iarsonem sive Oeasonem referendos esse, I ubique significare *ia* sibi persuasit, I igitur semivocalem *jod* esse, Ν vocalem *i*.

Berlanga I contra *c* vel *k* esse credidit inde progressus, quod in inscriptionibus, quae I habent, nusquam < legitur (neque obstat quod Λ pro *ca* est in IΛΛΛΛΔϘ *ilcacaldr* n. 40 *bb—dd*); deinde quod pro ΧΝΦIΧΨ n. 103 in exemplaribus recentioribus *n o* scribitur ΧΝΦ<ΧΨ; denique quod pro IΝ clausula etiam legitur <Ν in hisce

IΝ-ΡΛΜΕϟ<Ν et ΡΛΜΕϟ<Ν	*ĭn-aušescen aušescn*	n. 18 *a d*
ΡΛΜΡIΝ	*aušaĭn*	n. 18 *b*
ΜΡΡΜ◁IΝ	*šalirĭn*	n. 30ᵇ *b*
ΜΡΡΜΟ<Ν	*šalircn*	n. 30ᵇ *c*

Sed tamen IΝ illud in n. 18 *a* cum iuxta <Ν legatur, potest in n. 18 *b* <Ν vel <Ν omissum esse; et in 30ᵇ *b c* similiter duplex iuxta in usu fuisse clausula. Eadem IΝ clausula legitur in capite bovino argillaceo Tarraconensi n. XIII *e* et in titulis n. XV et XXXII. Pro Berlangae opinione aliqua ex parte facit, quod in nummis ΛΝΜΕ<Ρ *caĭšesa* n. 91 inscriptis aversa habet IΝΜ *ĭiš* illud; quod si *cis* legimus, potest breviatum esse ex *cais*. Cum reliquis vero exemplis, in quibus I littera adhibita est, *c* aegre convenit; neque exstant exempla certa, quae probent hanc interpretationem. Certo huc trahi non potest quod pro K interdum IC scriptum esse infra videbimus. Sanpere denique et Pujol in nummis ΕΛΜΨIΝΦΡΡ *euštĭithla* n. 26 et IΝШΛΗ *ĭitlh* n. 27 inscriptis Baetulonis nomen inesse putabant et propterea sibi persuaserunt I formam breviatam esse ex Λ, *p* vel *b*. Sed etiam huius interpretationis argumenta certa desiderantur; atque Pujol ipse I non raro per *i* transcripsit.

In inscriptionibus provinciae ulterioris I rara est. In nummis Obulconensibus unum exemplum est n. 120 15 *d* minus certum. Ν contra circiter 20 exemplis exstat. Unum item incertum est in titulo Ilipensi, Ν duo in n. LXI; patera Segoviensis n. XXXIV, lammina Gadorensis nullum habent, sed Ν in illa septem, in hac quinque sunt. Tituli Lusitani n. LXV LXIX LXXIV bina, LXXI unum I habent ex parte incerta, Ν sedecim. Num in eisdem vocabulis adhibeantur certo diiudicari non potest.

Etiam in inscriptionibus provinciae citerioris I non raro legitur. In patellis Tarraconensibus I quinque, Ν una sunt; in titulis hisce I et Ν iuxta scriptae sunt n. XV I una Ν quattuor; XXIII I una Ν tres; XXVII I una Ν quattuor; XXX I una Ν una; XLII I una Ν quattuor. In lammina Castellonensi n. XXII I septem Ν viginti duae atque quinquies in eodem vocabulo, in Luzagensi n. XXXV I una Ν decem, in eodem vocabulo semel; in reliquis titulis citerioris omnibus I sedecim Ν quinquaginta quattuor sunt.

Exempla sex supra scripta nummorum et inscriptionum circiter decem, in quibus I iuxta Ν legitur (in primo *air-ildur* n. 22 duorum oppidorum nomina inesse probabile est), eo sane ducunt, ut soni aliquod discrimen litteris diversis indicari putemus: quod in *i* pingui *ei* simili (Ν) et in correpta, vel in *i* acuta et illa, quae apud Romanos *u* similior erat (ut in *optumus optimus* similibusque) potest situm fuisse. Sonus ille *u* similis vel ante vocales *v*, de quo olim Saulcy cogitaverat, non videtur abhorrere ab exemplorum I litterae, quae supra dedi, interpretatione probabili. Similitudo alphabetorum Graecorum et Italicorum facit, ut I et Ν eandem litteram esse credere pergamus, donec alia certior interpretatio proferetur. Transcripsimus igitur per *ĭ*, ut ab Ν *i* distingueretur, neque vero aliam litteram per I significari credimus.

4. ○ Phoeniciam ut in alphabetis Graecis, ita in Ibericis quoque adhibitam esse eadem significatione veri simile est, quod primus Saulcy statuit, reliqui viri docti probaverunt: sed certis exemplis non demonstratur. Nullum enim exstat nomen oppidi certum, in quo legatur. Forma vetustior simplex ○ videtur fuisse, quam habent tituli Lusitani n. LXII—LXVI LXIX—LXXII LXXIV LXXV et Ilipensis n. LXI, in citeriore nummi Saguntini vetusti n. 40 b, item drachmae Emporitanae multae n. 5 (sedecim exempla) et n. 15[a], praeterea etiam recentiores n. 54 *a* 75 115 et tituli n. VIII IX XIII XXVIII. Recentior forma angulata videtur esse *o*

◻, quam soli habent nummi Orsavenses n. 73, et

◇, quae est in n. 40 *bb—dd*, ubi tamen ita potius formatur ◊, et in n. 54 *g* 80 115; habent praeterea titulus vasculi Castulonensis n. XLI, fortasse etiam n. XXXII, item lammina Gadorensis n. LVIII et duobus exemplis patera Segoviensis n. XXXIV: item tituli citerioris n. XII XVI XXXII XLI. Incertae manent litterae imperfectae > in titulis Saguntinis duobus n. XXIV XXV.

Interdum punctum additur ○ vel ◇ litterae mediae:

⊙ semel est in patera Segoviensi n. XXXIV, ⊙ et ◈ in nummis n. 54 et 80 iuxta ○ et ◇, ⊙ quater in lammina Luzagensi n. XXXV, semel in Castellonensi n. XXII, in figlinis Tarraconensibus n. XIII 1 2; ⊙ ◈ in titulis incertae lectionis n. XIII XX XXI, ⅁ in n. XXXVIII.

Ceterum ◇ etiam *r* est ex ♀ orta, ut infra exponetur, neque vero difficile ab ○ distinguitur. Difficilius est distinguere inter ⊙ ◈ *o* et ⊖ ⊕ *theta* cum similibus, quod infra facere conabimur, ubi de dentalibus agemus. In nummis Obulconensibus cum semel ◈ sive ⊖ vel ⦶ iuxta ◈ vel ⊕ legantur n. 120 13, quae lineam transversam simplicem habet *o*, altera *th* videtur esse. Itaque

♀ ◈ ⊖ ⦶ *o* esse putabimus in nummis Obulconensibus solis.

5. Y Ч (Y) *waw* Phoenicia num in alphabeto Iberico formam hanc *u*

Ч similemve omnino servaverit quaeri potest. Quae in nummis Obulconensibus exstant exempla quattuor n. 120 2 13 21 22 itemque in Salaciensi n. 188 videntur satis certa esse, ita ut alterius formae littera, qualem in citeriore fuisse certum est, ibi videatur *t* esse: de qua dicetur infra. In lammina Gadorensi n. LVIII semel Ч est, in titulo Ilipensi n. LXI semel

Ⱶ, in patera Segoviensi n. XXXIV

Y Ч exemplis singulis: in titulis Lusitanis n. LXII LXIV LXV LXIX LXXI LXXII LXXIV LXXV exempla exstant duodecim. In nummo Urcitano n. 116, cuius scriptura ulterioris similis est, Ⱶ vel ⊢ est. In citeriore semel bisve

Y legitur in nummis n. 10 et 46, qui incertae interpretationis sunt: incerta quoque Y initio lamminae Castellonensis n. XXII posita, quam infra vix *z* esse dixi: in Luzagensi n. XXXV haec forma non legitur. In reliquis titulis citerioris si omittimus incerta (Y n. III, ⊬ n. XI, Ⱶ n. XIII, Ч n. XX, Y n. XXVII, V n. XXIV XXV XLIII), restant exempla

Y formae quae videntur certa esse in titulis Barcinonensi et Saguntinis duobus aetatis non nimis vetustae n. IV et XV bina, in n. XVI unum, iuxta quae altera *u* litterae forma non adhibita est. Exempla certa huius Ⱶ formae primus Saulcy, deinde Zobelius putabant ex H derivanda esse; ubi de eis dicemus. Ex incertis quales *z* vel *y* videantur esse posse, infra videbimus. Contra haec

↑ vel ↑ forma frequens est; quam *u* esse primus agnovit Grotefendius, probaverunt Delgado et Zobel. Atque potuit sane ex Y Phoenicia inversione quadam ⇡ ↑ fieri. De *y* Graeca cogitari non posse, cum Iberi scripturam Phoeniciam secuti essent, non Graecam, recte observavit Berlanga. Est illa in lammina Gadorensi n. LVIII septiens, semel iuxta Ⱶ semel adhibitam et ipsam in titulo Ilipensi n. LXI, ter in patera Segoviensi n. XXXIV. Atque in lammina Gado-

u rensi sane videtur *u* esse, non *t*. In nummis Obulconensibus bis legitur iuxta ᛋ n. 120 2 et 21; ter praeterea 18 19 20; ita Λ 17 19, ita Λ 20, ita Λ 16 (si eadem littera est; de significatione Δ Δ Λ litterae dicetur infra ad dentales), crediturque ibi *t* esse propter quattuor exempla ᛋ formae, quae supra indicavi. Nam ᛋ *v* semivocalem esse, ↑ *u* vocalem propter varias causas probabile non est. In titulis provinciae ulterioris ↑ praeterea non legitur. Sed frequens est in nummis titulisque citerioris provinciae, ubi significatio litterae probatur nominibus Alavonae n. 32 Lauronis n. 42 Ursavonis n. 73 Uxamae n. 74 Lutiae n. 82 Ercavicae n. 94 Tanusiae n. 107. Non obstat quod sonus eius Graecis Romanisque interdum *i* similior visus est, ut in nomine Indicetum, qui ↑ИΨ<ϟ<И *untcescen* n. 4. 6. 7. 8. 9. 13 scribitur, vel *y*, ut in ΓↁΓ<И *purpcn* n. 2, quod cum Pyrenae et Perpiniani nominibus licet componere; aut etiam cum *o*, ut in nummo bilingui Osicerdae *Os(icerda)* et ↑ϟⱶ<◁◇ *usecrth* n. 36 inscripto, vel in Virovescae ↑ИϘH↑ИΡ *uirhuia* n. 72 et Ursavonis □◇ϟΡ↑ *orsau* n. 73. Praeterea tamen ante vocales, ut in Virovesca n. 72, et inter duas vocales usurpatur; ut tam *u* vocalis quam *v* semivocalis sonum habuisse putanda sit; velut in Ercavica n. 94. Ex titulis Castellonensis n. XXII ↑ litterae exempla habet 12, Luzagensis n. XXXV 8, reliqui omnes tantummodo 13; vidimus in eis etiam Y formam exstare.

h 6. Β sive Ħ *cheth* Phoenicia transiit in alphabeta Graeca Ionica et Chalcidica omnia; aspiratam litteramque, quae eam designet, etiam in alphabetis Ibericis non defuisse probabile est.

Β formae vetustae pauca exstant exempla in inscriptionibus Lusitanis n. LXXI (duo) et LXXII: reliqui eiusdem regionis tituli H habent. Ter Ħ est in titulo Ilipensi n. LXI. Paullum differt forma cum tribus lineis transversis haec

Ħ, quae est in nummo Obulconensi uno n. 120 7, in titulo Lusitano uno n. LXX, in quibus praeterea non comparet, in vasculo Cordubensi n. XLIII. Plerumque vero ita formatur, ut solet in alphabetis Graecis et Latino,

H, qualis est in patera Segoviensi n. XXXIV semel, in titulis Lusitanis plerisque n. LXII (?) LXIV LXV LXVII LXXI LXXV, interdum ita

ꟷ, ut in n. LXIV LXVI LXIX, aut

H, ut in n. LXIII (?) LXVII et in lammina Gadorensi n. LVIII.

Haec forma H est etiam in citerioris titulis Castellonensi n. XXII, Luzagensi n. XXXV, et in n. I II XIII XXV; item in nummis multis, in drachmis vetustis Emporitanis n. 5 *h* 4 5 6 11 12 16 17 22 24 25 27 28 29 30 31 32 33 35 38 39 43 45 46 47 50 55 60; deinde in n. 1 2 12 14 15[b] 15[f] 17 20 24 27 28 29 34 42 44 46 47 49 50 52 53 56 57 58 61 66 67 69 72 88 104 105.

Ν est interdum in n. 52 61 69, quae plerumque H habent.

ᛋ in lammina Gadorensi n. LVIII Zobelio *h* esse visa est; ut ibi adnotavi.

Sed quaeritur quid littera haec significet. Delgado miro modo idem valere existimavit atque H Graecam et H Romanam; cum illis *e* producta, his aspirationis signum sit. Sed tamen cum Iosepho Velazquez et Puertas antiquioribus per *e* solvit; id quod etiam Berlanga facere solet. Saulcy *i* esse putabat. Si alphabetum Ibericum originem ducere ex Phoenicio recte statuimus, vix potest aliud significare quam illorum *cheth*: litteras enim Phoenicias reliquas omnes in alphabeto Iberico redire videbimus. Zobelius tamen, quem ex parte secutus est etiam Pujol, ut sibi persuaderet H litteram *o* esse, sed cum aspiratione quadam gutturali pronuntiatam aut praecedente aut sequente (quod per se probabilitate omni caret) *ho* vel *oh*, duplici observatione ductus est. Primum enim vidit nummos inscriptos

HШϘΜ<И	*htkšcen*	n. 34 Otogesae
↑ИϘH↑ИΡ	*uirhuia*	n. 72 Virovescae

tribuendos esse, deinde nomina Iberica in *h* desinentia cum Latinis convenire in *o. onis* terminatis haec *h*

⊨ΜH	*esh*	n. 17 Aesonis
ᛗ⊨ΜH	*iešh*	n. 20 Iessonis
IᛗШΛH	*iitlh*	n. 27 fortasse Baetulonis (vide supra § 3)
Λ⊳↑◁H	*laurh*	n. 42 Lauronis
5 ᛗᛚΔ◁H	*ildurh*	n. 44 Iluronis

Etiam in drachmis Emporitanis inscriptiones aliquot Ibericae terminantur in *h*, n. 5 *h* 4 5 6 11 12 24 29 30 47: cf. ᛀΛ⊳H .. n. 15[f]. Praeterea idem Zobelius observavit multo saepius H ante consonas quam ante vocales adhiberi in scriptura Iberica, scilicet initio in hisce sex vocabulis:

HTΨ<ϟ	*hztces*	n. 61
HЯᛚPΞΨ	*hthlaqm*	n. 104
H◁⊨	*hre*	n. 29 (cf. 5 22 30–33)
H♀HΜᛗ	*hrhši*	n. 88
5 HΜ◇Y<ᛀ	*hšthuen*	n. 46
HШ♁Μ<ᛀ	*htkšcen*	n. 34

et intra vocabula haec novem:

DDϟDHϟ	*arsahs*	n. 52
DD≷DΞϟHᛀ	*arsaqshn*	n. 67
♁ᛚᛗ✓HΨ	*klighm*	n. 50
ΨPϟHᛀϟP	*mashnsu*	n. 28
5 ᛀF◁Hᛀ<ᛀ	*nerhncen*	n. 1
Θ⊨ᛚᛗHΞΜ	*oelihqš*	n. 56
♀HΔ◇Ξᛀ	*rhdurqn*	n. 105
Μ⊨ΛHᛀ<ᛀ	*šelhncen*	n. 12
ΨΦ≷H≷	*trshs*	n. 57.

Cf. praeterea drachmarum Emporitanarum inscriptiones n. 5 *h* 16 17 25 28 31 32 35 38 45 46 50 55 60.

Multo rarius H ante vocales et ante *i* et *u* solas reperitur, initio in uno

HᛗᛚP↑V↑	*hilaucu*	n. 75 cf. 5 *h* 34

intra vocabula bis in

ᛚH↑ᛗΨΜΞΜ	*lhuitšqš*	n. 69
↑ᛗ♀H↑ᛗP	*uirhuia*	n. 72

Cf. drachmae Emporitanae n. 5 *h* 7 27 39 43; ita ut de *oi* diphthongo cogitari possit. Adde praeterea

ΜH	*šh*	n. 1 85[b] et
ΜHΜ	*šhš*	n. 75 79, item clausulas
⊨XHᛀ	*edhn*	n. 53 58 67 et
Hᛀ	*hn*	n. 47 49 52
DD≷DΞϟHᛀ	*arsaqshn*	n. 67

Denarii recentiores Celsitani vel Oscenses pro solita inscriptione

✱ᛀ et ✱ᛚΜЯᛀ	*kn klšthn*	n. 47	habent interdum
Hᛀ „ HᛚΜЯᛀ			
Hᛀ „ HᛚΜЯᛀ			

Unde pronum erat H et H pro *k* littera accipere. Nam quod Berlanga eum H *e* esse putaret, ut vidimus, ita etiam ✱ pro *e* habuit, id mihi videtur probabilitate carere. De clausula illa dicetur infra accuratius, ubi similes componentur; non videtur inde de significatione H litterae in universum certi aliquid consequens esse. Exempla H litterae in inscriptionibus observanda in neutram partem quidquam probant. ⊦ forma, de qua diximus supra (§ 5), in nummis Obulconensibus n. 120 2 13 21 22 et in n. 116 188 certo videtur nec *h* esse nec *o*, sed *u*. Exempla eius in titulis Gadorensi n. LVIII Ilipensi n. LXI et in Lusitanis n. LXIV LXV LXIX LXXI LXXII LXXIV

h LXXV aliter explicari possunt. In titulis provinciae citerioris exempla incerta tantum exstant n. XIII XX XXVII, quae et ipsa aliter videntur explicanda esse. Accedit quod *o* litteram vidimus non defuisse alphabeto Iberico.

Quod in nummis Latinis Ossetanis (n. 168) nomen oppidi interdum ita scribitur OSSHT, minime probat H Ibericam *e* esse; sed H illa E litterae forma rustica est, II magis notae similis.

Itaque certi nondum quidquam licet pronuntiare; sed cum gravioris momenti nihil, quantum video, obstet quo minus H litteram etiam Iberis *h* fuisse statuamus aeque atque Phoenicibus, ita eam transcripsimus, donec certiora edocebimur. Si omnino sonum vocalem habuit, *he* illum fuisse putaverim; quem sonum etiam H Graeca videtur habuisse, ut exposuerunt P. Kretschmer in Kuhnii *Zeitschrift für vergl. Sprachwissenschaft* XXIX 1887 p. 403 et M. Bréal *Mémoires de la soc. de linguistique de Paris* VI 1888 p. 209 et 410.

l 7. ᒐ ᒪ *lamed* Phoenicium transiit paene immutatum in alphabetum Ibericum, ut transiit in alphabeta Graeca et Italica omnia, mutata tantum collocatione, ita ut Λ Graecum. Nam

ᚦ sive Λ litteram in scriptura Iberica frequentissimam ita interpretandam esse iam Augustinum docuerunt nummi Bilbilitani n. 85; eumque secuti sunt inde a Iosepho Velazquez docti paene omnes. Comprobant eius significationem nummi certae interpretationis Gilitani bilingues n. 41, praeterea Laeetanorum n. 19 Ilerdae et Ilergetum n. 30. 31 Alavonae n. 32 Celsae n. 33 Saldubae n. 35 Lauronis n. 42 Iluronis n. 44 Calagurris n. 64 Bilbilis n. 85 Castulonis n. 118 Iliturgis n. 119 Iliberris n. 128. In Ilerdensibus n. 30 antiquiores hanc habent formam ᚦ, recentiores Λ. In titulis citerioris ᚦ habent n. I IV V VIII X XIV XXVI XXXII XXXIX XLII, Λ autem n. VI VII XI XII XV XVIII XIX XXI XXIII XXIV XXV XXVIII XXIX XXX XXXI XXXVII XXXVIII XLI. In ulteriore quoque provincia Obulconenses n. 120 hanc ⅂ formam habent decies, item lammina Gadorensis n. LVIII, titulus Ilipensis n. LXI, patera Segoviensis n. XXXIV, tituli Lusitani n. LXII—LXV LXVII LXXI LXXII LXXIV; in ulteriore enim Λ solet *c* esse. Ceterum interdum ᚦ et Λ formae vix distinguuntur. In ulterioris provinciae nummis Λ *c* esse infra videbimus; iuxta eam *l* ita formatur ⅂; ubi in titulis citerioris Λ pro *l* est, *c* hanc habet formam <, ut infra apparebit.

r 8. ◁ ٩ *resch* Phoenicia in inscriptionibus nummorum Ibericorum antiquioribus non vel paene non mutata a Puertas primo recte explicata est; formam peculiarem ♀ cum similibus Grotefendius primus agnovit, probantibus Delgado et Zobelio. Hae sunt formae primariae duae, altera cum hasta laterali, cum hasta media altera. Quo iure inde duplicem *r* Ibericae sonum fuisse Zobelius coniecerit, infra disputabimus.

ᗡ, *d* Latinae inversae similis, scilicet omisso hastae in ٩ pede, ut rotundae reliquae, antiquissima est. Exstat enim in nummis Saguntinis vetustissimis, qui inscripti sunt

DᗡᕮᕮᕮDCᐱ	*arsesacen*	n. 40 *a*

et in paullo recentioribus

ᚠ⊖ᗡ⊖ᗡ et ⊨Xᗡ	*ethrthr edr*	n. 4

Servata autem est raro praeterea in nummis quibusdam aetatis II et III, hisce

I⊨ᗡHI	*ìerhì*	n. 15[b]
DᗡϟDNϟ	*arsahs*	n. 52 *a*
DᗡᕮDXϟHᐱ	*arsaqshn*	n. 67

Sed in altero victoriato Saguntino vetusto

DPᕮᗡᕮᕮO⊨ᕮPᗡ	*arsagsoegra*	n. 40 *b*

forma ᗡ iam transiit in ♀, postea in ◁; in n. 67 sequitur forma angulata ◁ et in recentissimis redit ᗡ; in n. 52 pro ᗡ Iberica forma Latinae similis Я et R ursurpatur.

ꟼ formam Phoeniciam servant praeter Emporitanum incertum n. 5 63 nummi Obulconenses *r* n. 120 2 4 12 13 20, ◁ angulatam habent n. 3 11 20 (iuxta ꟼ) 21; semel n. 17 videtur R Latina exstare. Habent P praeterea et ᑭ Urcitani n. 116 Baeticae finitimi; in Iliberritanis n. 128 P et ᑭ. tum ♀ et ♀ vel O iuxta adhibentur. In titulis Lusitanis plerisque n. LXIV LXXIV LXXV ꟼ est. ◁ in n. LXIX LXXI, ᑭ in n. LXXII; D bis. ᑭ quater in titulo Ilipensi n. LXI.

◁ angulata sine pede est in n. 1 14 29 30[b] (iuxta ♀, ᗡ, ♀, ◇) 36 42 44 51 67.

Multo frequentior est forma altera, quae videtur proprie Iberica fuisse

♀ ♀, quarum prior sollemnis est, altera fortasse, ut rotundae aliae, vetustior. Hanc quoque cum similibus ⏀ ♀ ♀ ♀ ◇ ◇, quamquam a φῖ et κόππα Phoeniciis et Graecis non diversam, *r* esse, probatur nummis Ilerdae et Ilergetum n. 30 31 Turiasonis n. 60 Calagurris n. 64 Virovescae n. 72 Nertobrigae n. 87 Segobrigae n. 89 Argaelorum n. 90 Ercavicae n. 94, quorum interpretatio certa est. ♀ vetustior est in nummis inscriptis

ᛗᛈ♀Иᗡ	*šerga*	n. 13 II
ᛚᐱΨ♀X	*iltrd*	n. 30 *a* (ubi postea ♀ et ◇ scribuntur) II et 30[b] *a* II

Sed recentior in

ᐱᛚᑭX♀ᛚXᛗ	*calaqriqš*	n. 64 (ubi postea ♀ est)
X♀ИᛈᛗXИ	*krnešqn*	n. 92 III

et saepe post ♀ ◇ vetustiores sequitur, ut in n. 60 63 79 (iuxta ♀ et ♀) 128.

♀ est in n. 100 (ubi postea ♀ est) 102. 105 (♀ et ♀) 119 (♀ et ♀) 128 (♀ et ♀).

In lammina Castellonensi n. XXII ♀ decies, ♀ quater. ♀ semel legitur; in Luzagensi n. XXXV ♀ duodecies. ♀ est in titulis n. VI VII XXVIII XXIX XL, ◇ in n. V XIV XX XXVI XXXII XXXIX, ♀ in n. XLI, ♀ in n. XXXVI, ♀ in n. IV XIII *a* 7 XLIII; ♀ et ◁ in eodem titulo nunquam sunt.

♀ est in n. 2 7 8 11 22 23 31 40 54 57 (iuxta ⏀) 60 (iuxta ◇ ⏀ ♀) 63 (iuxta ♀ ♀ ♀) 71 72 78 79 84 87 88 94 105 108 128; frequenter solet transire in

◇, ut in n. 11 22 23 31 (iuxta D semel usurpatum) 60 72 79 84; ◇ vetustior quam ♀ est in n. 73. Rarius ◇ sola reperitur, ut in

ᛚᐱΨ◇ᐅ◇<◁	*iltrarcdu*	n. 8

Interdum ◇ transit in formam longiusculam

◇, ut in n. 84 89 90.

In paucis tantum nominibus iuxta hanc formam prior cum hasta laterali exstat

ΔᗡHᐅϟ↑	*duriasu*	n. 60 IV iuxta ♀ ◇ ⏀ ♀ formas,
ᛘᛚᐱ♀ᛘP	*ilurir*	n. 128 *a* III et ᛘᛚᐱ♀ᛘO *f* IV

ubi in reliquis bis ♀ vel ♀ est.

Praeterea

ᛚϟX♀Χᐱᛈᛗ	*isqrkleš*
ᛚᛚΨ◇ᐅ◇<◁	*iltrarcdu*

in eodem nummo n. 8 leguntur, et in

ᑭI♀ᛚᐱΔ◁	*air-ildr*	n. 22
ᛚᛚΨ♀X ᛗPᛚᛚ◁IИ	*iltrd-šalirin*	n. 30[b]

nomina duo coniuncta sunt.

Zobelius cum hoc observasset et praeterea vidisset ♀ et similes formas cum hasta media nunquam initio vocabulorum scribi et intra vocabula ibi, ubi sonum fortiorem habuisse putabat, hanc *r* duplicem sive fortem esse sibi persuasit, ᗡ ◁ suavem sive leniorem. Quod utrum probabiliter statuerit necne infra (cap. IV § 8) disputabimus.

Sibilantes.

Alphabetum Phoenicium sibilantes quattuor habuit

ꕯ sive I *sajin*, ζῆτα Graecum,

ǂ ≡ *samech*, ξῖ Graecum,

Ⱳ *sâdê*, σάν, postea σίγμα Graecum,

W *schin*, σίν, postea σίγμα Graecum.

x Atque ut a littera altero loco posita ǂ incipiamus, eam in alphabeto Iberico omnino deesse statuemus probabiliter; nam vidimus ǂ et ⸸ *e* vocalis formas esse (supra § 2). Quod Berlanga ✱ et ⋇ re vera *x* esse putavit, certis argumentis non probavit. De sono *ks* num in lingua Iberica fuerit infra videbimus.

z 9. Zeta utrum in alphabeto Iberico omnino fuerit necne dubitari potest.

Ad formam Phoeniciam vetustam

ꕯ proxime videtur accedere

ᛪ in nummis Obulconensibus solis n. 120 2 5 8 9 10 11 16 observata, interdum etiam

⪤ scripta et semel

ᛪ; eamque Zobelius recte videtur pro *z* habuisse.

Similes Phoeniciae, non aequales, formae quaedam sunt *g* litterae, de quibus infra dicetur. Sed T exstat in nominibus duobus tantum regionis eiusdem hisce

↑TᐅᐟIDᐅ	*uzanïath*	n. 58
HTΨ<ϟ	*hztees*	n. 61

quod in semisse breviatum ita scribitur

HT	*hz*	n. 61 *d*

Delgado T pro Latina *t* habuit, quamquam in eodem nomine exstat atque Ψ, И, quod nos *g* esse putamus, *z* esse ratus; eumque secutus est Zobelius. In inscriptionibus T semel legi visum est exemplo incerto in titulo Lusitano n. LXXII 15, sed magis ᚴ *t* est; neque magis certum est, num ⊣, T litterae in muris Tarraconis insculptae n. XI huc trahi possint. Y est initio lamminae Castellonensis n. XXII, nescio quid significans. Alia T litterae exempla non exstant. Non curo quod etiam in alphabetis quibusdam Ionicis T sibilantem aliquam videtur significare (cf. Hinrichs *griech. Epigraphik* p. 396); sed dum meliora edocebor, propono T litteram in alphabeto Iberico pro *z* habendam esse. Raro igitur videntur Iberi veteres, similiter atque Romani, *z* litterae sonum acutum pronuntiavisse; quocum fortasse comparari potest, quod hodie quoque Hispani *z* et *ci* sonum dentalem peculiari quadam suavitate proferunt. Videantur etiam infra de ϟ dicta.

š 10. Restant *s* duae *sâdê* et *schin*, ϟ et M, quas Delgado recte distinxit; hanc *š* transscripsimus, ut discerneretur. Agnoverat eas iam Augustinus; reliqui paene omnes interpretationem probarunt. Distinguendas esse M et ϟ demonstrant haec nomina, in quibus ambae usurpantur:

ᚹ↑MᛕϟᐸᐟN	*aušescen*	n. 18
AᛈMᛕϟᐅ	*caišesa*	n. 91
IᛩMOᐟᛕϟ	*iršones*	n. 54
ᛈϟ<ᛩᛟAᛕM	*iscrkleš*	n. 8 *b*
MᛕXΓOᛈ<ϟ	*šeqprices*	n. 89
MᛕAᛈϟᚹ	*šethisa*	n. 101
↑MDΨ↑ϟ	*ušamus*	n. 74. 90

Etiam quod in nummis inscriptis

↑ᐟΨCϟCᐟ-MᛕᛩИD	*unteescen-šerga*	n. 13
ᐅЯϟᐅHϟ	*arsahs*	n. 52 *f n*

◻ΡᛊϷΛ	*orsau*	n. 73 *f*	*š*
ΓϷΓϷΝϟ	*plplis*	n. 85 *c e g*	

M littera addita est, huc facit. Ut incipiamus ab

M, quae bis ita M formatur in Castulonensibus n. 118 Baeticae vicinis et in patera Segoviensi n. XXXIV, fortior *schin* Phoeniciae sonus videtur servatus esse in *ušamus* Uxama n. 74. 90; fortasse etiam in *aušescen* n. 18 et *caišesa* n. 91. Nam quamquam *Ausa* a Romanis non videtur *Aussa* scripta esse ut *caussa*, tamen sonum similem habuisse potest. Qualis ille in *caišesa* Caesada (?) n. 91 fuerit aeque ignoramus. Non obstat, quod M non raro initio vocabulorum posita tamen Romanis *s* simplex fuit, ut in

MPΝΨΓ	*šaitp*	n. 43 Saetabis
MEᐱMPNHM	*šegšanhš*	n. 66 Segisama
MEXΓΟΝ<ϟ	*šeqprices*	n. 89 Segobriga
MFXΨϷϟ	*šeqtas*	n. 95 Segontia

Initio praeterea exstat in nummis n. 12 13 30ᵃ 75 79 101 106. In mediis vocabulis ante consonas, si modo vocales nullae in scriptura omissae sunt, est in

AΝMAX	*caišcad*	n. 59 Cascantum
ΛMΦΝ✱	*cšthle*	n. 118 Castulo

et ante *h* in

EMH	*ešh*	n. 17 Aeso
ΝEMH	*iešh*	n. 20 Iesso,

praeterea in n. 19 26 34 45 47 83 92.

Ante vocales in eis, quae ex parte supra memoravi *šegšanhš* n. 66 *ušamus* n. 74 *aušescen* n. 18 *caišesa* n. 91 *iršones* n. 54, exstat; praeterea in

ΝEXΝMPΨP	*ledišama*	n. 68 *Ledesma* hodierna.
XNΛMΝP	*dnušia*	n. 107 *Tanusia*

et in n. 10 18 67 88.

Neque vero multum mirabimur, quod interdum in eisdem vocabulis et eisdem locis M et ϟ promiscue videntur adhibitae esse.

Clausula frequens, quae solet XM esse in n. 40 55 56 69 75 76 80 81 82 90, in

	PΡPΨXM	*aratqš*	n. 78 *a*
variat cum	PΡPΨᛊ	*arats*	n. 78 *b d*

Contra ϟ scribitur iuxta XM in

ϷΟEXΟ-ϷXᛊ	*areqr-ads*	n. 79 *m-s* et
PΡEΝXΡPΨXM	*areiqratqš*	n. 79 *t u*;

ubi tamen clausula diversa potest adhibita esse.

M finalis praeterea est in n. 8 14 40 *bb* 43 *h i* 57 66 75 87 91 95.

In nummis Obulconensibus M sexies legitur n. 120 5 7 8 10 15 18; quinquies in lammina Gadorensi n. LVIII, semel in titulo Ilipensi n. LXI; in patera Segoviensi n. XXXIV semel M est ut in Castulonensibus; tituli Lusitani sex vel septem eius exempla habent n. LXII LXV (?) LXX LXXV. In lammina Castellonensi n. XXII semel M legitur, in Luzagensi n. XXXV octies; in titulis citerioris reliquis exempla circiter sedecim sunt n. V VIII XIII XIV XV XVIII XIX XXI (?) XXIV XXX (?) XXXII XXXVIII XL XLII. ⋈ forma in n. XI utrum *š* sit an *q* incertum.

Exempla illa perpauca confusionis, quae videri potest, ϟ et M litterarum si exceperis, ubique distinguuntur.

11. Ut ad *sádê* transeamus. *s*

≷ et ≸ formae e quattuor sexve lineis compositae praecedere solent formas trium linearum.

s Ita in victoriato Saguntino vetusto scriptum est

DO≶ⱵⱵXO et DP≷D≷≶°Ⱶ≷PO *arsecedr* et *arsagsoegra* n. 40 *b* (cf. *a c d*),

in recentioribus

ᐅO϶ᓴXO *arsgdr* n. 40 *g* cet.

Similiter in

DO϶DN϶ *arsahs* n. 52 interdum scriptum est

ᐅЯ≶ᐁH≷ n. 52 *g k l*; et in

DO≷DX϶HΝ *arsaqshn* n. 67 *a* etiam legitur

ᐅO≷ᐅX≷ *arsaqs* n. 67 *b–e*

Praeterea semel scribitur

ᑭPΛ≶ *lacas* n. 95 *a* ita

ᑭPΛ϶ „ n. 95 *b*

Utraque forma exstat in

ΨΦ≶H≶ *trshs* n. 57

Quinque lineas habet in

≷Ψ≷ᐅᐊ≷ *sesars* n. 51

Etiam in inscriptionibus forma haec plenior est, ≥ in patera Segoviensi n. XXXIV bis iuxta ≷; deinde ita ≷ formata bis in titulo Ilipensi n. LXI, ≥ (semel ≶) septies in lammina Gadorensi n. LVIII, ≷ in titulis Lusitanis duobus n. LXII LXXIV, ≥ in n. LXII LXXV, ϟ in n. LXV(?) LXIX LXXI. In citeriore ≥ sive ≶ habet lammina Castellonensis ter decies n. XXII, ≷ sexies Luzagensis n. XXXV; in reliquis titulis raro ≶ est n. II VIII XXXVII, frequentius ϟ in n. V VI VII IX XII XIII XXIV—XXX XL XLII XLIII. Unde non credo ≶ formam ex Graeco exemplo repetendam esse; id quod Berlanga proposuit docte, ut solet.

Forma autem *sâdê* litterae frequentior est tribus lineis composita, in antiquioribus ita ϟ formata, in recentioribus ϟ, interdum ≷ sinistrorsum directa. Docent hoc potissimum nummi

<϶Ⱶ *cese* n. 21 Cessetani

<ᑭ϶Ⱶ *celse* n. 33 Celsae,

qui et ipsi probant, cum certae lectionis sint, etiam ϟ Ibericam Romanis *s* litteram fuisse. Quod nummi Cessetani recentiores ita inscripti sunt

<Ⱶ϶϶Ⱶ n. 21 *g*,

non, ut exspectaveris, <ⱵMⱵ, id ad pronuntiationis discrimen aliquod erit referendum nobis ignotum. Praeterea ϟ etiam initio posita est in nummis

϶ᐁΛΛNⱵ *salduie* n. 35 Saldubae,

϶Ⱶ✓P *sega* n. 49 Segiae,

in mediis vocabulis in

↑϶Ⱶ<ᐊ◇ *usecrth* n. 36 Osicerdae

Δ٩NᐅϟT *duriasu* n. 60 Turiasonis,

in fine in

ΓᑭΓᑭN϶ *plplis* n. 85 Bilbilis

Exstat ϟ praeterea frequentissime, scilicet in nummis hisce n. 4 (= 7 8 9 13 14) 7 8 16 18 28 31 39 40 52 54 61 67 71 72 74 75 78 79 84 88 89 91 93 95 101.

In inscriptionibus Obulconensibus *sâdê* hanc formam habet plerumque singularem

≷ n. 120 3 6 7 10, sed interdum etiam

ₔ vel ≷ vel ✓ n. 120 5 22. In patera Segoviensi vidimus bis ≷ esse iuxta ≷ n. XXXIV, et interdum eandem formam comparere in titulis Lusitanis. In citerioris praeter lamminas Castellonensem n. XXII et Luzagensem n. XXXV ϟ forma frequens est.

Probabile non est *sajin* sive *zeta* tam frequenti in usu fuisse; unde non probo opinionem Berlangae, cui ϟ *zeta* est.

m et *n*.

12. ᛉ *mem* Phoeniciam in alphabeto Iberico primus recte definivit Delgado, quem Zobelius secutus est. Qualis eius fuerit forma vetustissima difficile est dictu; nam raro omnino exstat. In lammina Castellonensi n. XXII ita *m*

✓ vel ⋎ et bis ✓, quae ex quattuor lineis formata est, exstant, in Luzagensi ita semel

w non plene.

Nummi Obulconenses formam hanc quasi cursivam habent

ᛞ vel ᛞ n. 120 14 15; lammina Gadorensis n. LVIII hanc, ut videtur,

⊠ exemplis quinque, additis punctis, quae hic omitto; nisi fortasse *n* duplex est: *n* praeterea non legitur nec alia *m* litterae forma exstat. Similis est forma duobus tantum exemplis exstans

ㄣ in nummis Salaciensibus n. 188 sola et cum □ coniuncta ita ㄣ□; praeterea in nummo non vetusto Damanitano n. 86 *b*, ubi in reliquis Ψ est, et in Uxamensi uno n. 74 *c* ita ⊬, ubi in reliquis item Ψ est. Accedit exemplum unum in patera Segoviensi n. XXXIV. Inscriptiones Lusitanae exempla incerta tantum habent ita ꓘ ut videntur formata n. LXXII 17 LXXIV; in n. LXIV 26 LXV 12 LXVI 5 potius *k* est. In titulo Ilipensi n. LXI non legitur. Sollemnis in citeriore haec est eius forma

Ψ aut Ψ et Ψ. Probant significationem nomina certa haec

XΨDΝΜΥ	*dmaniu*	n. 86 Damaniae
ΓΕΧΜΜΡΨΡ	*ledišama*	n. 68
ΥΜDΨΥϟ	*ušamus*	n. 74 Uxamae

Exstat praeterea in nummis hisce n. 25 28 50 70 83 93 101 103 104 106 108 109, plerumque in clausula ⧖Ψ, de qua infra dicetur. Inscriptiones citerioris paucae eandem formam habent n. XII XIV; item quater patera Segoviensis n. XXXIV.

13. ϟ *nun* Phoeniciae forma in scriptura Iberica eadem est atque in alphabetis Graecis et Italicis, prona, hasta priore longiore, haec *n*

N: agnovit eam Velazquez neque quisquam postea dubitavit. Probant interpretationem nomina certa vel paene certa haec

ΝΕ◁ΗΝΕΝ	*nerhncen*	n. 1 cet. Narbonis
ΡΓΡΥΝ	*alaun*	n. 32 Alavonae
XIΝΜΥ	*diniu*	n. 99 Dianii
⧖ΝΘΦΡΡ	*qnthrpa*	n. 100 Contrebiae
XΝΥΜΜΡ	*dnušia*	n. 107 Tamusiae

Forma ubique eadem est, saepe minus prona quam typi nostri, scilicet sinistrorsum directa Ν in ulterioris provinciae inscriptionibus; in nummis Obulconensibus solis haec est

Ν n. 120 3 5 10 11 12 16 17 20.

Exstat *n* littera, potissimum in clausulis quibusdam frequens, in provinciae citerioris nummorum inscriptionibus hisce n. 2 4 cet. 6 11 15ᵃ 15ᶠ 16 18 19 21*f* 28 30 31 34 38 39 40*a* 46 47 48 49 51 53 54 58 66 67 70 87 89 92 93 103 105 114 115 116 117 128.

Labialis.

14. Nummos Bilbilitanos Iberice inscriptos viri docti antiquiores iam agnoverunt: ⊳ *beth* Phoenicium in alphabeto Iberico deesse, unam, quae tam *b* quam *p* significasse videtur. *p*

ʔ *pè* servatam esse primus observavit Puertas, quem reliqui secuti sunt. Nam B Latinam in nummo Castulonensi uno n. 118 nullius esse auctoritatis ibi observavimus. In nummis Obul-

p conensibus *p* omnino non legitur; in lammina Gadorensi n. LVIII semel signum non satis certum Ч est, in titulo Ilipensi n. LXI ᴘ et ⊓, in patera Segoviensi n. XXXIV semel ⊓. Forma in citeriore antiquior videtur

ᴘ aperta esse, quae tamen in aetatis III et IV tantum nummis comparet n. 55 81 (?) 100 102 103; ᴘ est in lammina Castellonensi n. XXII. Frequentior est

Γ, quam aetatis II nummus n. 2 et praeterea iuxta ᴘ recentiorem hi nummi habent n. 40 *dd* 43 85 87 89.

Demonstrarunt interpretationem nummi inscripti

MΓΝΥΓ	*šaitp*	n. 43 Saetabis bilingues
ΓΝΡΡΧΜ	*lipaqš*	n. 55 Libiae?
ΓΝΓΝΝϟ	*plplis*	n. 85 Bilbilis
Γ↑ΡΓ	*purp*	n. 2 Perpiniani
5 ΝΕΡШΓΜ	*nertpš*	n. 87 Nertobrigae
ΜΕΧΓΟΝϟ	*šeqprices*	n. 89 Segobrigae
ΧΝΘΡΡΡ	*qnthrpa*	n. 100 Contrebiae

Casu fortasse accidit quod nomina haec omnia excepto uno Purpicensium n. 2 Romanis *b*, non *p* sonum praebuerint; in reliquis nominibus utrum *p* an *b* pronuntiaverint Iberi ignoramus. In nummis Iliberritanis n. 128 ♀ *r* esse, non *b*, exposui ibi.

f A scriptura, quam e Phoenicia derivatam esse infra apparebit, *f* litteram deesse non est quod miremur.

Dentales.

d 15. △ *daleth*, ⊗ *teth*, + sive × *tav* in scriptura Phoenicia distinguuntur. Tres illas litteras recepit Iberica; quartam T supra (§ 9) potius *z* esse coniecimus.

Atque ⊗ *teth* forma paene immutata recepta est, ut Velazquez primus observavit. △ sive △ Ibericam *d* esse putabat Saulcy; Zobel primus *du* esse observavit, recte, ut infra videbimus. × *d* plerumque esse, non *t*, ut voluerunt Delgado et Berlanga, qui ambas, × et T, pro *tav* habent, idem Zobelius observavit. Ψ Ibericum Delgado et Berlanga *z*, Zobel *t* esse voluerunt. Hae igitur opiniones variae examinandae sunt. Incipiamus a

×, quae quamvis forma *tav* similior, tamen potuit ex ⴳ originem capere. Sed △ fortasse forma vetustior erat postea, ut videbimus, in usum singularem *du* syllabae conversa. Fieri etiam potest ut tenuem a media non satis distinxerint Iberi indeque quod × *tav* Phoeniciis erat pro *d* acceperint, similiter ut accidisse vidimus in *b* et *p* litteris. De qua infra dicetur Ψ potest sonum fortiorem indicavisse, quamquam videbimus eam initio vocabulorum usurpari. Sonum enim eiusdem litterae Ibericae Romanis modo *d* modo *t* visam esse nomina haec demonstrant:

ΝΓΨΡΧ	*iltrd*	n. 30 Ilerda
ΧΨΡΝΝ↑	*dmaniu*	n. 86 Damania
ΧΙΝΝ↑	*dĭniu*	n. 99 Dianium
ΧΝ↑ΜΝΡ	*dnušia*	n. 107 Tamusia
5 ΑΝΜΑΧ	*caišead*	n. 59 Cascantum

Nummi enim Latini inscripti *Tamusiense* cum Ibericis *dnušia* inscriptis (n. 107) certo coniungendi sunt; in *caišcad* Iberico (n. 59) Cascantum Romanorum servatum esse summam habet probabilitatem. Similem soni varietatem praebent nummi inscripti

♀ΝΧΧ	*knqd*	n. 53. 54
ΧΝ✶↑Ш	*qnkut*	n. 93

Comparari etiam potest quod in nummis Agredae plurimis scriptum est

	ᚹ♀ᗸ⧖♀ᚹX	*areqrad*	n. 79 *c*-*s* *v*-*x*.
in nonnullis autem	ᚹ♀ᗸᛀ⧖♀ᚹΨ⧖ᛗ	*areiqratqš*	n. 79 *t u aa*

d

In reliquis exemplis, ubi X legitur, scilicet in nummis n. 3 *e* 4 6 7 22 40 *b*—*r* 43 *h i* 53 58 79 diiudicari nequit, utrum *d* an *t* fuerit.

Nummi Obulconenses ter X habent n. 120 4 5 8, △ nunquam; inscriptio Ilipensis n. LXI ter X, bis △; lammina Gadorensis n. LVIII quinquies X, △ nunquam; patera Segoviensis n. XXXIV ter X, △ nunquam; tituli Lusitani quater X n. LXII LXX et fortasse n. LXXIV, △ bis n. LXXIV. In lammina Castellonensi n. XXII △ et △ singulis exemplis exstant, X nullo; in Luzagensi n. XXXV X semel est, △ nunquam; in reliquis citerioris inscriptionibus X vicies legitur n. I III V VI XIII XIV XVIII XXIII XXIV XXVI XXVII XXIX XXXII XXXVIII, △ sexies n. VI VII XV XXV XXXI XXXII, semel ᛏ n. XXIII et △ n. XLIII.

△ forma exstat in nominibus hisce:

	△♀ᛀᐅϟᛏ	*duriasu*	n. 60 Turiaso
	ᛘᗸ△Dᛀ/\/ᛏᛘ	*meduainum*	n. 70
	♀H△♀⧖/\/	*rhdurqn*	n. 105
	Ψ△ᛘ	*tdum*	n. 109
△ in	ᚹ♀ᐸ△♀√	*arcedurg*	n. 23
	ᛀᚪ△ᐊH	*ildurh*	n. 44 Iluro
Λ in	ϟᚹΛΛᛀᗸ	*saldnie*	n. 35 Salduba
Λ in	ᛀΛΛ⧖ᛀ◈	*ilduqith*	n. 37

Itaque quem Zobelius in △ punctata agnovit sonum *du* propter nomen Saldubae potissimum, ego propter Turiasonis iam in ipsa △ nuda inesse probabile puto. Berlanga dubitavit, sed aliam explicationem probabilem non proposuit. In solo

ᛀᚪΛ♀ᛰ♀	*ilurir*	n. 128 Iliberris

videtur *u* vocalem indicare.

Quodsi X recte statuimus *d* significare, △ vel △ alium sonum habuisse probabile est, quamquam fatendum X et △ in eodem vocabulo non reperta esse.

16. ⊘ aspiratae formae in alphabeto Iberico hae fuerunt variae, antiquiores ⊘ ◇ ◇ A A, recentiores *th* ◈ ⊖ ⊕; sed etiam priores quattuor interdum usurpatae sunt aetate recentiore. Berlanga ◇ et ∩ formas ex < et > coniunctis ortas esse et *c* duplicem sive *k* fortem significare sibi persuasit: certa autem eius interpretationis argumenta quantum video non exstant. Exempla tam certae quam incertae interpretationis composui omnia, ut comparentur cum *o* litterae usu, de quo egimus § 4:

⊘	ᚩ⊘ᗡ⊘ᗡ	*ethrthr*	n. 4 *e* cf. ᗸXᗡ n. 4 et ᗸ⊙ n. 42
	ϟᗸ⊘ᛀϟᐸ/\/	*sethiscen*	n. 39 (praeter ◈)
⊖	⧖/\/⊖♀ᚹᐅ	*qnthrpa*	n. 100 Contrebiae
◇	◇◇ᛏ◇◇ᛏᐅΨ/\/	*thruthruatn*	n. 16
	ᗸᛏᛗYIᛀ◇ᚪᚹ	*eušt-iithla*	n. 26
	Hᛗ◇Yᐸ/\/	*hšthuen*	n. 46
◇	ᛏTᐅ/\/ID◇	*uzanath*	n. 58
	Λᛗ◇ᚪ‡	*cšthle*	n. 118 Castulonis
	ᛰᚪ◇♀ᚹΛ	*ilthraca*	n. 119 Iliturgi bilingues
◈	ᛏϟᗸᐸᐊ◈	*useerth*	n. 36 Osicerdae bilinguis
	ᛀΛΛ⧖ᛀ◈	*ilduqith*	n. 37
	⧖/\/◈I⧖ᛘ	*quthiqm*	n. 103
	◈♀ΛXᛘ	*threaqm*	n. 108
A	✳ᚪᛗA/\/	*klšthn*	n. 47 Celsithanorum
A	ᛗEAᛀϟᚹ	*šethisa*	n. 101
	HAᚪᚹ⧖ᛘ	*hthlaqm*	n. 104

th Solae quam ultimo loco posui formae infra apertae a Phoenicia longius recedunt, neque tamen facile aliam explicationem admittunt.

Nummi Obulconenses hanc plerumque formam habent ◈ n. 120 1 6 16 20, rarius hanc ⊕ n. 13 20 22; ◇ ♀ ⊙ formas ibi *o* esse supra dixi. Lammina Gadorensis n. LVIII ter ◇ habet, nam ◇. quam bis habet, *o* esse puto; titulus Ilipensis n. LXI undecies ⍓ habet; patera Segoviensis n. XXXIV ⊗ semel et bis ⍓; tituli Lusitani semel ⊟ n. LXIV, ter ⦶ n. LXIV et LXXIV. Lammina Castellonensis n. XXII quater ⊕, bis ⊖ habet, Luzagensis n. XXXV bis ⊗. Tituli citerioris semel ⊕ n. III et ⊖ n. VII, ◈ quater n. XXIV XXV XXVI XXXII habent.

t 17. Ψ, quae videtur forma esse antiquior, Ψ frequentissima, iuxta eam usurpatae Y et Ш, *tav* Phoeniciam Graecamve esse indicant nomina haec significationis vel certae vel probabilis:

↑ИΨ<Ϟ<И	*untcescen*	n. 6 Indicetum
HШ⚶M<И	*htkšcen*	n. 34 Otogesae
MPИYΓ	*šaitp*	n. 43 Saetabis
ΨΨΓXM	*ttaqš*	n. 76 Tittorum
ᛘ↑YPXM	*lutaqš*	n. 82 Lutiae
ИⱠ♀ШΓM	*nertpš*	n. 87 Nertobrigae
MFXΨPϞ	*šeqtas*	n. 95 Segontiae.

Ψ Quod ad mediam iam observavimus, in tenui redit, scilicet a Graecis Romanisque in Indicetum nomine minus acuebatur. Etiam inter *th* et *t* videtur fuisse discrimen non grave, ut docent n. 26 et 27, 62 et 76, 118 et 128 *h i*. Exstat praeterea in nummis hisce n. 7 11 (cf. 15ª 16 21 *c-e* 117) 14 15ᵍ 26 27 30 30ª 31 45 57 61 62 69 78 93 109 117 128 *h i*. Eandem Ψ formam habent etiam inscriptiones citerioris lammina Castellonensis n. XXII semel, ter scribendi quadam abundantia ita Ψ vel Ψ incisam; quinquies ita Ψ lammina Luzagensis n. XXXV, sexies ita vel Ш vel Y patera Segoviensis n. XXXIV in his citerioris usum secuta; denique eisdem scribendi varietatibus reliquae inscriptiones n. III—VI XI XXV XXVIII XXIX XXXII XXXIX XLII. Similiter Y vel V tituli Lusitani habent n. LXX LXXI LXXIV LXXV. Sed nummi Obulconenses quae in citeriore

↑ *u* est pro *t* videntur adhibere, scilicet Y inversam. Berlanga comparavit apte scripturam Libycam inscriptionis Thuggensis, in qua signa haec tria ≻ ⩚ Y omnia *teth* esse creduntur. Zobelius sane, ut vidimus, Ч *vau*, ↑ *u* in eis esse voluit; minus probabiliter, cum in scripturis ex Phoenicia derivatis *u* et *v* non soleant distingui. Nobis una Ч *u* et *v* est; *t* autem cum praeterea omnino desit, putamus formis hisce ↑ n. 120 2 18 19 20 21 vel ⋀ 2 17 19 vel ⩚ 20 vel ⩚ 16 indicari. Eandem ↑ formam septiens habet lammina Gadorensis n. LVIII. Pateram Segoviensem et titulos Lusitanos usum citerioris sequi modo dixi.

Gutturales.

Scriptura Phoenicia quas habuit tres gutturales ∧ *gimel* sive gamma Graecum, ⋊ *kaph* sive kappa, ♀ *koph* sive koppa, eas in Ibericam quoque transiisse consentaneum est. Gamma autem apud Iberos ut apud Romanos videtur tenuis potius quam mediae sonum habuisse: unde probabile est aliquanto postea mediam littera quadam propria significari coeptam esse.

c 18. ∧ *gimel* forma eadem, sed collocatione aliquanto mutata in ulteriore provincia formam hanc ∧ sive ∧ habet, ut octies in nummis Obulconensibus n. 120 2 3 4 9 14 16 21, in patera Segoviensi n. XXXIV quater (bis iam rotunda est ↄ), in titulis Lusitanis n. LXII LXXI LXXIV; ter in eisdem rotunda est ↄ n. LXIII LXVI LXXIX, bis inversa V n. LXXIV LXXV. Similiter ∧ est in nummis locorum ulteriori vicinorum

ᛘΛᛚO⧣ꓘᴎ	*iclockn*	n. 115	c
ΛMΦᛚ⊁	*cšthle*	n. 118 Castulonis	
cf. CMΨᛚ	*cštl*	n. 128 *h i*	

Huius oppidi nomen in nummis Iliberritanis, ut videtur, repetitum formam rotundam C habet. In titulo Ilipensi n. LXI semel tantum exstat forma rotunda haec C incerta, semel ita Λ. In lammina Gadorensi n. LVIII omnino deest. In citeriore provincia plerumque dextrorsum directa

< est; in solis nummis ita inscriptis

HᛘᛚPᛏVᛈᛋ	*hilauces*	n. 75	formam hanc

V, deinde etiam Y et Y habet. < autem tenuis, non mediae sonum habuisse praeter Castulonis, quos iam memoravi, videntur indicare nummi hi

<ᛈᛋᛋᛈ	*cesse*	n. 21 *g* Cessetanorum
<Λᛋᛈ	*clse*	n. 33 Celsae
ᛏᴎΨ<ᛋ<ᴎ	*untcscn*	n. 6 Indicetum
ᛏᛋᛈ<◁◇	*usecrth*	n. 36 Osicerdae

Legitur praeterea in nummis n. 8 15[a] 23 31 43*f* 89*f* 117. Similiter

V est in lammina Luzagensi n. XXXV (quinquies) et in titulis Saguntinis n. XXIV XXV.

C rotunda in Castellonensi n. XXII, ubi bis tantum legitur: in reliquis inscriptionibus citerioris plerisque < est, n. VI XIII ter XIV XV XVIII XXVI XXVIII XXIX XXX XXXII XL: Λ est in n. XLII, V in n. XLIII; C bis in patellis Tarraconensibus n. XIII iuxta < ter usurpatam.

Eadem autem < cum vocalibus *a* et *e* sequentibus litteras ligatas effecit A et ≮: quarum illam pro *c* vel *k* simplici Delgado et Berlanga, hanc pro *c* vel *k* simplici Saulcy habuerunt: primus recte utramque definivit Zobelius. Tanta enim formarum multitudo, quae omnes *k* vel *c* significent, per se probabilitate caret. Atque

A forma est in nummis certae vel paene certae interpretationis his:

	ᛘᐅΛ	*iaca*	n. 48 Iaccetanorum
	AᛘMAX	*caišcad*	n. 59 Cascanti cf. n. 60
	AᛚPXᛩᛘXM	*calaqriqš*	n. 64 Calagurris
	ᛈᛩAᛏᛘA	*ercauica*	n. 94 Ercavicae
5	PᛩAᛘᛚᛘXM	*arcailiqš*	n. 90 Argaelorum
	AᛘMᛈᛋᐅ	*caišesa*	n. 91 Caesadae?

Legitur praeterea in nummis n. 11 24 40 *bb*—*dd* 71 81 95 100 102 103 108 117 119. Forma vetustior ut videtur A est in n. 11 24 59 64 81 91 117:

A vel A in n. 40 48 60 64 71 90 94 95 100 102 103 108 118 119:

∩ semel in n. 59 recentiores habent.

In nummis et inscriptionibus ulterioris A vel A omnino non leguntur: in citeriore vero A quinquies habet lammina Castellonensis n. XXII, A sexies et semel A Luzagensis n. XXXV: in reliquis inscriptionibus citerioris A semel est in n. XXXVI, bis in n. XLI. A vel A in n. VIII XIII XVIII XXIV XXXII XXXIII XXXVII XXXIX et ter in n. XLI, quae bis etiam A habet.

≮ *ce* legendam esse demonstrarunt nummi Cessetani n. 21 et Celsenses n. 33, quorum illi seiungi non possunt a <ᛈᛋᛋᛈ inscriptis, de quibus iam dictum est, atque omnino certae sunt attributionis, hi bilingues. Antiquissima in utrisque forma

◇ vel ≮ est;

≮ ≮ sequuntur:

C est in Saguntinis vetustissimis, deinde

ᛈ (ut *e*, de qua supra diximus, cf. n. 4):

≮ C ∈ in n. 4 est; longe autem frequentissima ≮ est. Legitur praeterea in nummis n. 15[c]

25 61 93 114: saepe usurpatur in clausula ≺N, quae iuxta ≺N legitur in n. 1 (et 14) 4 (et 6 7 8 9 13) 12 18 19 31 34 39 40. Semel

ɤ est in nummo recenti n. 14[b], ubi etiam N et ⊨ ita coniunctae sunt N̽ n. 14 *c*.

In nummis et inscriptionibus ulterioris ≺ non magis exstat quam ᴧ. Ex inscriptionibus autem citerioris sola lammina Castellonensis n. XXII iuxta ᴄ *c* et ⊨ *e* quater habet ᴄ. semel ∊; quae videntur *ce* significare. Lammina Luzagensis n. XXXV quinquies G pro *ce* habet.

Ita igitur *c*, *ca*, *ce* in scriptura Iberica scripta esse paene certum est.

g 19. Ut Romani G litteram a C distinxerunt addita lineola, ita Iberi in citeriore provincia (nam in ulteriore exempla eius litterae certa omnino desunt) Romanorum fortasse exemplum secuti *g* litterae signum aliquod peculiare videntur finxisse. A nummo bilingui Gilitano n. 41 progressi Puertas et Grotefendius *g* litteram Ibericam definiverunt; Delgado et Zobelius eos secuti sunt. Accedunt, qui interpretationem probent, Segienses n. 49 et Segisamenses n. 66.

Sed Zobelius sonum χ Graecae vel Hispanorum *j*, inde ab hoc saeculo ineunte pro *x* scribi solitae (ut in *exercito ejercito*), Ibericae iam linguae proprium fuisse ratus, distinguere voluit secundum pronuntiationem inter ✓ et ⚲ formas; cuius tamen distinctionis argumenta certa non protulit. Forma autem eadem est, sed vario modo collocata, haec:

✓ in hisce	✓ΛN	*gli*	n. 41 Gilitanorum
	ᛗᛏ✓	*lug*	n. 9
	ᛏNΨ✓D	*untga*	n. 15[g]
	P?≺Δ?✓	*arcedurg*	n. 23
5	ΛD✓N⊨	*lagne*	n. 38
	ϟF✓P	*sega*	n. 49 *a b* Segiae
	⚲ᛚN✓H	*kligh*	n. 50 *a b*
	M⊨✓MPNHM	*šegšanhš*	n. 66 *a* Segisamae
⅂ in	ᛞ⊣⊲ᛁ⅂	*gĭrekĭ*	n. 15[e]
	DP≷D≷≷O⊨≷PD	*arsagsoegra*	n. 40 Sagunti
	ϟ⊨⅂P	*sega*	n. 49 *c*
	⚲ᛚN⅂HΨ	*klighm*	n. 50 *c*
	M⊨⅂MPNHM	*šegšanhš*	n. 66 *b*
И in	M⊨?ИD	*šerga*	n. 13
ᛇ, И, ✓ in	DD≷ᛇXD	*arsgdr*	n. 40 Sagunti

Apparet raris tantum exemplis *g* litteram usurpatam esse, neque fortasse casu accidit, quod primum in nummis Saguntinis comparet, qui auspiciis Romanis cudi coepti sunt. Ceterum *g* et *k* sonum non ubique distingui ipsi illi nummi vetusti Saguntini docent, si ⊨ recte *ce* esse supra statuimus, et praeterea Argaelorum n. 90 et Segobrigenses n. 89, de quibus dicetur infra. Etiam Berlanga И *g* esse indicavit.

k 20. Etiamsi *ca* signo quodam peculiari ᴧ designari vidimus, tamen etiam *k* littera, ut Delgado recte observavit, scripturae Ibericae non defuit, quamquam non multa eius exstant exempla.

ɤ *kaph* Phoenicium paene immutatum semel est in nummo Obulconensi n. 120 II semelque in citerioris uno item sinistrorsum inscripto n. 15[e]; praeterea in inscriptionibus aliquot Lusitanis n. LXII (?) LXIX LXXI LXXII LXXIV (?). Sed in lammina Gadorensi n. LVIII et in titulo Ilipensi n. LXI deest; patera Segoviensis formam aliam habet, de qua statim dicetur.

ᴋ praeterea est in nummis citerioris prope ulteriorem cusis n. 115 116 et in inscriptionibus citerioris paucis n. III XIII XLI XLII.

Sed exstant duae amplius formae, quae eundem atque *k* sonum designavisse creduntur probabiliter. Priorem ex ᴋ duplici ortam esse observavit Delgado primus; est enim

∗ in nummis Oscensibus k

✱ΛΜΑΝ	*klšthn*	n. 47 Celsithanorum	

cf. n. 48 51 102 ubi ✱Ν et ✱ in adversa leguntur,

deinde in	ΧΝ✱↑Ш	*qnkut*	n. 93 et
X in	XϘΝΕΜΧΝ	*krnešqn*	n. 92

Fortasse huc etiam trahendum singulare illud

X, quod semel est in lammina Gadorensi n. LVIII.

In nummis Obulconensibus n. 120 et in inscriptione Ilipensi n. LXI non legitur: tituli Lusitani duo habent n. LXIV (minus certum iuxta ⋊) et bis n. LXVIII. In lammina Castellonensi n. XXII bis ita ∗ et ✱ legitur, cum ∀ ibidem sexies sit, in Luzagensi n. XXXV bis ita ∗: praeterea semel tantum ∗ est in patella Tarraconensi n. XIII *a* 9.

Verum est nomina illa nummorum certis testimoniis probata non esse: sed observandum est, quod iuxta leguntur

HΜΡΡ↑VΕϟ	*hilauces*	n. 75 *c*
HΜΡD↑✱Εϟ	*hilaukes*	n. 75 *d*

quae quamquam poterit aliquis ad terminationes varias referre, tamen *ce* et *ke* similiter sonuisse indicant. Praeterea nulla paene restat littera alphabeti Iberici, cui ∗ signum conveniat.

Berlanga quid X significet in incerto relinquit, ∗ autem idem esse atque H putat: ut supra vidimus (§ 6).

Restat tertium signum hoc ita

ᛟ sive Ω et ⍝ formatum. Nec X *koph* esse potest, cum in eisdem illud nominibus exstet n. 8 53 (54) 83, nec ✓ *gimel*, ut Zobelio visum est, cum una cum illo exstet in n. 50, nec facile *o* vocalis, quam propter ὦ μέγα Graeci similitudinem Delgado proposuit, quia haec littera recentis originis est. Zobelius ab uno nomine fortasse non plene scripto profectus, quod aliqua cum probabilitate explicari potest,

ᛟ◇-ϟD	*kr-sa*	n. 16 Gerundae

de *g* cogitavit et inter ✓ et ᛟ soni aliquod discrimen fuisse sibi finxit, ut supra observavimus. Nam quam praeterea protulit nominis

ᛟΡΜ✓H	*kligh*	n. 50

cum Gallico mansione comparationem, eam omni probabilitate carere infra exposui. Sed indicant sane exempla haec duo de gutturali cogitandum esse, quam ego puto ex > et < duplici ortam esse ita, ut ex

ᛟ evaderet ᛟ, sicut ✱ ex ⋊ et K. Eandem sententiam, scilicet ᛟ *k* esse, etiam Berlanga proposuit. Sane cum ∗ iuxta usurpetur in lammina Castellonensi n. XXII, distinguebantur signa duo fortasse ita ut *k* et *c* Latinae, et ipsae soni eiusdem, sed ante varias vocales poni solitae. Exempla reliqua huic explicationi non obstant, quamquam non certam reddunt, haec

DXᛟΛϟ	*adkls*	n. 7
ΨᛟϘΜ	*tkri*	n. 7
ΜϟΧϘᛟΛΕΜ	*isqrkleš*	n. 8
ΩΝΧX	*knqd*	n. 53 54
ΩΝΨΡΝ	*kntan*	n. 53
ᛟΡΡΜΜΧΨ	*klaišqm*	n. 83
ᛟΡ in adversa		n. 20 (ᛟ Λ) 102 103
ᛟ in aversa		n. 40 *ii*

Nummi Obulconenses n. 120, lammina Gadorensis n. LVIII, tituli Lusitani litteram non habent; in patera Segoviensi n. XXXIV quinquies legitur. Lammina Castellonensis n. XXII sexies

habet inversam ita

ᛉ iuxta ∗ et ∗, Luzagensis n. XXXV nunquam; in inscriptionibus citerioris hisce legitur ita ᛟ n. VI IX XII XV XIX XXX.

Ultima gutturalium in alphabeto Phoenicio

q 21. Φ sive ϙ *koph* est. Quas formas cum occupatas esse viderimus ab *r* et *th* litteris, una restat ⧖ cum ⧗ et ⧖ formis vix diversis, quam Delgado probabiliter statuit *q* esse, probante quidem Zobelio, qui tamen per *ko* vel *go* vertere voluit. Verum est nullum exstare nomen Ibericum, in quo cum *q* Latina haec littera prorsus conveniat. Sed tenendum est etiam in Graecis alphabetis usum koppa litterae latius patuisse. Gutturalem esse probabile reddunt nomina haec

	⧖ΝΘϙΡᐅ	*qnthrpa*	n. 100 Contrebiae
	ΛᐅΡ⧖ϙΡΝ⧖Μ	*calaqriqš*	n. 64 Calagurris
	ΜΕ⧖ΓΟΝ<ϟ	*šeqprices*	n. 89 Segobrigae
	ΜΕ⧖ΨᐅϟΡ	*šeqtas*	n. 95 Segontiae
5	ΡϙΕ⧖ϙΡΧ	*areqrad*	n. 79 Agredae

In quibus quae primo loco posita est *c* Latinae initiali, quae sequuntur omnia *g* litterae respondent; ut confirmetur, quod antea iam de tenuis et mediae confusione diximus.

Accedit quod Νϟ⧖ϙᛟΛΕΜ *isqrkleš* nomen n. 8 *a* per ⧖

etiam Νϟ<ϙᛟΕΜ *iscrkleš* n. 8 *b*

scribitur.

Quattuor autem exempla illa priora illud commune habent, quod ter *o* vocalis apud Latinos, semel *u*, semper fortasse apud Iberos ⧖ litteram sequitur. Unde non sine probabilitate ubique post ⧖ vocalem illam sive semivocalem auditam esse statuemus, etiamsi scripta non est. Agredae nomen Ibericum potest fuisse *arequrad* n. 79. Uno autem tantum exemplo ⧖ ante vocalem exstat, quae *i* est, scilicet in

ΝΛΛΛ⧖Ν◊ *ilduqith* (vel *ilduquith*) n. 37

Praeterea ubique ante consonas scripta est in nummis n. 15[a] 40 *bb* 43 *h i* 64 67 93 103. In primis frequens est in clausulis

⧖Μ	*qš*	n. 40 *cc dd* 55 56 62 63 64 69 74 78 80 81 82 90
⧖Ψ	*qm*	n. 83 93 103 104 108
⧖Ν	*qn*	n. 92 105

De quorum significatione infra dicetur.

In nummis Obulconensibus ⧖ plerumque hanc formam habet

⋈ n. 120 16—20 22 vel ⧖ 10; rarius hanc

⋈ 1 6 17 et

⋈ 7 10 15; item in Castulonensi n. 118 *g*

In lammina Gadorensi n. LVIII semel hanc formam habet ⋈ eandemque bis in titulo Ilipensi n. LXI, hanc ⧖ ter in patera Segoviensi n. XXXIV; tituli Lusitani plerumque hanc ⋈ n. LXII LXIII LXXI, semel hanc ⧖ n. LXXIV, bis hanc ⋈ n. LXIV LXXIV. In citerioris provinciae titulis ubique ⧖ scribitur, in tabella Castellonensi n. XXII semel, quinquies in Luzagensi n. XXXV, in reliquis titulis hisce n. XI XIV XV XIX XXIV XXXII XXXIX, semel ⧗ n. IX, semel ⋊ ut videtur n. III. Quae formae omnes facile ex una ⧖ variis modis vel posita vel ornata derivantur.

Litterae ligatae.

Nexus litterarum

22. Litteras binas pluresve in unum nexum ligasse Graecos Romanosque scimus in nummis potissimum propter spatii angustias. Inde fortasse Iberi usum eundem didicerunt, qui in nummis Phoeniciis quantum scio observatus non est. Supra iam exposuimus de

A *ca* § 18

ᗕ *ce* et similibus ibidem

△ *du* § 15.

Accedunt litterae usus singularis ligatae hae

⋉	*ad*	n. 79 *b*
ᚠᛏ	*aiu*	n. 40 *z*
ΛΛ	*aš?*	n. 43 *h i*
ᚹᛏ	*au*	n. 40 *y*
ϟ	*ces*	n. 89 *c*
X'	*dn?*	n. 6 *i*
XΨ	*dnu*	n. 107 *b*
ⵅ	*ds*	n. 79 *a*
Λ	*el*	n. 33 *c*
⇑	*gl*	n. 41 *a*
⇕	*gu*	n. 85 *e*
Λ*	*nce*	n. 1 *g* 14 *c*
ᗡ	*om*	n. 188
ΛH	*šh*	n. 85 *b*
ⲘΛ	*uš?*	n. 43 *a*
⇕	*uu?*	n. 25 *a*;

quocum comparari potest signum in inscriptione Barcinonensi n. IV.

Aliqua ratione huc trahendae sunt etiam litterarum formae ex reduplicatione ortae, si recte explicavimus,

∗ *k* ex ⋊ et ⋉

ᛝ *k* ex > et <,

fortasse etiam ᛰ *r* ex ᑫ et P

Sed solae A *ca* ᗕ *ce* △ *du* litterae ligatae frequenti in usu erant.

Interpunctio.

23. Non defuerunt scripturae Ibericae interpungendi signa. In nummis sane nulla sunt, ut exspectaveris; sed nomina in eis, si plura sunt, aut continuo aut lineis duabus scribuntur vel ita, ut inter aversam et adversam faciem distribuantur. Qua in scripturae dispositione quae obtinent discrimina, observata illa accurate a Zobelio, faciunt quidem ad genera et origines nummorum distinguenda, sed ad scripturam ipsam melius cognoscendam nihil adferunt novi: unde hic omitti possunt. In inscriptionibus interpungendi signa haec sunt Signa interpunctionis

⋮ puncta terna usurpata vicies semel in lammina Castellonensi n. XXII, ter in fine versus.

: puncta bina in Saguntinis n. XXIII XXV si recte lectae sunt, octies in lammina Luzagensi n. XXXV, et in vasculo Cordubensi n. XLII.

· punctum unum in medio, non in imo versu collocatum, ut in inscriptionibus Latinis, in bilinguibus duabus Tarraconensibus n. VI VII, deinde in Saguntinis n. XXIV (?) XXVI, sexies in lammina Luzagensi n. XXXV et in tessera n. XXXIX.

Interpunctiones hae omnes ex imitatione consuetudinis Romanae possunt ortae esse; nam etiam in monumentis epigraphicis Italicis quamvis raro puncta terna et bina superposita inventa sunt (v. Exempla mea scripturae epigr. Lat. p. LXXV). Phoenices autem interpungere non solebant.


Formae puncta sunt rotundae in lamminis ex aere et plumbo factis n. XXII et XXXV. Quae in lammina Gadorensi n. LVIII singulis litteris appicta sunt puncta, ad interpunctionem non

possunt pertinuisse, sed ornandi tantum caussa videntur addita esse. In reliquis inscriptionibus forma non satis aut expressa est aut repraesentata a descriptoribus; in illis quoque videtur rotunda fuisse, non triangularis, ut in inscriptionibus Latinis.


Alphabetum Ibericum.

Alphabetum 24. Qui hucusque patienter legentes secuti sunt disputationem implicatam et difficilem, concedent eo nos pervenisse comparando distinguendo divinando, quo, ut res se habet, omnino perveniri potest: scilicet ut usi eis, quaecunque ab antecessoribus nostris non paucis recte visa essent observata esse, litterarum singularum in scriptura Iberica usurpatarum omnium significationes quales fuerint demonstraremus aut certo aut probabiliter. Quae demonstratio quod probavisse visa est Iberos scripturam suam a Phoenicibus didicisse, non a Graecis Romanisve, congruit cum eis de historia populorum Ibericorum testimoniis, quae sola fidem merentur.

Iam ut comprehenderemus, quae de litteris singulis interpretandis pro exploratis habenda existimamus, alphabeti Phoenicii formas vetustas cum Iberici primum in ulteriore, deinde in citeriore maxime usitatis tabula hac brevi, quae sequitur, composuimus.



Litteris his Phoeniciis accesserunt, exemplo puto Romano, Ibericae propriae quinque



g   *ī altera*   *ca*   *ce*   *du*

Apparet ab exemplo Phoenicio scripturam Ibericam eo tantum differre, quod *b* littera omnino deest. Sane *f* litteram Romanam, ut supra exposui, nemo desiderabit.

Litterae viginti reliquae alphabeti Phoenicii vetusti in alphabetis Ibericis duobus ulterioris et citerioris provinciae redeunt omnes formis non admodum mutatis. Illud autem elucet, ulterioris provinciae populos scripturam non una cum citerioris didicisse, sed fortasse multo antea; unde sinistrorsum scribere perseverabant. Ita etiam illud explicatur, quod quam hi ex Y *vaw* Phoenicio fecerunt ↑ *u* formam, illi ex + *tav* ↑ *t* esse voluerunt, et quod *z h k m* litterarum formas Phoeniciarum aliquanto similiores servaverunt. Citerioris contra provinciae scriptura praeter vetusta Phoenicia etiam Graecorum et Romanorum exempla recentiora hic illic secuta est.

Litteras igitur didicisse probabile est Iberos vetusta aetate a viris Phoeniciis vel eis, qui Gadibus consistebant, vel eis, qui urbes in ora meridionali Malacam Abderam Ituci Olontigi Sex, quarum supersunt nummi Punice inscripti, paucasque alias, velut Suel, condiderunt. Posteriore demum aetate ad oppida aliquot maritima et mediterranea scribendi genus diversum pervenit, a scriptura Phoenicia et ipsum pendens, sed unde derivatum sit incertum; fortasse ex Africa. Scripturam illam non plene notam servaverunt nummi Asidonis Arsae Baelonis Baesipponis Iptuci Lascutae Naevae Obae Turris Reginae Vesci oppidorum soli. E regionibus Gaditanis scriptura Phoenicia delata est, Anae et Baetis fluviorum cursum fortasse primum secuta, ad Lusitanos et usque Obulconem; deinde aut ulterius per terram procedens aut, quod magis videtur probabile esse, per mare ad citerioris quae postea fuit provinciae populos. Ei scribendi artem noverunt, quamquam raro videntur usurpasse, cum Graeci coloni primum, deinde Carthaginienses Romanique imperium sibi paraturi ad eos venerunt. Etenim quae Graecis alphabetis maxime propriae sunt

litterarum formae (Β Δ Ξ Φ Χ Ψ) aut alienae omnino sunt ab Ibericis aut diversa significatione usurpatae. Ad Graecum denique Romanumque exemplum exculta est scriptura Iberica recentior ea, quam nummi titulique citerioris provinciae plerique exhibent.

Mutationes varias, quas litterae singulae aetate procedente in variis regionibus subierint, indicat tabula infra posita. Quam paullo aliter concinnandam et disponendam curavi ac Zobelius fecit (*estudio* I tabula extrema). Illud enim egi, ut formae litterarum singulae nullo negotio a legentibus reperirentur. Omisi vero discrimina, quae ille statuit, quattuor provinciae citerioris regionum et quattuor aetatum, quas ubique distingui posse sibi persuasit. Satis enim illae videntur indicatae esse in nummorum enumeratione, quam infra proposui. Locorum autem regionumque discrimina ex parte satis ambigua in certum tabulae ordinem redigi nondum possunt. Addidi autem in tabula litteras alphabetorum Graecorum, quae huc faciunt, principalium Ionici et Chalcidici, item Romani; unde clarius appareret, quatenus illae ab Ibericis differant.

ALPHABETA

			Phoenicium	Ibericum proleg. cap. III ulterioris	§	citerioris	Graecum Ionicum	Chalcidicum	Latinum
1	a	aleph	𐤀	4 ⊣ A A Ⱥ A	1	ᐅ D P Ƿ ᐅ ᚹ ᚨ	Α A	A	A
2	b	beth	𐤁 𐤁		deest		B	B	B
3	g	gimel	Λ Λ	Λ Λ) V	18	< V V (G Y Y	Γ ᚨ	C	C G
					19	ᐱ Z И			
					g	ᐱ И			
4	d	daleth	Δ	X	15	X	⊿ ◺	Δ D	D
5	e	hê	𐤄 ∃	∃ ⩩ ⩩ ⩩ ≢ ǂ	2	⊨ ⩩ ⊨ F ⊨ F ⩩	⩩ E	⩩ E	E
6	v	vâw	Y Y	Ч Ψ Y ↑ ⩘ ⩘	5	↑ ↑	v. n. 23	⊏	F
7	z	sajin	I I	⩘ ⩘ ⩘	9	T T	I		Z
8	h	cheth	8 H	8 H ⊟ H X И	6	H N	8 H	8 H	H
9	th	teth	⊗	⊕ ⟐ ◇ A A 8	16	⊕ ⊖ ⊘ ⊗ ⟐ ⟐ ◇	⊗ ⊕ ⊖ ⊙	⊗ ⊕	
10	i, î	jod	ᔦ ᔦ	ᛋ Ч ⩘ Ч ǀ	3	ᒧ ᐟ ᚨ N ⊖ ᚨ ǀ	I	ϟ ≀ I	I
11	k	kaph	ᚤ Ч	ᚺ ⩘ ✱ ✱	20	K ✱ ✱ X ⩘ ⩘ ⩘ Ω	K K	K K	K
12	l	lamed	L L	ᛁ	7	ᚨ Λ	Λ Λ X	V Λ	ᒻ L
13	m	mem	ᛗ	⁞⁞ ⁞⁞ ⊠ ᛋ	12	⩘ ⩘ ⩘ W Ψ Ψ Ψ ᛋ	M M	M M	M
14	n	nun	ϟ	ᛋ ᛋ	13	N	N N ᚨ	N N	N
15	x	samech	≢ Ξ		deest		≢ Ξ		X
16	o	ajin	○ O	O ⊖ ⟐ ⍦ ⦶	4	O ⊙ ◇ ◇ □	⊙ O	◇ ○ O	O
17	p	pê	ᔨ	ᒧ P Π Π	14	P Ƿ	Π Π	Π Π	Π P
18	s	sâdê	ᛋ ᛋ	≷ ⦚ ⦚ ≀ ≀ ≀	11	⦚ ⦚ ϟ ϟ ≀	T	H	S
19	q	koph	Φ Ϙ	⋈ ⋈ ⋈	21	⧖ X ⧖ ⋈ H	Ϙ Ϙ	Ϙ Φ	Q
20	r	resch	ᑫ ᑫ	ᑫ ᑫ	8	ᗡ ᑫ ᑫ ◁ ⍦ ◇ Ϙ Ϙ ◇	P ▷ D P	P R	R
21	š	schin	W	M M	10	M	≶ ≶ ≷	≀ ≶ ≷	S
22	t	taw	+ X	↑ ⩘ ⩘ ⩘ Y V	17	Ψ Ψ Ψ Ψ Y Ш	T T	+ T	
23	u		v. n. 6		deest		Y Y V U	V Y	
24		phi			deest		Φ Φ Φ	Φ Φ	
25		chi			deest		X +	Y ↓ Ψ	
26		psi			deest		Ψ Ψ	✱	
27		omega			deest		Ω		
28		ca			18	A ⩘ ⩘ ⩘			
29		co			18	ᐸ ᐸ ᐸ ᐸ ((∈ ∈ V Y ᐸ			
30		du			15	Δ Δ Λ Δ			

Fieri sane potest in quaestione hac difficili, ut litterarum aliquot singularum vera interpretatio nondum reperta sit. Atque libenter ab eis meliora nos edoceri patiemur, siqui indagationem integram denuo suscipere volent amplioribus comparandi auxiliis et maiore sagacitate exornati. Interim in universum recte nos interpretatos esse scripturam Ibericam, qualem nummi potissimum exhibent, docebunt comparationes cum nominibus locorum a scriptoribus antiquis traditis, quas capite proximo instituemus.

CAPUT IV

LINGUA

Ut cognosceretur quid litterae singulae Ibericae significent, quae disquisitio est palaeographica in formis potissimum considerandis occupata, tamen non raro in capite quod praecedit etiam grammatica sonorum discriminatio in partes vocanda erat. Iam opus est grammaticam hanc quaestionem accuratius tractare. Sane multum abest, ut sermonis Iberici leges ita definiri possint, ut vocabula eius quid significent intellegatur, cum praesertim textus adhuc bilinguis aliquis longior nondum prodierit atque ignota sint numerorum vocabula Iberica, quae notum est quantum faciant ad proprietatem linguarum accurate definiendam. Sed forma et sonus vocabulorum atque ex parte fortasse etiam flexiones quales fuerint cognoscitur e fonte duplici. Alter nummorum et inscriptionum vocabula sunt, si modo recte legimus; alter nomina geographica, i. e. fluviorum montium locorum populorumque, et propria deorum hominumque a scriptoribus veteribus et in inscriptionibus Latinis servata. Accedunt pauca quaedam vocabula appellativa vel a scriptoribus antiquis vel in lingua Hispanorum hodierna servata. Ex his igitur fontibus quae hauriri posse viderentur quarto hoc et ultimo prolegomenon capite comprehendimus.

Lingua Vasconica hodierna

Consulto vero exclusimus tertium sermonis Iberici accuratius intellegendi fontem, linguam Vasconicam hodiernam. Probabile sane est multis de causis, quas hic exponere nolo, Vascones, qui hodie sunt quosque notum est lingua uti a reliquis Europaeis admodum diversa, posteros esse indigenarum eorum, qui ante Phoenicum, Graecorum, Celtarum, Carthaginiensium, Romanorum adventum paeninsulam Ibericam incolebant, vel certe linguam eorum conservasse. Quamquam igitur illustre Humboldtii exemplum excitare sane potuit, ut studeremus quae ex lingua Vasconum hodierna redundarent ad Iberorum veterum cognoscendam denuo excutere et cum nummorum et inscriptionum vocabulis comparare, tamen a conatu illo adhuc abstinendum est. Nondum enim de forma vetustiore linguae Vasconicae ita omnia explorata sunt, ut comparatio cum linguae Ibericae reliquiis tuto institui possit. Itaque necessario comparatio illa relinquenda est eis viris, qui aliquando de emendanda ratione grammaticae Vasconicae nos edocebunt. Pauca tantum linguae Vasconicae vocabula infra apposui, quae cum sermonis Latini vulgaris et linguae Hispanae sive Portugallensis hodiernae similibus quibusdam comparari possunt.

Vocabula Iberice scripta

Fontes autem duo illi primarii, ex quibus omnis sermonis Iberici vetusti cognitio pendet, scilicet vocabula Iberice scripta nummorum et inscriptionum atque vocabula a scriptoribus Graecis et Latinis servata, alter ex altero explicantur et augentur. Vocabula Iberica qualia sint in universum iam apparuit ex capite quod praecedit; accuratius de eis quaeretur hoc ipso capite. Uno omnia conspectu ordineque litterarum, quantum fieri potuit, disposita sunt in indice huic volumini adiecto primo (1).

Vocabula apud scriptores et in inscriptionibus servata

Nomina geographica comprehendit index alter (II) in partes quinque divisus ita, ut pars prima (I) contineat nomina fluviorum (*a*) montium (*b*) — fortasse omnium antiquissima — populorum et oppidorum (*c*): pars altera (II) enumeret nomina fluviorum montium populorum oppidorum Galliae Narbonensis et Aquitanicae ea, quae videantur originis Ibericae esse: partes reliquae nomina geographica paeninsulae Ibericae ea, quae non Ibericae, sed Phoeniciae (III), Graecae (IV), Latinae (V) originis sunt. Ea enim nomina accurate dignoscenda et ab Ibericis distinguenda esse apparet; id quod infra accuratius exposui § 26. Tertius index (III) comprehendit (I) nomina deorum dearumque originis peregrinae sive Ibericae sive Celticae in Hispaniis cultorum (*a*), item Aquitaniae et Narbonensis (*b*); et nomina virorum et mulierum (II) regionum earundem (*a b*). Appendicis loco nomina aliquot hominum Latina adiecta sunt ex locorum nominibus derivata (*c*); nam et ipsa quaedam conferunt ad linguam Ibericam cognoscendam. Atque ex fontibus illis duobus, quos indices tres comprehendunt, haurienda esse testimonia linguae Ibericae quotquot supersunt non eget demonstratione. Grammaticam linguae Ibericae veteris inde adumbrare conatus est unus Humboldtius, ut supra vidimus (cap. II § 13). Materiam multo pleniorem ex scriptoribus veteribus post Ukertum denuo excussis et ex nummis inscriptionibusque Humboldtio et Ukerto prorsus ignotis me collegisse consentaneum est. Copias epigraphicas continet volumen corporis inscriptionum Latinarum secundum ante hos viginti tres amplius annos editum et nuper suppletum[92]) et sylloge inscriptionum christianarum, quae illud secuta est[93]). Ad voluminum eorum numeros indices huius operis referunt. Reliqua corporis inscriptionum Latinarum volumina supplementa aliquot praebuerunt.

Quod quae enucleasse nobis videmur confirmant et augent ea, quae ab Humboldtio felicissima potius divinatione quam ratiocinatione ubique certa solidisque fundamentis nisa olim inventa sunt, speramus fore ut his nostris pervestigationibus damno non vertatur.

Lingua Iberica

Itaque iam nos convertimus ad primum linguae Ibericae fontem exhauriendum, i. e. ad vocabula in nummis et inscriptionibus servata accuratius pervestiganda: alterum, vocabula apud scriptores servata, postea considerabimus. Atque primum illud videtur definiendum esse, num recte omnino arbitremur unam fuisse linguam Ibericam. Scripturam quidem supra vidimus unam apud Iberos sive omnes sive plurimos in usu fuisse, si excipiuntur relliquiae illae paucae in nummis Asidonensibus servatae scripturae alicuius a nummorum reliquorum diversae, de qua diximus supra (p. XXXII). Scriptura illa unde provenerit certo nondum explicari potuit: gentes igitur, quae usae ea sunt, linguamne quoque habuerint a reliqua Iberorum diversam, in incerto relinquendum est. Contra quod interest inter ulterioris et citerioris provinciae scripturam, eiusdem utramque originis esse probat. Nam praeter Phoeniciam, quam in oppidis Hispaniae Phoeniciis usque ad Augusti fere aetatem in usu fuisse nummi docent, et fortasse eius gentis, quae nummos Asidonenses emisit modo memoratos, scripturam in utrinsque provinciae monumentis adhibitam ad idem Phoeniciae exemplum redire vidimus, quamvis singulae quaedam litterae differant et in ulteriore scriptura sinistrorsum procedat more antiquiore, in citeriore dextrorsum. Sed tamen illud videtur quaeri posse, num propter scripturae aequabilitatem statuendum sit etiam linguam unam tantum per universas Hispanias obtinuisse. Fieri enim potuit, ut gentes diversae eandem scripturam in suum usum converterent; quod alibi factum esse notum est. Nummi sane Iberici et gravioris momenti inscriptiones ex parte paeninsulae orientali fere sola prodierunt; ex meridionali pauca utriusque generis monumenta; ex occidentali et septentrionali, quae Celtarum invasione ab illis

[92]) Inscriptiones Hispaniae Latinae, Berolini a. MDCCCLXIX, et Supplementum a. MDCCCXCII fol.

[93]) Inscriptiones Hispaniae christianae, Berolini a. MDCCCLXXII 4.

aliqua ratione videntur seiunctae esse, nulla. Quae vero ex illis sola supersunt praeter non multa Celticae originis, ut infra videbimus, linguae patriae testimonia certa, nomina propria locorum deorum hominum, ea a reliquis distinguuntur quidem certis quibusdam proprietatibus, ut mirum non est, si vastas regiones consideramus a gentibus illis habitatas, sed in universum aequabilia sunt. Dialectorum inde discrimina aliquando fortasse licebit deducere; linguam vero per paeninsulam integram unam obtinuisse videntur evincere similitudines formarum, quas infra enumerabimus. Neque obstat, quod ex Artemidori testimonio a Strabone servato (III 1, 6), quod infra (§ 22) plenum adscripsimus, Iberos οὐ γλώττῃ μιᾷ usos esse discimus. Cogitavit enim scriptor Graecus de Phoenicia et Graeca, fortasse etiam de Celtarum lingua apud varias paeninsulae Ibericae gentes obvia; atque fieri potest, ut dialectorum unius linguae discrimina Graecis hominibus parum eas intellegentibus non unius linguae esse visa sint. Itaque quantum quidem adhuc indicare licet, in Hispania fuisse populum Ibericum unum quamvis in gentes multas divisum probabile est linguamque Ibericam unam, sed fortasse dialectos varias. His praemissis iam transire licet ad vocabula Iberica pertractanda.

Persuasum autem est viris doctis omnibus, qui de nummis Ibericis quaesiverunt, praeter Lorichsium, nomina oppidorum populorumve in eis inscripta esse, non deorum regulorumve aliorumve hominum; exceptis perpaucis. Quam persuasionem cum in capite palaeographico quod praecedit fundamentum esse voluimus rationis universae, qua singulae litterae Ibericae quid significent enucleare studuimus, tum tota haec quaestio grammatica eadem nititur. Atque documenta eius exstant tam frequentia tamque certa, ut tuto ea uti possimus. Praeter enim similitudinem nummorum omnium, qui a populis antiquis cusi sunt, atque inprimis Phoeniciorum Graecorum Romanorum, quos Ibericorum exempla fuisse certum est, documenta sunt nummi bilingues Celsenses n. 33 Gilitani n. 41 Osicerdenses n. 36 Saetabitani n. 43 Saguntini n. 40 atque praeterea certae omnino interpretationis hi oppidorum populorumve satis notorum, quorum indicem, omissis eis quae probabiliter, sed non certo leguntur, subieci: Vocabula geographica

	Aesonis	n. 17		Iliturgis	n. 119
	Argaelorum	n. 90		Iluronis	n. 44
	Ausetanorum	n. 18		Indicetum	n. 6
	Bilbilis	n. 85	20	Laeetanorum	n. 19
5	Calagurris	n. 64		Lutiae	n. 82
	Cascanti	n. 59		Nertobrigae	n. 87
	Castulonis	n. 118		Otogesae	n. 34
	Cessetanorum	n. 21		Saldubae	n. 35
	Contrebiae	n. 100	25	Segisamae	n. 66
10	Damaniae	n. 86		Segobrigae	n. 89
	Dianii	n. 99		Segontiae	n. 95
	Ercavicae	n. 94		Tamusiae	n. 107
	Iaccae	n. 48		Turiasonis	n. 60
	Iessonis	n. 20	30	Titторum	n. 76
15	Ilerdae	n. 30		Urcis	n. 116
	Ilergetum	n. 31		Uxamae	n. 74

In nummis quibusdam non unius, sed duorum vel adeo trium oppidorum nomina inscripta sunt. Ita in Emporitanis Graecis et in Rhodiensibus cum vocabulis Ibericis multis dubiae vel lectionis vel interpretationis exstant nomina

arsecedrqd n. 5 *e* Sagunti
iltrd n. 5 *d* cf. 5 *h* 18–21 48 Ilerdae

et Graecum ΜΑ (Μασσαλία) in *iltrd* n. 30 *a*
Latinum *Saguntum* in *šaitp* n. 43 *c*

Quae cum non sine probabilitate referri soleant ad foedera inter oppida illa facta, similiter fortasse explicandum quod bina nomina exstant in nummis Ibericis his:

	aur-ildur	n. 22	
	edhn-arsaqshn	n. 67	
	edhn-uzaniath	n. 58	cf. *ed*, *edin* infra
	aud-uaraqš	n. 63	
5	*cušt-iithla*	n. 26	
	iiš-caišesa	n. 91	
	ilurir-cštl	n. 128	
	iltrd-šalirin	n. 30[b]	
	knqd-iršones	n. 54	
10	*knqd-kntan*	n. 53	
	krsa-thruthruatn	n. 16	
	lucas-šeqtas	n. 95	
	nerhneen-tuiš	n. 14	
	nerhncen-pu[r]pcn	n. 2 *a*	
15	*nerhncen-šh*	n. 1 *e*	
	qnkut-icesanqm	n. 93	
	qnthiqm-carpca	n. 103	
	qnthrpa-carpca	n. 100	
	šhš-areqrads	n. 79	
20	*šhš-hilauciqš*	n. 75	
	sh-plplis	n. 85	
	untcescen-ethrthr	n. 4 *ef*	
	untcescen-ilt	n. 6 *q*	
	untcscn-isqrkleš	n. 8	
25	*untcescen-luq*	n. 9	
	untcescen-šerga	n. 13	

Tria nomina coniuncta exhibent:

	arse-iqrkleš-ilcacaldo	n. 40 *bb*
	arse-pulaqš-ilcacaldo	n. 40 *cc dd*
	edhn-kntan-knqd	n. 53
	untceseen-adkls-tkri	n. 7
5	*untcscn-iltr-arcdu*	n. 8

In solis Saguntinis n. 40 *bb*—*dd* fortasse pro magistratus nomine *ilcacaldo* haberi potest.

Litterae singulares et compendia

Praeter nomina gentium oppidorumve in aversa nummorum Ibericorum inscripta frequenter aut in adversa aut iuxta inscriptiones aversae additae sunt litterae vel singulae vel binae, quae explicatione indigent. Atque primum saepissime nominum in aversa inscriptorum initiales singulae plerumque, rarius binae repetuntur in adversa aut iuxta inscriptiones aversae. Quorum indicem subieci:

	a	in	*aratqš*	n. 78
	ai	in	*aiuis*	n. 40 *v-z*
	ca	in	*caih*	n. 24
	ca	in	*caišcad*	n. 59
5	*d*	in	*dmaniu*	n. 86
	dĭ	in	*dĭniu*	n. 99
	dnu	in	*dnušia*	n. 107
	du	in	*duriasu*	n. 60
	e	in	*eoalaqš*	n. 80
10	*er*	in	*ercauica*	n. 94
	ho	in	*hilaucu*	n. 75
	k	in	*klaišqm*	n. 83
	kl	in	*klighm*	n. 50
	kn	in	*klsthn*	n. 47
15	*krn*	in	*krnešqn*	n. 92
	l	in	*ledišama*	n. 68
	n	in	*nertpš*	n. 87
	o	in	*oelihqš*	n. 56
	o	in	*orsau*	n. 73
20	*p*	in	*plplis*	n. 85
	q	in	*qnthiqm*	n. 103
	s	in	*sesars*	n. 51
	š	in	*šegšanhš*	n. 66
	š	in	*šeqprices*	n. 89
25	*š*	in	*šerga*	n. 13
	še	in	*šethisa*	n. 101
	th	in	*thitaqš*	n. 62
	t	in	*ttaqš*	n. 76
	u	in	*uardus*	n. 84
30	*ui*	in	*uirhuias*	n. 72
	uš	in	*ušamus*	n. 74

Sed etiam oppidorum aliorum initiales, quatenus intelleguntur, additae sunt, ut supra vidimus binorum ternorumve oppidorum nomina non raro coniuncta exhiberi. Interdum sane litterae hae singulares clausulae tantum sunt vocabulorum in aversa scriptorum, ut

hn	in	*arsaqs*	n. 67	iuxta	*arsaqshn*
ın	in	*iltrd-šalir*	n. 30[b]	iuxta	*iltrdšalirín*
	in	*auša-ın*	n. 18 *a*	iuxta	*aušescen*

Sed leguntur etiam

hn	in	*arsahs*	n. 52
		edhn	n. 53 58 67
edhn	in	*kntan*	n. 53
		uzaníath	n. 58
		arsaqs	n. 67
		sega	n. 49
ín	in	*air-ildur*	n. 22
		lagne	n. 38
Cf. *edin*	in	*untcescen*	n. 4 *a*

Ut supra *šhš* et *šh* coniuncta vidimus cum aliis nominibus, ita referri posse visa sunt

ca	in	*duriasu*	n. 60	
		lhuitšqš	n. 69	
cal	in	*caraues*	n. 71	ad Calagurrim n. 64
kn	in	*iaca*	n. 48	
		sesars	n. 51	
		šcqprics	n. 89	ad Celsithanos n. 47
q	in	*carpca*	n. 102	ad Contrebiam n. 100 103
uš	in	*arcailiqš*	n. 90	ad Uxamam n. 74
t	in	*nerhncen* iuxta *tuiš*	n. 14	ad *tkri* n. 7

Sed multae praeterea exstant litterae singulares, quae explicationem eius generis facilem non admittunt. Ita leguntur

a, d, du, k,			
il-š, la, nl, o, šrš,			
t, th, tl	in	*cese*	n. 21
l, n, t	in	*iltrcescen*	n. 31
ca, e, q, š, u	in	*esthle*	n. 118
i, kl, t	in	*iešh*	n. 20. Cf. etiam n. 112 *c-l*.

Inter quas quamquam sunt quae ad oppida vicina referri possint, tamen incertae manent pleraeque. Inter reliquas, quarum indicem subieci, *cí* illud frequens et *s š* vexaverunt numismaticos, qui numerorum indicationes vel semissis vocabulum in eis odorati sunt. Atque huic quidem interpretationi illud obstat, quod *š* non in semissibus tantum, sed etiam in denariis et assibus legitur; illi, quod numerorum Ibericorum scribendorum ratio adhuc prorsus nos latet, nisi quod in vasculo Cordubensi n. XLIII et in lammina Gadorensi n. LVIII hastae simplices iuxta positae numeri sunt secundum consuetudinem Romanam scripti. Itaque ab interpretatione litterarum illarum adhuc abstinendum est; index, quem subieci, aliquando fortasse interpretationem adiuvabit.

a	in	*celin*	n. 114
		untcscn	n. 6 *m*
ad	in	Emporitano Graeco	n. 5 *i*
cc	in	*šaitp*	n. 43 *f*
d	in	*iece*	n. 15[c]
dn	in	*untcescen*	n. 6 *i*
do	in	*iltrd*	n. 30 *d*
ecc	in	*nerhncen*	n. 1 *b*
ed	in	*untcescen*	n. 4 *g*
edin	in	*untcescen*	n. 4 *a*. 6 *k*
edr	in	*untcescen*	n. 4 *b-d*
ci	in	*lšu*	n. 10
		iltrd	n. 30 *f*
		nerhncen	n. 1 *c-f*
		pricaitn	n. 11
		pu[r]pen	n. 2
		saitp	n. 43 *l*
		selhncen	n. 12
		untcescen-lug	n. 9
		untcescen	n. 4 *h i* 6 *b g-i*
[illegible]	in	*arsgd* [illegible]	n. 40 *i*
[illegible]	in	*untcescen-tk[illegible]i*	n. 7

		untcescen	n. 6 *c d f l p*			*icloneku*	n. 115
g	in	*aratqš*	n. 78			*ildurh*	n. 44
h	in	*areqrad*	n. 79	*š*	in	*arsahs*	n. 52 *f n*
k	in	*hztces*	n. 61			*caralus*	n. 71
		iltrd	n. 30 *c*			*duriasu*	n. 60
o	in	*areqrads*	n. 79			*eoalaqš*	n. 80
		caišcad	n. 59			*ilacapqš*	n. 81
		duriasu	n. 60 *n*			*orsau*	n. 73
		ušamus	n. 74			*uirhuias*	n. 72
s	in	*celin*	n. 114				

Ceterum etiam in nummis Latinis litterae exstant singulares vel Latinae (ut **S** n. 143 155 161) vel Ibericae (ut *š* in Tamusiensi n. 107), quarum interpretatio omnino incerta est. In *eĭ* illo, quod frequens est in nummis potissimum regionis Emporitanae, Boudard (*numismat. ibérienne* p. 250) nomen emporii alicuius in provincia Narbonensi siti, quod sibi finxit, Delgado numeros pretium indicantes (⊧I, ⊧, ⊧-) inesse credebant. Zobelius in *edhn* n. 53 58 67, *edĭn* n. 4 6, *edr* n. 4, *eĭ*, *e* idem nomen agnoscere voluit plus minusve breviatum, quod plenius *ethrthr* scribitur n. 4; non sine probabilitate. Sed restant litterae singulares reliquae, in quas similis explicatio non cadit.

Itaque pro certo haberi potest fundamentum argumentationis eius, qua capite, quod praecedit, litterarum Ibericarum significationem eruimus. Unde nunc iam sonos vocabulorum Ibericorum, qualia in nummis potissimum servata sunt, singulos enumerare possumus; eundem secuti ordinem, quem in scriptura recensenda caput praecedens exhibet.

Vocales — Vocales alphabeti Phoenicii in scriptura Iberica exstitisse omnes *a e i o u* vidimus.

a — 1. *a* omnium frequentissima est: in vocabulis enim nummorum circiter septuaginta legitur et coniungitur cum consonis plurimis. Initio legitur in his vocabulis

acoeqntn	n. 15[a]	*arsagsoegra*	n. 40 *b*
adkls	n. 7	*arsahs*	n. 52
air	n. 22	*arsaqshn*	n. 67
aiuis	n. 40 *y z*	*arsesacen*	
alaun	n. 32	*arsecedr*	
aratqš	n. 78	*arsgdr*	
arcailiqš	n. 90	*arse*	n. 40
areqrads		*aud*	n. 63
areiqrads		*auša-in*	
areiqratqš	n. 79	*aušescen*	n. 18
arceduro	n. 23		

In mediis vocabulis consonis adiungitur in syllabis *ac ad al ar as at* et *ca ga za la ma pa ra sa ta*, vocalibus his

i	*iaca*	n. 48	*o*	*eoalaqš*	n. 80
	duriasu	n. 60	*u*	*uaraqš*	n. 63
	uirhuias	n. 72		*uardus*	n. 84
	dnušia	n. 107		*meduainum*	n. 70
	uzaniath	n. 58		*thruthruatn*	n. 16

et diphthongos cum *i* et *u* format in his

ai	*arcailiqš*	n. 90	*klaišqm*	n. 83
	air	n. 22	*laiešcen*	n. 19
	aiuis	n. 40 *z*	*meduainum*	n. 70
	caih	n. 24	*pricaitn*	n. 11
	caišcad	n. 59	*šaitp*	n. 43
	caišesa	n. 91		

cum *u* in horum quibusdam:

au	*aud*	n. 63	*ercauica*	n. 94
	alaun	n. 32	*hilaucu*	n. 75
	aušescen	n. 18	*laurh*	n. 42
	caraues	n. 71	*orsau*	n. 73

Terminantur autem in *a* vocabula haec

caišesa	n. 91	*ledisama*	n. 68
carpea	n. 100 102 103	*mashnsa*	n. 28
dnušia	n. 107	*qnthrpa*	n. 100
ercauica	n. 94	*samala*	n. 106
iaca	n. 48	*sega*	n. 49
ĭithla	n. 26	*šethisa*	n. 101
ilthraca	n. 119	*untga*	n. 15g
krsa	n. 16		

2. *e* circiter quinquagies usurpata est in vocabulis Ibericis atque initio posita in hisce *e*

ante consonas	*d*	*edhn*	n. 53 58 67	ante vocales *i*	*ei*	n. 1 2 6
		ed-ĭn, ed	n. 4 6	*o*	*eoalaqš*	n. 80
		edr	n. 4	*u*	*euiom*	n. 188
	c	*ecc*	n. 1 *b*		*eušt*	n. 26
	r	*ercauica*	n. 94			
	š	*ešh*	n. 17			
	th	*ethrthr*	n. 4			

Cum consonis coniungitur hisce *ce ke le me ne re se*, cum vocalibus

i in	*iece*	n. 15c	*o* in *acoeqntn*	n. 15a
	ĭerhĭ	n. 15b	*arsaqsoegra*	n. 40 *b*
	iešh	n. 20	*oelihqš*	n. 56
	laiešcen	n. 19	*u* in *caraues*	n. 71
	salduie	n. 35		

et in diphthongis *ei* in	*eĭ*	n. 1 2 10 11 12	*eu* in *euiom*	n. 188
	hilauceiqš	n. 75 *h*	*eušt*	n. 26
	areiqratqš	n. 79 *t u* (cf. *s w y*)		

Terminantur in *e*, si plene scripta sunt, haec vocabula

arse	n. 40	*iece*	n. 15c
cšthle	n. 118	*lagne*	n. 38
celse	n. 33	*salduie*	n. 35
cese	n. 21	*še*	n. 80
lre	n. 29		

3. *i* in vocabulis circiter sexaginta interdum plus semel adhibita frequentia vix cedit *a* litterae. Utriusque tam ᛋ quam ǀ formae exempla hic coniuncta examinabimus, cum utraque *i* litteram videatur significare quamvis cum soni quodam discrimine. *i*

ᛋ *i* initio posita est					ǀ *i* initio posita est				
ante consonas	*c*	in	*icesanqm*	n. 93	ante consonas	*r*	in	*irš*[illegible]*nes*	n. 54 *h-s*
			iclonekn	n. 115					
	q	in	*iqrdš*	n. 43					
			iqrkleš	n. 40 *bb*					
	s	in	*iscrkleš*	n. 8		*š*	in	[illegible]*nes*	n. 54 *a-g*
	l	in	*ilaca[p]qš*	n. 81				*išt*	n. 45
			ilduqith	n. 37		*l*	in	*ildeaca*[illegible]	n. 40 *bb-dd*
			ildur	n. 22					
			ildurh	n. 44					

i	*l*	in	*ilthraca*	n. 119					*ĭ*
			iltrcescen	n. 31					
			iltrd	n. 5 30					
			ilurir	n. 128					
ante vocales	*a*	in	*iaca*	n. 48	ante vocales	*e*	in	*ĭerhĭ*	n. 15^{b}
	e	in	*iece*	n. 15^{c}		*i*	in	*ĭiš*	n. 91
			iešh	n. 20				*ĭithla*	n. 26, *ĭitlh* n. 27
	i intra voces ponitur					*ĭ* intra voces ponitur			
ante consonas	*p*	in	*lipaqš*	n. 55	ante consonas				
	c	in	*ercauica*	n. 94					
			pricaitn	n. 11					
			šeqprices	n. 89					
	g	in	*klighm*	n. 50					
	q	in	*arcailiqš*	n. 90		*q*	in	*qnthĭqm*	n. 103
			areiqratqš	n. 79 *s-u w*					
			hilauceiqš	n. 75 *h*					
	t	in	*ĭitlh*	n. 27					
			lhuitšqš	n. 69					
			pricaitn	n. 11					
			thitaqš	n. 62					
			šaitp	n. 43					
	th	in	*ĭithla*	n. 26					
			ilduqith	n. 37					
	l	in	*arcailiqš*	n. 90					
			hilauces	n. 75					
	r	in	*ilurir*	n. 128		*r*	in	*aĭr*	n. 22
			šalirin	n. 30^{b}				*gĭrekĭ*	n. 15^{e}
			uirhuia	n. 72					
	n	in	*celin*	n. 114		*n*	in	*dĭniu*	n. 99
			meduainum	n. 70				*edĭn*	n. 4 6
	s	in	*caiščad*	n. 59				*ĭn*	n. 18 22 30^{b} 38
			caišesa	n. 91		*s*	in	*aiuis*	n. 40 *y z*
			ĭiš	n. 91					
			klaišqm	n. 83					
			ledišama	n. 68					
			plplis	n. 85					
			tuiš	n. 14					
ante	*h*	in	*caih*	n. 24					
			oelihqš	n. 56					
ante vocales					ante vocalem				
	a	in	*duriasu*	n. 60	*a* solam		in	*uzaniath*	n. 58
			dnušia	n. 107					
			uirhuia	n. 72					
	e	in	*laiešcen*	n. 19					
			salduie	n. 35					
	o	in	*euiom*	n. 188					
	u	in	*dmaniu*	n. 86					
			dĭniu	n. 99					
Terminantur in *i* (IV)			*cedmli*	n. 25	in *ĭ* (I)			*gireki*	n. 15^{e}
			gli	n. 41				*ĭerhĭ*	n. 15^{b}
			hrhši(-s)	n. 88					
			tkri	n. 7					

4. *o*, si recte legimus, rara est. Initio bis ponitur *o*

ante	*r*	in	*orsau*	n. 73
	e	in	*oelikqš*	n. 56

o singularis addita in nummis Celsitano n. 47 *i* Cascantensi n. 59 *d* Turiasonensi n. 60 *n* Uxamensi n. 74 *c* Aregradensi n. 79 *a* Sethisensi n. 101 *n* quid significet incertum est. In n. 73 et 56 in adversa initialis repetita est.

Intra voces *o* legitur ante consonas

n	in	*ireones*	n. 54
		icloneku	n. 115

ante vocales

a	in	*eoalaqs*	n. 80
e	in	*acoequtn*	n. 15[a]
		arsaqsoegra	n. 40 *b*

In fine semel legitur

	in	*ileacaldo*	n. 40 *bb-dd*
nam		*ho*	n. 75 *a*

videtur breviata esse. Notandum quod nusquam, quantum video, *ou* diphthongus legitur, exceptis *sierouciut tarboum porcomioue[as]* vocabulis, quae sunt in inscriptionibus litteris Latinis scriptis n. XLIV LVI LVII.

5. *u* satis frequens est. Legitur initio vocabulorum *u*

ante consonas	*n*	in	*untcescen*	n. 4 6 7 8 13
			untga	n. 15[g]
	z	in	*uzaniath*	n. 58
	s	in	*usecrth*	n. 36
			ušamus	n. 74

ante vocales	*a*	in	*uaraqs*	n. 65
			uardus	n. 72
	e	in	*caraues*	n. 71
	i	in	*uirhuia*	n. 72

In mediis vocabulis

ante consonas	*c*	in	*hsthuen*	n. 46
	g	in	*lug*	n. 9
	q	in	*ilduqith*	n. 37
	th	in	*thruthru*	n. 16
	t	in	*lutaqš*	n. 82
			qnkut	n. 93
	l	in	*pulaqš*	n. 40 *dd*
	r	in	*aurildur*	n. 22
			arcedurg	n. 23
			duriasu	n. 60
			ildurh	n. 44
			ilurir	n. 128
			rhdurqn	n. 105
			purp	n. 2
			urkekn	n. 116
	m	in	*meduainum*	n. 70
			tdum	n. 109
	s	in	*dnušia*	n. 107
			caralus	n. 71
			ušamus	n. 74

ante vocales	*a*	in	*meduainum*	n. 70
	i	in	*tuis*	n. 14
			aiuis	n. 40 *y z*
			euiom	n. 188
			lhuitšqš	n. 69
			salduis	n. 35

Diphthongi *au* exempla octo, *eu* duo supra iam proposita sunt (in *a* § 1 et *e* § 2).

Terminantur in *u* vocabula haec

diniu	n. 99
duriasu	n. 60
dmaniu	n. 86
hilaueu	n. 75

h 6. De *h* litterae usu iam supra paene omnia dicta sunt, ubi formam eius aliqua cum probabilitate statuimus a Phoenicia non diversam esse (cap. III § 6). Quod si verum est, *h* initio sexies exstat

ante consonas	*r*	in	*hre*	n. 29	ante vocalem	*i*	in	*hilaucu*	n. 75
			hrhši	n. 88	semel				
	th	in	*hthlaqm*	n. 104					
	t	in	*htkšcen*	n. 34					
	z	in	*hztees*	n. 61					
	š	in	*hšthuen*	n. 46					

Intra vocabula

ante consonas	*d*	in	*rhdurqn*	n. 105	ante vocales	ante *i*	in	*ierhi*	n. 15b
	s	in	*arsahs*	n. 52		*u*	in	*lhuitšqš*	n. 69
			hrhši	n. 88				*uirhuia*	n. 72
			trshs	n. 57					
			šhš	n. 75 79 *šh* n. 1 85 *b*					
	q	in	*oelihqš*	n. 56					
	m	in	*klighm*	n. 50					
	n	in	*arsaqshn*	n. 67					
			edhn	n. 53 58 67 *hn* n. 47 49 52					
			mashnsa	n. 28					
			nerhncen	n. 1					
			šelhncen	n. 12					

Praeterea comparandus est usus *th* litterae, infra § 16. Quater igitur ante vocales tantum *h* scripta est, duodevicies ante consonas: unde haec vocabula omnia non plene scripta esse paene certum videtur.

Ceterum observatione dignum *h* post *r* sequi in *hrhši* n. 88, *ierhi* n. 15b, *ildurh* n. 44, *laurh* n. 42, *nerhncen* n. 1, *rhdurqn* n. 105, *uirhuia* n. 72; post *l* in *ĭitlh* n. 27, *lhuitšqš* n. 69, *šelhncen* n. 12; post *s* in *arsaqshn* n. 67, *mashnsa* n. 28, *trshs* n. 57, *šhš* n. 75 cet.; post *d* in *edhn* n. 53 58 67; post *g* in *klighm* n. 50. Unde fuerunt qui *h* adiectam consonarum, quae praecedunt, pronuntiationem aliquam singularem indicare existimarent, similem illam *ll* et *lh*, *ñ* et *nh* sermonis Hispani et Portugallensis, qualis nunc est. Verum certis argumentis talia nondum demonstrari possunt. Frequentissima *h* est in nominibus Aquitanicis. Vix Iberis, sed potius communi Graecorum Romanorumque in pronuntiando inaequalitati tribuendum est, quod *h* initio vocabulorum posita vel scribitur vel omittitur, ut in

Ἴβηρες	Hiberus	
Ispallenses conv. Caesaraug.	Hispalis	
Otogesa	*htkšcen*	n. 34

Quid in quoque nomine Iberis magis placuerit non liquet. Praeterea etiam in

Virovesca	*uirhuius*	n. 72
Celsitani	*klšthn*	n. 47

aspiratio videtur adiecta esse ab Iberis, a Romanis omissa. De *h* in vocabulis extremis scripta, ut in *ešh* n. 17 Aeso, dixi cap. III § 6 (p. XXXIX), ubi exempla omnia collecta sunt.

Ceterum apparet exempla, quotquot supra composui, ita comparata esse, ut pro *h* etiam *he* legi possit. Nolui autem litteram per *he* transscribere — veluti *ešhe*, *nerhencen*, *uirheuia* —, utpote in re nondum certis argumentis probata.

In vocabulis, quae in *h* videntur desinere, *ešh* n. 17 *iešh* n. 20 *ĭitlh* n. 27 *laurh* n. 42 *ildurh* n. 44, utrum *ho* vel *he* significetur an *s r l* litterarum sonus aliquis peculiaris prorsus incertum est.

7. *l* frequenter initio vocabulorum legitur *l*

ante consonas	*h*	in	*lhuitšqš*	n. 69
			l.šu	n. 10
ante vocales	*a*	in	*lacus*	n. 95
			lagne	n. 38
			laiešcen	n. 19
			laphl	n. 15^d
			laurh	n. 42
	e	in	*ledišama*	n. 68
	i	in	*lipaqš*	n. 55
	u	in	*lug*	n. 9
			lutaqš	n. 82

Intra vocabula

ante consonas	*h*	in	*ïitlh*	n. 27
			šelhncen	n. 12
	c et *d*	in	*ilcacaldo*	n. 40 *bb cc*
	d	in	*salduie*	n. 35
			ildr	n. 22
			ilduqith	n. 37
			ildurh	n. 43
	th	in	*ilthraca*	n. 119
	t	in	*iltrd*	n. 30 30^a 31
	s	in	*adkls*	n. 7
			clse	n. 33
			klšthn	n. 47
	p	in	*plplis*	n. 85
ante vocales	*a*	in	*calaqriqš*	n. 64
			eoalaqš	n. 80
			htlaqm	n. 104
			ilacapqš	n. 81
			laphl	n. 15^b
			nlah	n. 15^f cf. n. 21
			pulaqš	n. 40 *cc*
			iithla	n. 26
			šamala	n. 106
	ai	in	*klaisqm*	n. 83 cf. n. 20 103
	au	in	*alaun*	n. 52
			hilaueu	n. 75
	e	in	*cšthle*	n. 118
			isqrkleš	n. 8 40 *bb*
	i	in	*arcailiqš*	n. 90
			celin	n. 114
			klighm	n. 50
			oelihqš	n. 56
			plplis	n. 85
	o	in	*icloneckn*	n. 115
	u	in	*ilurir*	n. 128

Nomen *ledišama* n. 68 cum Bletisa Romanorum compositum est, sed cum *Ledesma* hodierna magis convenit; unde statuendum non est, *b* vel *p* ante *l* excidisse.

8. *r* cum duabus formis primariis scribatur, ᑋ et ᑭ, ut supra vidimus (p. XLI), quaeritur num soni discrimen quale in pronuntiando hodie quoque servant Hispani et Portugallenses, simplicis videlicet vel suavioris ᑋ, fortioris vel duplicis ᑭ signis indicetur: quae Zobelii opinio erat. Itaque utriusque formae exempla seorsum componemus, suavem *r* littera simplici, fortem ita *ŕ* transcribentes. Initio semel tantum exstat *r*

ŕ in *ŕhduŕqn* n. 105

Atque Humboldtius iam observaverat *r* initialem neque in nominibus vere Ibericis repertam esse, excepta *Rauda* Celticae fortasse originis oppido (cui postea videbimus pauca accedere item dubia), neque usurpari in lingua Vasconica hodierna.

Intra vocabula leguntur

			r	
ante consonas	*h*	in	*ierhi*	n. 15^b
			ildurh	n. 44
			laurh	n. 42
			nerhncen	n. 1
			ŕ	
ante consonas	*h*	in	[illegible]	n. 88
			[illegible]	n. 72

				r					*ř*	
r	ante consonas	*th*	in	*ethrthr*	n. 6	ante consonas	*d*	in	*iltřd*	n. 30 30^b
				usecrth	n. 36				*iqřdš*	n. 43 *hi*
									uařdus	n. 84
							t	in	*neřtps*	n. 87
		s	in	*arsahs*	n. 52		*s*	in	*ořsau*	n. 73
				arsaqhsn	n. 67				*třshs*	n. 57
				sesars	n. 51					
		š	in	*arša, arše*	n. 40		*š*	in	*ířšones*	n. 54
							n	in	*křnešqn*	n. 92
							p	in	*cařpca*	n. 100 102
									puřp	n. 2
									qnthřpa	n. 100
							c	in	*ařcailiqš*	n. 90
									ařceduřg	n. 8 23
									eřcauica	n. 94
									iltřcescen	n. 31
									thřcaqm	n. 108
							g	in	*ařceduřg*	n. 23
									šeřga	n. 13
							k	in	*isqřkleš*	n. 8 40 *bb*
							q	in	*řhduřqn*	n. 105
	ante vocales					ante vocales	*a*	in	*ařatqš*	n. 78
									ařeqřads	n. 79
									cařaues	n. 71
									ilthřaca	n. 119
									uařaqš	n. 63
		e	in	*gireki*	n. 15^b		*e*	in	*ařeqřads*	n. 79
				hre	n. 29					
		i	in	*šalirin*	n. 30^b		*i*	in	*ařildur*	n. 22
									calaqřiqš	n. 64
									duřiasu	n. 60
									přicaitn	n. 11
									šeqpřices	n. 89
									tkři	n. 7^a

Non pugnant quidem haec exempla cum opinione Zobeliana: sed tamen apparet *r* multo esse rariorem quam *ř* et ante *h s š e i* utramque formam exstare. Unde qui vocabula Iberica perscripserunt consultone alteram utram litteram elegerint dubium est. Itaque una *r* littera formam utramque transcribere pergimus.

Sibilantes *z* 9. *z*, si modo recte interpretati sumus, bis tantum legitur in his vocabulis

hztees	n. 61
uzanřath	n. 58

quae cum nominibus aliunde traditis non conveniunt; nec plene perscriptum est prius nomen.

s 10. *s* et *š* litterae, quarum formas distinguendas esse vidimus, quamquam interdum videntur promiscue usurpatae esse, hisce exemplis reperiuntur. Ut ab *s* incipiamus, initio ea legitur tantum

ante vocales	*a*	in	*saldnie*	n. 35
	e	in	*sega*	n. 49
			sesars	n. 51
			sethiscen	n. 39

intra vocabula

ante vocales *a* in *arsagsoegra* n. 40
arsahs n. 52
arsaqshn n. 67
arsesacen n. 40
icesanqm n. 93
sesars n. 51
caišesa n. 91
krsa n. 16
mashnsa n. 28
šethisa n. 101
e in *arse* n. 40
celse n. 33
cese n. 21
o in *arsagsoegra* n. 40
u in *duriasu* n. 60

ante consonas *h* in *mashnsa* n. 28
trshs n. 57
c in *ausescen* n. 18
iltrcescen n. 31
isqrkleš n. 8

Frequenter in fine clausularum

as in *lacas* n. 95
šeqtas n. 95
uirhuias n. 72

us in *caralus* n. 71
uardus n. 84
ušamus n. 75

es in *caraues* n. 71
iršones n. 54
hztces n. 61
es in *hilauces* n. 75
šeqprices n. 89
s in *adkls* n. 7
arats n. 78
areqrads n. 79
arsahs n. 52
sesars n. 51
trshs n. 57

[illegible] in *oinis* n. 40 *y z*
hrhšis n. [illegible]
plplis n. 85

11. *š* initio ponitur

ante vocales *a* in *šaitp* n. 43
šalirin n. 30[a]
šamula n. 106
e in *šegšanhš* n. 66
šelhncen n. 12
šeqprices n. 89
šeqtas n. 95
šerga n. 13
šethisa n. 101

ante *h* in *šhs* n. 75 79
cf. *s* n. 47 adn.

In mediis vocabulis

ante vocales *a* in *ledišama* n. 68
šegšanhš n. 66
ušamus n. 74
e in *aušescen* n. 18
caišesa n. 91
i in *dnušia* n. 107
hrhšis n. 88
o in *iršones* n. 54
u in *l.šu* n. 10

ante consonas *h* in [illegible]*šh* n. 17
iešh n. 20
th in *esthle* n. 118
kesthn n. 47
hsthuen n. 40
t in *ust* n. 2[illegible]
est n. 45
c in [illegible] n. 5[illegible]
[illegible] n. [illegible]4
[illegible]*n* n. 1[illegible]
q in [illegible]*sqn* n. [illegible]
[illegible]*sqn* n. 92

š Frequentes deinde sunt clausulae

qš	in	*aratqš*	n. 78	*eš*	in	*isqrkleš*	n. 8 40 *bb*
		areiqratqš	n. 79				
		arcailiqš	n. 90	*iš*	in	*iiš*	n. 91
		eoalaqš	n. 80			*tuiš*	n. 14
		ilacacapqš	n. 81				
		hilauciqš	n. 75	*hš*	in	*šegšanhš*	n. 66
		lhuitšqš	n. 69			*šhš*	n. 75 79
		lipaqš	n. 55				
		lutaqš	n. 82				
		oelihqš	n. 56	*š*	in	*iqrdš*	n. 43 *hi*
		pulaqš	n. 40 *cc*			*nertpš*	n. 87
		thitaqš	n. 62				
		ttaqš	n. 76				

Discrimen soni, potissimum in *š* finali, siquod fuit, evanuisse videtur, ut docent exempla confusionis, quae in eisdem vocabulis tam *š* quam *s* littera scriptis supra composuimus (p. XLIII).

m 12. *m* initio vocabulorum duorum tantum legitur

mashnsa n. 28
meduainum n. 70

Intra vocabula exstat

ante vocales	*a*	in	*dmaniu*	n. 86	ante consonam	*l*	in	*cedmli*	n. 25
			ledišama	n. 68	semel				
			šamala	n. 106					
	u	in	*ušamus*	n. 74					

Frequentior aliquanto in fine vocabulorum est, scilicet in clausulis

qm	in	*carpqm*	n. 103	et in cognatis	*cuiom*	n. 188
		icesanqm	n. 93		*meduainum*	n. 70
		hthlaqm	n. 104		*tdum*	n. 109
		klaišqm	n. 83		*klighm*	n. 50
		qnthiqm	n. 103			
		threaqm	n. 108			
		šethisaqm	n. 101			

Fieri potest ut clausula haec componenda sit cum *qn kn cn* (*cen*) et similibus, quas sequenti paragrapho composuimus; qua in re illud quoque videtur memoria dignum esse, quod Vasconum lingua qualis nunc est vocabula in *m* desinentia omnino non habet.

n 13. *n* initio legitur raro, scilicet in

nerhncen n. 1 2 14
nertpš n. 87
nlah n. 15f cf. n. 21 *f*

Intra vocabula nusquam ante *a*, sed

ante vocales	*e*	in	*iclonekn*	n. 115	ante consonas	*h*	in	*šegšanhš*	n. 66
			iršones	n. 54		*th*	in	*qnthrpa*	n. 100
			krnešqn	n. 92				*qnthiqm*	n. 103
			lagne	n. 38		*t*	in	*kntan*	n. 53
	i	in	*dmaniu*	n. 86		*s*	in	*mashnsa*	n. 28
			dinin	n. 99		*c*	in	*nerhncen*	n. 1 2 14
			nzaniath	n. 58				*šelhncen*	n. 12
	u	in	*dnušia*	n. 107		*k*	in	*qnkut*	n. 93
			meduainum	n. 70		*q*	in	*knqd*	n. 53 54

Saepissime vero vocabula desinunt in clausulas *n*

cen et *cn* in *aušescen* n. 18
htgšcen n. 34
iltreescen n. 31
laiešcen n. 19
nerhncen n. 1 2 14
sethiscen n. 39
unteescen n. 4 7 cet.
cen sola in *arsesacen* n. 40 *a*
šelhncen n. 12
cn sola in *hšthucn* n. 46
purpcn n. 2
kn in *icloneku* n. 115
urkekn n. 116
qn in *krnešqn* n. 92
rhdurqn n. 105

thn in *klšthn* n. 47
hn in *aršaqshn* n. 67
edhn n. 53 58
cf. n. 47 49 52 67
tn in *acoeqntn* n. 15[a]
ecacatn n. 117
pricaitn n. 11
thruthruatn n. 16
tn n. 21
in in *edin* n. 4 6
celin n. 114
šalirín n. 30[b]
in n. 6 18 22 30[b] 38
u in *alaun* n. 32

Si *šegšanhš* n. 66 re vera Segisama vel Segisamo Romanorum est, quod magnam habet probabilitatem, *n* Iberica Romanis *m* esse visa est; item in *duušia* pro Tamusia n. 107.

14. *p* labialis sola scripturae Ibericae — nam *b* et *f* deesse vidimus — raro omnino legitur. *p*
Neque igitur mirum, quod a Graecis et Romanis per *b* redditur interdum, ut in

lipaqš	n. 55	Libiae
nertpš	n. 87	Nertobrigae
plplis	n. 85	Bilbilis
qnthrpa	n. 100	Contrebiae
šaitp	n. 43	Saetabis
šeqprices	n. 89	Segobrigae

Initio *p* exstat

ante vocalem *u* in *pulaqš* n. 40 *ec*
purp n. 2

ante consonas *l* in *plplis* n. 85
r in *pricaitn* n. 11

Intra vocabula

ante vocalem *a* in *lipaqš* n. 50
qnthrpa n. 100

ante consonas *c* in *carpca* n. 100 102 103
q in *ilacapqš* n. 81
r in *šeqprices* n. 89
š in *nertpš* n. 87

In fine semel in *šaitp* n. 43

15. *d*, quam cum *t* interdum confundi et cum *u* adiuncta unam litteram facere supra vidimus (p. XLVII), initio exstat *d*

ante vocales *i* in *dínin* n. 99
u in *duriasu* n. 60

ante consonas *m* in *dmaniu* n. 80
u in *duušia* n. 107

Intra vocabula legitur

ante vocales *i* in *edin* n. 4 6
u in *arcedurq* n. 8 23
ildugith n. 37
ildurh n. 44
meduainum n. 70
rhdurqn n. 105
salduie n. 35
tdum n. 109

ante consonas *h* in *edhn* n. 53 58 (si pl[illegible] est)
k in [illegible] n. 7
r in *[illegible]rsecedr* n. 40 cf. n. 5[illegible]
[illegible] n. 6[illegible]
edr n. 22 44 cf. n. 128
s in *[illegible]prads* n. 7[illegible]
s in *[illegible]* n. 43 *b c*

d Terminantur in *d*, si modo plene scripta sunt.

arsecedrgd	n. 5 *e*
caiscad	n. 59
knqd	n. 53 54 cf. n. 93

Quae Iberis X *d* est, ab ipsis interdum cum *t* confusa, ut in

areiqrads et *areiqratqš*	n. 79 *s t*
knqd n. 53 54 et *qnkut*	n. 93

a Romanis acuitur in hisce

caiscad	n. 59	Cascantum
dnušia	n. 107	Tamusia
duriasu	n. 60	Turiaso

Fortasse etiam

aud	n. 63	Auta?
ledišama	n. 68	Bletisa

huc trahenda.

Semel pro *th* videtur usurpari in *edr. edn* iuxta

ethrthr	n. 4 6

th 16. *th* exstat initio

ante vocalem	*i*	in	*thitaqš*	n. 62	ante consonam	*r*	in	*threaqm*	n. 108
								thruthruatn	n. 16

Intra vocabula

ante vocales	*i*	in	*sethiscen*	n. 39	ante consonas	*l*	in	*csthle*	n. 118
			šethisa	n. 101				*hthlaqm*	n. 104
			qnthiqm	n. 103				*iithla*	n. 26
	u	in	*hsthuen*	n. 46		*n*	in	*klsthn*	n. 47
						r	in	*ethrthr*	n. 4 *e f*
								ilthraca	n. 119
								qnthrpa	n. 100

Terminantur in *th* haec

ilduqith	n. 37
useerth	n. 36
uzaniath	n. 58

t 17. *t* dentalium frequentissima initio legitur

ante vocalem	*u*	in	*tuiš*	n. 14	ante consonas	*d*	in	*tdum*	n. 109
						t	in	*ttaqš*	n. 76
						r	in	*trshs*	n. 57
						k	in	*tkri*	n. 7

Intra vocabula

ante vocalem	*a*	in	*lutaqš*	n. 82	ante consonas	*l*	in	*iitlh*	n. 27
			šeqtas	n. 95		*r*	in	*iltrd*	n. 30 30[a] 31
						s	in	*arats*	n. 78 *aa*
						š	in	*lhuitšqš*	n. 69
						p	in	*nertpš*	n. 87
								šaitp	n. 43
						c	in	*hztces*	n. 61
								untcescen	n. 4 7 cet.
						k	in	*htkšcen*	n. 34
						g	in	*untga*	n. 15[g]
						q	in	*aratqš*	n. 78
								areqratqš	n. 79

De clausula *tn* iam supra dictum est § 13; *t* et *t l* sunt in adversa n. 21. *t*
Terminantur in *t* haec

eušt	n. 26
ìšt	n. 45
qnkut	n. 93

Quod semel in nomine oppidi sive Iberico sive Celtico *Esttledunum* (c. 1061) duplex *t* scripta est ante consonam, si omnino recte scripta est, ad sonum dentalis peculiarem vix videtur referendum esse.

18. *c*, quam cum *a* et *e* iunctam litteris singularibus ab Iberis scribi solitam esse vidimus, *c*
initio legitur

cum vocali	*a*	in	*caišesa*	n. 91				
			caih	n. 24				
			caišcad	n. 59 cf. n. 60				
			calaqriqš	n. 64				
			caraues et *caralus*	n. 71				
			carpca	n. 100 102 103				
cum vocali	*e*	in	*cedmli*	n. 25	ante consonas	*l*	*clse*	n. 33
			celin	n. 114		*š*	*cšthle*	n. 117 cf. n. 128
			cese	n. 21		*c*	*ccacatn*	n. 115

intra vocabula

cum vocali	*a*	in	*arcailiqš*	n. 90					
			caišcad	n. 59					
			ccacatn	n. 115					
			carpca	n. 100 102 103					
			ercauica	n. 94					
			iaca	n. 48					
			ìlacapqš	n. 81					
			ìlcacaldo	n. 40 *bb-dd*					
			ìlthrarca	n. 8 119					
			lacas	n. 95					
			pricaitn	n. 11					
			threaqm	n. 108					
	e	in	*arcedurg*	n. 23	ante consonam	*r*	in	*usecrth*	n. 36 solam
			arsecedr	n. 40					
			hilauccs	n. 75					
			ìcesanqm	n. 93					
			ìece	n. 15[c]					
			ìltrcescen	n. 31					
			hztces	n. 61					
			šeqprices	n. 89					
			untcescen	n. 4 6 cet.					
	ì	in	*gìrekì*	n. 15[e]					
	o	in	*acoeqntn*	n. 15[a]					
	u	in	*hilaucu*	n. 75					

De clausulis *cen* et *cn* supra dictum est § 13.

Iberorum tenuis, tam *c* quam *k* et *q*, ut infra apparebit, apud ipsos interdum transiit in *g* mediam, ut in *arsecedr* et *arsgdr* n. 40; saepius apud Romanos, ut docent *arcailiqš* n. 90 *ercavica* n. 94 *untcescen* n. 4 6 cet. composita cum Argaelis Ergavica Indigetibus; etiam apud Graecos et Romanos iuxta scripta sunt Ergavica et Ercavica.

g 19. *g* initio exstat

ante	*i* in	*gili*	n. 41		in fine scripta est bis		in	*arcedurg*	n. 23
	ĭ in	*gĭreki*	n. 15[e]					*lug*	n. 9
	l in	*gli*	n. 41						

intra vocabula

ante vocalem	*a* in	*arsagsoegra*	n. 40 *b*	ante consonas	*h* in	*klighm*	n. 50
		sega	n. 49		*d* in	*arsegdr*	n. 40
		šerga	n. 13		*n* in	*lagne*	n. 38
		untga	n. 15[g]		*s* in	*šegšanhš*	n. 66

k 20. *k* initio scripta est ante vocales nullas, sed

ante consonas	*l* in	*klaišqm*	n. 83 cf. n. 102 103
		klighm	n. 50
		klšthn	n. 47 cf. 48 51
	r in	*krsa*	n. 16
		krnešqn	n. 92
	n in	*knqd*	n. 53 54
		kntan	n. 53

intra vocabula

ante vocalem	*u* in	*qnkut*	n. 93	ante consonas	*l* in	*adkls*	n. 7
	i in	*gĭrekĭ*	n. 15[e]			*isqrkleš*	n. 8 40 *bb*
					r in	*tkri*	n. 7
					š in	*htkšcen*	n. 34

De clausula *kn* dictum est § 13.

Quae Iberis *k* est, a Romanis per *g* indicatur in *krsa* n. 16, siquidem recte componitur cum Gerunda, et in *htkšcen* n. 34, quae vix diversa esse potest ab Otogesa.

q 21. *q* legitur, ubi Romani *c* scribere solebant, initio vocabulorum solum

ante	*n* in	*qnkut*	n. 93
		qnthrpa	n. 100
		qnthuqm	n. 103 cf. n. 102

In mediis vocabulis

ante vocalem unam	*i* in	*ilduqith*	n. 37	ante consonas	*r* in	*areqrds*	n. 79
						calaqriqš	n. 64
						isqrkleš	n. 8 40 *bb*
					s in	*arsaqshn*	n. 67
					p in	*šeqprices*	n. 89
					t in	*šeqtas*	n. 95

Frequentes sunt clausulae in

qš, quas composui § 11, *qm* § 12, *qn* § 13

q Iberica in *calaqriqš* n. 64 *šeqprices* n. 89 Romanis *g* est in Calagurris et Segobrigae nominibus.

Haec sunt, quae de singularum litterarum usu comperta habemus. Phoneticam hanc grammaticae Ibericae partem si consideramus, apparet qui nomina nummis inscribenda curaverunt aequabilitatem in scribendo minime observavisse. Nam cum lingua vocalibus abundaret, id quod infra ex nominibus locorum deorum hominum clarius apparebit, nomina multa in nummis scripta vocalibus aut omnibus carent aut quibusdam. Haec igitur in vocalibus vel scribendis vel non scribendis inaequalitas primum explicanda est.

Vocales omissae 22. Omnibus litteris perscripta esse vel certum est vel probabile nomina haec

caišesa	n. 91
ercauica	n. 94

iaca	n. 48
ilthraca	n. 119
ledišama	n. 68
šamala	n. 106
sega	n. 49
šethisa	n. 101
šerga	n. 13

Nam pleraque conveniunt cum nominibus oppidorum Romanis: pauca, ut *caišesa* n. 91 *sega* n. 49 *šerga* n. 13, a Romanis singulis litteris aucta vel mutata Caesada Segia Sergia videntur pronuntiata esse. Sed quaeri potest num nummi hi non satis vetusti genuinas nominum formas Ibericas servaverint; fieri enim potest, ut iam sequantur Romanam consuetudinem. A qua paullo magis recedunt neque tamen litteris multis carent haec nomina

cese	n. 21	*clse*	n. 33	*cšthle*	n. 118	*lague*	n. 38	*salduie*	n. 35
cedmli	n. 25	*gli*	n. 41	*girekǐ*	n. 15e	*ierhǐ*	n. 15b		
caralus (caraues)	n. 71	*uardus*	n. 84	*ušamus*	n. 74				
duriasu	n. 60	*dmaniu*	n. 86	*meduainum*	n. 70	*orsau*	n. 73		
lucas	n. 95	*uirhuias*	n. 72						
caišcad	n. 59	*ilduqith*	n. 37	*uzaniath*	n. 58	*usecrth*	n. 36		
ilcacaldo	n. 40 *bb dd*	*ilurir*	n. 128						

Ut in his terminationes potissimum a Romanis differunt possuntque breviatae esse, ut verbi causa *caišcad* forma Iberica nomen ei oppido *Caiscada* fuisse indicat, quod Romani in Cascantum mutaverunt, similiter ut quae Graecis antiquissimis *Ζάκανθα* fuit ab illis in Saguntum mutata est. Quae in *d* et *t* terminantur *aud* n. 63 *eušt* n. 26 *išt* n. 45 et ipsa possunt *a* tantum litteram finalem amisisse. In clausulis potissimum vocales excidisse probabile est: nam ut *cen* et *cn* (*kn*) promiscue scripta esse vidimus (§ 13), ita quae in *qs qm qn* desinunt, vocalem post *q* videntur amisisse in exemplis, quae supra (§ 11. 12. 13) congessimus. Argaelorum igitur nummi Ibericis *arcailiquos* n. 90, Lutianorum *lutaquos* n. 82, Tittorum *titaquos* n. 76 et sic deinceps, Carpicorum *carpiquom* n. 103, Raudensium sive Rodurensium *rh(o)duriquon* n. 105 inscribebantur. Similiter *e* vocalem omissam esse probabile est in *thn, tn, hn* clausulis, quas supra composuimus (§ 13).

Quae in *es* desinunt.			et in *is*	
ut	*caraues*	n. 71	ut *aiuiš*	n. 40
	hilauces	n. 75	*iiš*	n. 91
	hztces	n. 61	*hrhšis*	n. 88
	iršones	n. 54	*plplis*	n. 85
	isqrkleš	n. 8. 40	*tuiš*	n. 14
	šeqprices	n. 89		

si componuntur cum in *s* terminatis,

ut	*adkls*	n. 7	*nertpš*	n. 87
	aratš	n. 78	*šeqšanhš*	n. 66
	areqrads	n. 79	*sesars*	n. 51
	arsahs	n. 52	*šhš*	n. 75 79
	iqrdš	n. 43 *h i*	*trshs*	n. 57

probabile redditur his quoque deesse in terminationibus *e* vel *i* litteram.

Dicemus de clausulis hisce infra accuratius.

Non in terminationibus tantum, sed in mediis quoque vocabulis non raro vocales omissas esse formae vocalibus omnibus vel paene omnibus carentes docent veluti

trshs n. 57 *šhš* n. 79 *hrhšis* n. 88

Unde in mediis quoque vocabulis probabiliter statuamus post *q* supplendas esse *o* vel *uo* vocales. praesertim ubi formae Latinae idem indicant. ut

in	*calaqriqš*	n. 64	quae conveniunt cum	Calagurris
	qnkut	n. 93		Concutae (?)
	qnthrpa	n. 100		Contrebiae
	qnthǐqm	n. 103		Conticae (?)
	šeqprices	n. 89		Segobrigae
	šeqtas	n. 95		Segontiae

Atque similiter conicere possumus breviata esse nomina

acoeqntn	n. 15[a]	fortasse	Acoequontanorum
areqrads	n. 79	„	Arequoradensium
isqrkleš	n. 8. 15[a]	„	Isquorclensium
iqrdš	n. 43 *h i*	„	Iquordensium

Incerta haec: sed incertiores, ut supra iam vidimus. formae eae, in quibus *h* littera est. Sane *nerhncen* n. 1 vel Nerhenicensium sive Nerhonicensium cum Narbone, *uirhuias* n. 72 cum Virovesca composita sunt probabiliter: sed utrum ad hanc similitudinem suppleri possint necne etiam

ed...hn	n. 53 58 67	in	Edhenensium
mashnsa	n. 28	in	Mashenusae
šelhncen	n. 12	in	Selhenicensium
lhuitšqš	n. 69	in	Lheuitsaquorum

incertum est. Si cum Segisama vel Segisamone recte compositi sunt nummi inscripti *šegšanhš* n. 66, forma Iberica Segisanhesensium potius fuisse statuenda erit. De

arsahs	n. 52	*klighm*	n. 50
šhš	n. 75 79	*hthlaqm*	n. 104
trshs	n. 57	*rhdurqn*	n. 105

aeque incerta coniectura est: in formis enim hisce omnibus probabilitate eadem sive *e* sive *o* vocalis post *h* suppleri potest; ut supra (§ 6) vidimus.

Post *p* in *plplis* n. 85 Bilbilis cum *i* excidisse videatur. etiam

in	*carpca*	n. 100 102 103
	ilaca[p]qš	n. 81

i supplere pronum est et de Carpicorum et Ilacapiquorum formis cogitare.

Post *g* cum in	*gli*	n. 41	Gilitanorum et
in	*šegšanhš*	n. 66	Segisamonensium

i exciderit, etiam in *lagne* n. 38 de Lagina cogitaremus, nisi Lagni forma casu servata esset apud Diodorum (XXIII 17).

Post *c* excidisse *e* indicant *cse* iuxta *cese* et *cesse* n. 21 Cessae, *arcdu* n. 8 iuxta *arcedurg* n. 23 Arcedurgis,
unde fortasse

ccacatn	n. 117	Cecacatanae

nomen indicat. Sed etiam *a* post *c* excidit in

cšthle	n. 118	Castulonis

Post *k* non *a* videtur omissa esse, sed *e*

in	*htkšcen*	n. 34	Otogesae
	klšthn	n. 47	Celsithanorum
	krsa	n. 16	Gerundensium

Tamen in

knqd et *kntan* n. 53

de Concuda sive Concutensibus et Contanensibus videtur cogitandum esse. Quid in reliquis nominibus post *k* suppleamus incertum. In

adkls	n. 7	*isqrkleš*	n. 8

fortasse nihil deest post *k*: sed

klaišqm	n. 83	*krnešqn*	n. 92
klighm	n. 50	*tkri*	n. 7

certa ratione suppleri nequeunt, quamquam cogitari potest de Calaesicis, Caligonensibus, Carnesicis, Tucuritanis.

Post *d* omissa est

a	in	*dmaniu*	n. 86		Damania et
		dnušia	n. 107		Tamusia

Sed utrum

in	*adkles*	n. 7	cogitari possit	de Adacletibus
in	*cedmli*	n. 25		de Cedamilitanis
in	*ed...hn*	n. 53 56 67		de Edahenensibus
in	*edr*	n. 6		de Edarensibus

ignoramus.

Post *t* excidit

a	in	*šaitp*	n. 43	Saetabis
i	in	*untcescen*	n. 4 cet.	Indicetum
	in	*htkšcen*	n. 34	Otogesae
o	in	*nertpš*	n. 87	Nertobrigae

Unde in *untga* n. 15g non sine probabilitate de Untiga nomine cogitabimus origine fortasse cum Unticescensibus sive Indicetibus cognata.

In *aratqš* n. 78 fieri potest ut supplendum sit *Arataquos*, ut in *ttaqš* n. 76. In *areiqratqš* n. 79 *o* supplendam esse docuit *areqratoqš* vocabulum lamminae Luzagensis n. XXXV. Sed quae post priorem

ttaqš	n. 76

vocabuli *t* exciderit vocalis quaeve in

hztees	n. 61	*tkri*	n. 7
lhuitšqš	n. 69	*trshs*	n. 57

certo statui nequit; nisi in *lhuitšqš* et in *trshs* consona olim post *t* secuta est.

Post *m* quid exciderit in

cedmli	n. 25

incertum est; de Cedamili supra cogitavimus.

Post *l* tribus tantum exemplis, ubi *h* sequitur, potest vocalis omissa esse.

in	*iitlh*	n. 27	*šelhncen*	n. 12
	lhuitšqš	n. 69		

diximus de eis supra § 6. Quae praeterea sequuntur consonae *c d th t s p* vocalibus interpositis non videntur indigere, ut verbi causa

plplis	n. 85	Bilbilis

Post *s* semel vidimus vocalem excidisse, *i* ut videtur, in

klšthn	n. 47	Celsitanorum

In reliquis exemplis, ubi consonae post *š* vel *s* scriptae sunt, vocales non desiderantur: ut verbi causa in clausulis *šcen* et similibus.

Ubi *h* sequitur post *s* vel *š*, ut in

arsaqshn	n. 67		*mashnsa*	n. 28	
ešh	n. 17	Aesonis	*šhš*	n. 75	cet.
iešh	n. 20	Iessonis	*trshs*	n. 57	

num quae fuerit vocalis qualisque ignoramus.

Etiam post *z*, si recte legimus, in *hztces* n. 61 fortasse nihil omissum est.

Post *r*, quam raro cum aliis consonis coniungi tam apud Iberos veteres quam apud Vascones hodiernos Humboldtius observavit (p. 86), vidimus non scriptas esse

e in	*iltrd*	n. 30 30[a]	Ilerdae
	iltrcescen	n. 31	Ilergetum
	qnthrpa	n. 100	Contrebiae

Neque vero inde sequitur qualis vocalis, siqua omnino, supplenda sit in

arsecedr	n. 40	*sesars*	n. 51
edr, ethrthr	n. 4 (cf. *thruthruatn* n. 16)	*threaqm*	n. 108
hrhšis	n. 88	*trshs*	n. 57

In reliquis, veluti in *arse* n. 40 cum cognatis, inter *r* et *s* et *r* et *th* (in *usecrth* n. 36 Osicerdae) vocales non desideramus. Denique addendum quod in nummis n. 11 oppidi nomen ita iuxta scriptum est

pricaitn *pricatn* *preatn*

In universa hac ratione vocalium aut scribendarum aut non scribendarum lex certa unaque non deprehenditur. In antiquioribus Phoenicum fortasse exemplum valuit ad consuetudinem vocalium non scribendarum Iberis commendandam. In reliquis etiam spatii inopia similiter atque in nummis Graecis Latinisque efficere potuit, ut nomina compendiose scriberentur. Denique in lingua ipsa temporibus locisque diversis vario fortasse modo vocabula pronuntiabantur.

Sane dicuntur inter Hispanos non Turdetani tantum a Graecis fortasse edocti artem grammaticam novisse, qui libros habuerunt scriptos rerum gestarum et carminum; ut Strabo testatur Artemidorum puto secutus: σοφώτατοι δ' ἐξετάζονται τῶν Ἰβήρων οὗτοι (i. e. Τουρδητανοί) καὶ γραμματικῇ χρῶνται καὶ τῆς παλαιᾶς μνήμης ἔχουσι συγγράμματα καὶ ποιήματα καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακισχιλίων ἐτῶν, ὥς φασι· καὶ οἱ ἄλλοι δ' Ἴβηρες χρῶνται γραμματικῇ, οὐ μιᾷ δ' ἰδέᾳ, οὐδὲ γὰρ γλώττῃ μιᾷ (III 1. 6). Sed tamen credibile non est in ipsorum lingua scribenda Hispanos propriam aliquam legem ubique secutos esse.

Exhausimus quae de vocalibus in scribendo omissis et de reliquis linguae Ibericae sonis nummorum vocabula docere videantur, atque ad finem perduximus observationes grammaticas e nummorum vocabulis deducendas.

Probant illae ea omnia, quae Humboldtius olim perspexit (p. 18 libri sui de aboriginibus Hispanis), scilicet *f* litteram abesse a lingua Iberica, ut abest a Vasconum hodierna. Deinde ab *r* non incipere vocabula uno *rhdurqn* n. 105 excepto, de quo supra dixi (§ 8), ut non incipiunt in hodierna Vasconum lingua. Denique rara esse, ut rara sunt in hodierna Vasconum lingua, vocabula a duabus consonis incipientia, ut *pricaitn* n. 11; quod cum Brigantio et similibus Celticae fortasse originis est. In *klaišqm* n. 83 *klighm* n. 50 vocales videntur excidisse. A *tr* tantum n. 57 et *thr* n. 16. 108 vocabula incipiunt; a *cr, pl, gl, sc, sp, st* incipientia desunt. Sunt alia, quae similitudinem aliquam inter sermonem vetustum Iberorum et Vasconum hodiernum fuisse probare videantur; sed non satis explorata et certa sunt.

Vocabula inscriptionum

23. Quae ex inscriptionibus Ibericis ad linguam accuratius cognoscendam accedunt infra composui. Desunt inter eas vere bilingues: Tarraconenses duo n. VI VII et Saguntina n. XXXI *a* vocabula quidem Latina aliquot continent, sed quae cum Ibericis aperte non conveniant. Accedunt sane proprie Ibericis litteris Latinis scriptae Castulonenses duae n. XLIV XLV et Lusitanae complures n. XLVI—LVII, inter quas longiores tres n. XLVI XLVII LVII, cum lectionis sint paene certae, vocabula praebent Iberica complura, de quibus dubitari nequit. Reliquae ulterioris inscriptiones ex parte non satis certo traditae sunt, ut Lusitanae potissimum n. LXII—LXXV, et omnes vocabula non distinguunt; unde longiores et gravioris momenti tres, patera Segoviensis

n. XXXIV, quam ex ulteriore provenire probabile est, ut vidimus, lammina Gadorensis n. LVIII, titulus Ilipensis n. LXI, Lusitanis ille simillimus, difficulter leguntur. Tamen ulterioris monumenta haec non distinguo a citerioris, quae aliquanto quam illa facilius intelleguntur. Atque commode leguntur quae inter ea primum locum obtinent lamminae Castellonensis n. XXII, inscriptionum Ibericarum quotquot adhuc novimus ut longissima ita fortasse etiam antiquissima, et Luzagensis n. XXXV. Sed ne de genere quidem titulorum, cui adnumerandae videantur, satis constat; quamquam probabile est utramque, ut videntur e sepulcris prodiisse, sepulcralis argumenti esse. De patera Segoviensi n. XXXIV quid contineat incerti haeremus: vocabula enim pauca, quae erui possunt, utrum nomina deorum hominumve locorumve sint an alia significent discernere nondum possumus. Lamminae Gadorensis n. LVIII textus brevis, quantum licet conicere, nomina hominum quattuor et rerum ab eis factarum sive summarum eis debitarum enumerationem fortasse continet. Sepulcrales esse titulos reliquos plerosque consentaneum est, Tarraconenses potissimum et Saguntinos et viciniae n. IV VI VII XIV—XXI XXIII—XXXII, et ipsa lapidum forma demonstratur. Votivos agnoscimus paucos n. VIII IX X; votivi videntur tituli sigilli aurei n. XXXVIII et paterae argenteae in Italia repertae n. XLII. Qui Latinis litteris scripti sunt Castulonenses duo n. XLIV XLV et ipsi sepulcrales sunt aperte. Lusitanos contra n. XLVI—LVII propter loca, ubi inventi sunt, plerumque in viva rupe incisi, magis puto votivos fuisse. Dei nomen sane in uno solo n. XLVIII agnoscimus; nam *iuno*... titulorum aliorum duorum n. XLIX LVI vix dea Romana est. Titulos illos Lusitanos cum proposuissem linguarum Celticarum peritis, uno illi ore confessi sunt Celtici nihil se in eis deprehendere posse. Vasculis aeneis, quae reperta sunt nummis repleta (alterum n. XLIII ponderis indicationem habet more Romano adiectam) n. XLI XLIII, nomina sola inscripta sunt; item vasculis argillaceis n. II III XIII XXXIII et anulis n. I V LXXVI, quorum unus n. LV Graecis litteris scriptus est. Gemmam litteris Punicis signatam n. LX, item vasculum Graecum Punicis litteris inscriptum n. LIX non exclusi ab inscriptionum sylloge, ut nummos Hispanos Punice inscriptos in nummorum syllogen recepi. Litterae denique singulares in moenium Tarraconensium lapidibus magnis a lapicidis insculptae n. XI, quamquam nihil docent, tamen et ipsae in hanc syllogen necessario erant recipiendae.

E vocabulis singulis unum formis similibus totiens in titulis sepulcralibus repetitum est *arcdc* n. VI XXIII XXVI *arethg* n. VII *argtco* n. XXII *aredk* n. XLII *a*, cf. etiam *arcidlsq* n. XXIV, ut videatur aliqua cum probabilitate referri posse aut ad formulam sepulcralem, velut *hic situs est*, aut ad ipsius sepulcri monumentive designationem. Quodsi idem redit *arcqratokš* n. XXXV plenius scriptum ita, ut vix recedat ab oppidi ex nummis n. 79 noti nomine, possunt haec fortasse conciliari; ut dixi in adnotatione ad n. XXXV. Adde *qrtca* n. XXXIX, quod saepius redit in lammina Luzagensi n. XXXV, *lutacei* n. XXXV cf. n. 82. Quae praeterea saepius repetuntur vocabula indicata a me ad singulas inscriptiones, nomina possunt esse propria. Inter nomina reliqua, quae agnoscimus, quaedam certa locorum sunt, ut *apliq* n. XIV, *iltr* n. IV cf. n. 8, *laur* n. VI, *lpuka*, *šeqpriris* n. XL, et in Latine scriptis *castlosaic* n. XLV. Alia non pauca, quae probabiliter, quamquam non certo ad oppida populosve referuntur, indicavi suis locis. Etiam nomina hominum quaedam aliunde iam nota agnoscuntur, ut Aio, cf. *aiuni* n. XXVI, *aiau* n. XXXVI, Ildrons, cf. *ildr?* n. XVIII, Lobesa cf. *lopsa* n. XXXVII; alia minus certa hic non repeto.

Quae de singularum litterarum vi et usu ex nummis composuimus, probantur, quantum iudicare licet, inscriptionibus. Redeunt vocales et diphthongi, item consonae eaedem: inter se iunguntur similiter. Abundant etiam in inscriptionibus vocales et diphthongi, potissimum in lammina Castellonensi n. XXII; sed multa etiam leguntur vocabula, in quibus vocales aperte aut omnes

scriptae non sunt aut tantum non omnes, ut in n. V. XXV v. 1, *qrtca* in n. XXXV et XXXIX. Nec *f* in Latine scriptis legitur unquam nec inter reliqua vocabula sunt quae ab *r* vel a duabus consonis incipere certum est. Inter diphthongos *ou* deest excepto uno *sieroucivt* n. XLIV vocabulo litteris Latinis scripto. Non desunt iuxta diphthongos vocalium *eo*, *oa*, item consonarum coniunctiones ut *tn*, *cn*, *pc*, *tc* ab usu Graeci Latinique sermonis ex parte alienae. Haec fere sunt, quae ex inscriptionibus Ibericis in tanta earum obscuritate hodie discere liceat; de sonorum aliis quibusdam proprietatibus, quae inde cognoscuntur, dicemus infra accuratius. De linguae indole universa quatenus inde liceat iudicium ferre infra (§ 48) videbimus, ubi etiam formarum, quae exstant, varietates componemus.

Vocabula originis Ibericae

24. Ex monumentorum Ibericorum tenebris tandem emersimus atque ad documenta iam nos convertimus clariora. Primum enim glossae aliquot Hispanicae, sane non multae, apud scriptores veteres servatae sunt; deinde vocabula quaedam exstant in lingua hodierna, quae cum reliquis linguis Romanicis desint, aliqua cum probabilitate ex indigenarum sermone derivantur.

a. apud scriptores veteres servata

Inter prioris generis vocabula cavendum est ne admittantur, quae quamvis sive Latinae sive Graecae originis casu tamen e Romanorum in provincia Hispania sermone rustico enotata sunt. Ita Graecum est aspalathus, ut lexica docent; quamquam haec habeat Plinius XXIV 111 *vulgaris . . . spina; . . . per Hispanias quidem multi . . . utuntur illa aspalathum vocantes:* quod contra Holderum moneo. *Aera* vocabulum (Isidor. orig. V 36, 4) non puto originis Ibericae esse, sed Latinum ex aerum pro stipendiorum usu in Hispania potissimum non infrequenti ad annorum significationem translatum. Vocabula Iberica et Celtica ad rem equestrem pertinentia Romanos usu recepisse testatur Arrianus tact. 33, 1. Adscripsi infra omnia, quotquot mihi innotuerunt, eius generis vocabula ordine litterarum disposita, sed de quorum origine dubitare licet, uncis inclusa.

[acnua] Varro rer. rust. I 10, 2 *actus quadratus, ...: is modus acnua [Latine] appellatur.* Sed Columella V 1, 5 *hunc actum provinciae Baeticae rustici acnuam vocant* (inde Isidorus orig. XV 15, 5). In titulo Aurgitano C. II 3361 *silvae agnuarum trecentarum* memorantur. *Agnua* habent etiam Metrologici p. 125, 9. 130, 4 Hultsch.: Graecum ἄκαινα videtur diversum. Licet *Latine* vocabulum desit in Varronis libris scriptis, a Petro Victorio et Keilio additum, tamen acnua potest vocabulum peregrinum esse aut Celticum aut Ibericum. Vocabulum *anenunarum* est n. LVI (C. II 738); *Acnon* mulieris nomen C. II 2968; *Acatucci Acci Agula* locorum, *Acco Acca* hominum nomina vix comparaverim. Cf. infra *arapennis.*

[amma] Isidorus orig. XII 7, 42 de strige dicit: *haec avis vulgo dicitur amma.* Vocabulum cum linguae Hispanae hodiernae *ama* componitur, quod nutricem significat; nescio an recte (Diez *Wörterbuch* II² p. 90). *Ammaia* loci, *Ammo Amme Amminus* hominum nomina, atque haec Celticae fortasse originis, sono similia, significatione diversa esse possunt.

[aparia] Dioscorides IV 30 ἄγρωστις . . ., Ῥωμαῖοι γράμεν, . . . Ἰσπανοί ἀπαρία. Vocabulum potest Latinum esse; ab *ap-* radice formatum sive Iberica sive Celtica; vide *apitascus* quod sequitur.

[apitascus] Plinius n. h. XXXIII 69 *farinam auri apitascudem vocant.* In auri argentique metallis vocabula peregrina, Hispana potissimum et Dalmatica, in usu fuisse e Plinii narratione § 67—97 apparet. Sed quaenam e vocabulis peregrina quaeve Latina, quae Hispana vel Celtica quaeve Dalmatica sint diiudicari nequit. In lege Vipascensi (C. 5181) Latina tantum vocabula exstant; v. infra *lausia.* Insunt Plinianis etiam Graeca quaedam, ut *agogae* § 76 et *galena* § 95. Itaque adscripsi in indice omnia, sed monui, ne pro certo Hispanicis habeantur. Cum *apitascus* comparari possunt *Apitus Apoita* viri, *Apilocarium* oppidi nomen; *-tascus* redit in *tasconio* infra.

[arapennis] Isidorus orig. XV 15, 4 *actus quadratus . . . ., hunc Baetici arapennem dicunt, ab arando scilicet.* Sed cum Columella V 1, 16 habeat *Galli . . . semiiugerum arepennem vocant* et *arep(ennis)* in titulo Galliae Narbonensis C. XII 1657, *arp(ennis)* in Pannonico C. III 10275 (= 3294) exstet, vocabulum fortasse Celticum est, quo cum comparari potest *Arpeninus* deus Aquitanicus, quem fuerunt qui cum Poenino et Apennino montibus componerent; vix probabiliter. *Ara-* redit in *Arabriga Araceli Araducca* locorum, *Araius Araica Aranto* hominum nominibus, quae et ipsa Celticae fortasse originis sunt.

Plinius XXXIII 70 *cuniculis per magna spatia actis cavantur montes* [in aurifodinis] . . . : *arrugias id genus vocant*. Cf. *apitascus*. Comparatum est vocabulum cum *arroyo* Hispanorum, qui est rivus (Diez II[2] p. 95), atque potest sane Latinae originis esse; quamquam *Arrugo Arroni Arronidaeci*, *Arro* **Arocio* nomina locorum et hominum vetusta exstant. [arrugiae]

Plinius VIII § 166 *in . . Hispania Callaica gens est et Asturica; equini generis his sunt quos celdones* [sic codices; *thieldones* vulgo edebatur] *vocamus, minore forma appellatos asturcones gignunt* cet. In asturconis vocabulo, nisi mere Latinam sequitur similitudinem, inest fortasse *-co* vel *-quom* flexionis syllaba, de qua infra dictum est (§ 47). asturco

Varro de l. L. VII 87 *bacca vinum in Hispania*. Scilicet pro uva (*Traube*) aliud vocabulum Latinum significationis cognatae (*Beere*) usurpabatur. Unde *Bacasim* Iaccetanorum oppidum non comparaverim. [bacca]

Palus virgultis obsita vel fruticetum Hispanis et Portugallensibus *balsa* est; dixit de vocabulo iam Humboldtius (p. 40; cf. Diez II[2] p. 100). Balsa inde nomen inditum oppido Lusitaniae meridionalis, quod paludibus vastis cinctum est. balsa

Plinius XXXIII 77 de auro Hispano: *iidem quod minutum est balucem vocant*. Vocabulum videtur redire in Marci ad Frontonem rescripto V 23 (p. 82 Nab.), ubi *quod plane baluceis* legitur, sensu sane obscuro. In cod. Theodos. X 19, 3. 4 et in Iustiniani cod. XI 6, 1 et in Vegetii veterin. I 20, 2, item in glossariis Graecis Latinisque est *balluca quae Graece χρύσαμμος appellatur*. Iustinus XLIV 1, 7 de Hispania: *[fluvii] plerique etiam divites auro, quod in palucibus* [ita Ruehl; *paludibus* codices] *vehunt*. Cf. infra *pala*. Martialis XII 57, 9 de fragore continuo urbis: *illinc palucis* [*paludis* codices, *balucis* editores] *malleator Hispanae tritum nitente fuste verberat saxum*. Nomina a *bal-* radice orta, quae rara sunt, *Balearium Balaesi* hominis diversa videntur; *-uc* suffixum in nominibus non paucis redit, praecipue in Celticis. Cf. infra *pala palaga palacurna*. balux sive balluca

Hispanae originis *barca* sive *barica* vocabulum linguarum Romanicarum omnium ideo creditur non sine probabilitate, ut adnotatum est ad C. 13, quod Isidorus Paulinus Nolanus notae Tironianae antiquissimi eius testes sunt. Cum βᾶρις Aegyptio vocabulo certe non videtur componendum. Praeterea Barca cognomen est Uxamae alterius; Barcino fortasse indidem derivatum. Ceterum *barga* in Aragonia significare tugurium stramento tectum audio (Diez II[2] p. 53; Mugica *dialectos* p. 89) et *Labarga* nomen esse familiarum aliquot eius regionis. barca

Plinius XXII § 164: *ex eisdem [frugibus] fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia* [sive *celia*] *et cerea in Hispania, cervesia et plura genera in Gallia aliisque provinciis*. Orosius, quem potionem patriam novisse Humboldtius adnotavit (p. 156), haec habet V 7, 13 *suco tritici per artem confecto, quem sucum a calefaciendo caeliam vocant*; ubi quod caelia cum calefaciendo composuit sane ineptum est; cf. Isid. or. XX 3, 18. Redit in scriptione, quam indicavi infra sub voce *iduma*. Admonet vocabulum *caeilobricoi* n. LVII (C. II 416) et *Celi* oppidorum et *Caelaon* gentis, de quibus dicetur infra. caelia

Varro in satiris fr. 88 B. et Vergilius Aen. VII 732 *caetra* sive *cetra* vocabulum primi habent; *scutum loreum, quo utuntur Afri et Hispani* teste Servio II p. 189 (inde Non. p. 555, 6 Isid. or. XVIII 12, 5); unde vocabulum creditur Hispanum esse. Comparari potest Καιτόβριξ *Caetobriga* Lusitaniae oppidum, hodie *Setúbal*. caetra

Minucius Felix in Octavio 29, 7 *signa ipsa et cantabra* [*labara* Ursinus voluit] *et vexilla castrorum quid aliud quam inauratae cruces sunt?* Cf. Tertull. apol. 16. A Cantabris signi formam ad exercitum Romanum pervenisse, ut mucronis, non est quod miremur. Cf. etiam *cantus*. [cantabrum]

Quintilianus I 5, 8 *barbarismum pluribus modis accipimus . . . . quale est, siquis Afrum vel Hispanum Latinae orationi nomen inserat: ut ferrum, quo rotae vinciuntur, dici solet cantus: quamquam eo tamquam recepto utitur Persius* [V 71, ubi *canthus* codices meliores habent]. Hispanis hodie quoque *canto*. Vasconibus *kantoia* idem significare adnotant grammatici. Sed vox utrum Ibericae an Celticae originis sit dubitare licet: *cant-* vocabulum sane in nominibus Hispanicis, velut *Cantabrorum* et *Cantigi* oppidi Baetici, et in Celticis non paucis exstat[94]; Cantabri vero Iberi fuerunt, non Celtae. Germanicum *Kante*, quod fuerunt qui compararent, alienum videtur. [cantus]

De celdone equi nomine vide quae ad *asturco* vocabulum adnotavimus. Comparari possunt Celsae oppidi et Celsithanorum nomina. celdo

Plinius XXXIII 74 *[in aurifodinis] flumina ad lavandam hanc ruinam [fornicum] iugis montium obiter duxere a centesimo plerumque lapide; corrugos vocant, a conrivatione credo*. Vocabulum fortasse eiusdem originis atque *arrugiae*, ubi vide; scilicet Latinae. Nam *Coronicum Cororescum* gentium, *Curiga Curunda* locorum, *Corocuta Coronerus* hominum nomina videntur omnino diversa esse. [corrugus]

[94]) Cf. Chr. Wilh. Glück *die bei C. I. Caesar vorkommenden keltischen Namen* cet. (*München* 1857) p. 176.

[cuscolium] Plinius XVI 32 *granum [cocco] primoque ceu scabies fruticis, parvae aquifoliae ilicis; cuscolium* [sive *cusculium*] *vocant.* Vocabulum originis Hispanae ideo creditur (Diez II² p. 116), quia Hispanis *coscoja*, in Aragonia forma antiquiore *coscullo*[95]), adhuc coccus ilicis est, Vasconibus *koskoïa* ilex ipsa. Sed potest vocabulum esse originis Latinae. Vocabula Iberica similia nulla invenio.

dureta Suetonius in vita Augusti c. 82 *[Augustus] quotiens .... calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo duretam vocabat, manus ac pedes alternis iactaret* (Diez II² p. 120). *Dur-* radix ex Durio fluvio et ex *-durum* vocabulo Celtico nota est; nomina locorum cum *-et* suffixo formata, quod in Ibericis et in Celticis aeque frequens est, infra reperiemus multa.

[gangadia] Plinius XXXIII 72 *est namque terra [in aurifodinis] ex quodam argillae genere glarea mixta, gangadiam vocant; prope inexpugnabilis.* Cf. adnotata ad *apitascus.*

[gurdus] Gellius XVI 7, 8 *'hic est ille gurdus, quem ego me abhinc menses duos ex Africa venientem excepisse tibi narravi' Laberius in Cacomuemone* (p. 281, 13 Ribb.). Unde Quintilianus I 5, 57 *gurdos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi.* Hispanorum *gordo*, Francogallicum *engourdi* inde provenisse consentiunt linguarum Romanicarum periti. Sonus vocabuli sane peregrinus est; quamquam inter locorum hominumque nomina Hispana nulla sunt similia. Sed tamen hic quoque cogitari potest de origine Latina.

[iduma] In scriptione grammatica infimae aetatis, i. e. saeculi fortasse sexti septimive, quae inscribitur *Hisperica famina*, i. e. sermo sive Hispanus sive Hesperius vel Italicus[96]), duo exstant vocabula, quae quamquam scriptionem ipsam Hispania oriundam esse nequit demonstrari[97]), Hispanae originis esse possunt[98]), *caelia* (p. 489 Mai), de quo supra dictum est, et *iduma* (p. 480. 486. 489. 498 Mai), quod manum significat. Comparatum est cum *idun* Vasconico, quod articulum membrorum corporis humani indicat, et cum *idoneus* Latino. Sed a linguarum Semiticarum peritis disco, *idu* in linguis illis omnibus (*jâd* apud Hebraeos) manum significare. Unde facile in scriptionem a clerico puto confectam pervenire potuit ex sacris scripturis. *Ide* civitas regionis Carthaginiensis apud Livium (XXVIII 21, 6) et *Idubeda* mons vix recte comparabuntur.

[inula] Isidorus XVII 11 (de odoratis oleribus) 9 *inula, quam alam rustici vocant, radice aromatica, odoris summi, levi acrimonia.* Hoc quoque vocabulum potest originis esse Latinae, a rusticis Hispanis solis casu servatum. Cum vocabulis Hispanicis aliis nullis *inula* comparari potest.

lancea Quintilianus XV 30, 7 *M. Varro XIV rerum divinarum .. lanceam .. dixit non Latinum, sed Hispanicum verbum esse.* Varro num recte statuerit telum formae singularis originis fortasse Hispanae, ut mucrones, etiam vocabulo peregrino dictum esse, diiudicare nequimus (Diez I² p. 243). Mucro certe videtur Latinum esse a micandi fortasse radice derivatum. Lancia oppidi nomen plus semel in Hispania usurpatum est (v. infra § 36); Romani coloniam in Baetica dixerunt Hastam regiam.

[lausia] In lege metalli Vipascensis quod legitur *lausia* vocabulum tabulam lapideam significans (C. 5181 v. 54 cf. p. 794), non Hispanum est, sed Latinitatis universae.

pala, palaga, palacurna Strabo III 2, 8 Posidonium secutus de aurifodinis Hispanis inter alia haec habet: ἐν δὲ τοῖς ψήγμασι τοῦ χρυσίου φασὶν εὑρίσκεσθαί ποτε καὶ ἡμιλιτριαίας βώλους, ἃς καλοῦσι πάλας. Plinius XXXIII 77 *inveniuntur [in aurifodinis] ita massae nec non in puteis et denas excedentes libras, palagas, alii palacurnas, iidem quod minutum est balucem vocant.* Strabonem sive Posidonium idem vocabulum accepisse patet; sed cum pro *baluce* etiam *balluca* et *paluca* usurpari vidimus (vide supra *balux*), *palae* et *palagae* eiusdem videntur radicis esse, quamvis significationis diversae. *Palantia* fluvii et oppidi, *Palarus* hominis nomina fortasse comparari possunt.

paramus In carmine aetatis Hadrianae Legionensi C. 2660 legimus III 3 *cervom .. cornua, quos vicit in parami aequore vectus feroci sonipede.* In Iulii Honorii cosmographia de Durio traditur: *currit per campos Hispaniae inlustrans paramum; deinde disrumpens loca montuosa, dividens Galliciam et Lusitaniam ... occidit in oceano* (p. 36 B 4 Riese). Indicatur regio Asturiae ea ipsa, ubi castra legionis VII sunt. Inde oppida duo Segontia dicta, Vaccaeorum et Vardullorum, Paramica appellabantur secundum Ptolemaeum II 6, 49; nisi unum est oppidum bis relatum errore, quod magis credo. Hodie quoque Hispanis *páramo* est planities alta et inculta neque rara sunt vocabula inde derivata, ut *paramera.* Quod in eodem titulo Legionensi *disicis* pro iaculo legitur vocabulum, Latinum est; ut *obiex obicis.*

[reburrus] De *Reburrus* nomine dicetur infra (§ 41); videtur autem vocabulum esse originis Latinae.

---

95) Cf. Petrus de Mugica *dialectos castellanos montañes, vizcaino, aragoñes I fonética* (Berol. 1892) p. 28.

96) Edita est ab Angelo Mai in Classicorum auctorum vol. V Romae 1833.

97) Ut visum est P. Geyero in Wölfflini Archiv lexicogr. Lat. II 1885 p. 255 ss.

98) Ut concessit qui Geyeri opinionem impugnavit J. M. Stowasser in eodem Archio III 1886 p. 168 ss.

Dioscoride I 7 teste nardus Celtica, quae in Alpibus Liguriae crescat, σαλιοῦγκα ἐπιχωρίως appellatur, cf. [saliunca] Plinius XXI 43. De *Salica* et *Saliunca* locis Hispaniae vide infra § 47. Tamen ne Ligusticum quidem, de quo Müllenhoffius cogitaverat quamvis dubitans (DA III p. 191), multo minus Ibericum vocabulum puto, sed Latinum.

Plinius n. h. XXIX 92 *est et formicarum genus venenatum, non fere in Italia; solipugas Cicero appellat* [salpuga] [et ipse Plinius VIII 104 XXII 163], *salpugas Baetica.* Vocabulum rustica pronuntiatione leniter mutatum Latinum, non Ibericum videtur; nam *Salpensae* oppidi nomen nemo huc trahet.

Isidorus orig. IV 8, 6 *impetigo est sicca scabies .....; hanc vulgus sarnam appellant.* Apud Vascones sarna *sarna* sive *zarra* aut *garra* idem dicitur significare (Diez II^2 p. 173 cf. Groeber in Wölfflini Archio lexicogr. Lat. V 1888 p. 460). *Sarna* oppidum est apud Avienum v. 497.

Plinius n. h. XXXIII 67 *aurum qui quaerunt ante omnia segutilum tollunt; ita vocatur indicium.* Voca- [segutilum] bulum originis certo peregrinae, sed cuiusnam, Hispanae an Dalmaticae aliusve, incertum. De *seg-* radice in Hispanicis et Celticis aeque frequenti dixi infra § 35 et 42.

Idem ibidem *cum [aurum] ita inventum est in summo caespite, talutatium vocant, si et aurosa tellus* talutatium *subest; cetero montes Hispaniae aridi sterilesque et in quibus nihil aliud gignatur huic bono fertiles esse coguntur.* Origo vocabuli huius Hispana paullo probabilior. *Talabara Talabriga Talamina Talori* nomina locorum gentisque sunt in Lusitania et Callaecia, ibidem *Talabarus Taladius Talavus Talotius* hominum, *Talutius Taluppa Taluppius Tallotius* Celtica (§ 42).

Idem ibidem 69 *[scoria] in auro tunditur iterumque coquitur; catini fiunt ex tasconio, hoc est terra* [tasconium] *alba similis argillae.* De origine vocabuli non magis constat, quam de reliquorum ad aurifodinas pertinentium. *Tascasecerris* viri nomen est C. 2067.

Plinius n. h. XXXIII 40 *habeant [aurum] in lacertis iam quidem et viri, quod ex Dardanis venit itaque* [viriae] *et Dardanium vocatur — viriolae Celtice dicuntur, viriae Celtiberice* cet. Unde Viriati nomen derivabant grammatici Latini et ex radice quadam linguae Vasconicae hodiernae explicare studuit Humboldtius (p. 79). Fieri sane potuit, ut Galli ab Hispanis armillas vel armillarum genus aliquod acciperent; sed quod ab utrisque idem vocabulum paullo aliter formatum usurpabatur, magis est ut indicet originem Latinam (cf. Diez I^2 p. 442).

Plinius n. h. XXXIII 75 *vitium lavandi [aurum] et si fluens amnis lutum importet, id genus terrae* [urium] *urium vocant.* Vocabulum est Celticae originis; cf. quae diximus de *apitascus balux segutilum talutatium tasconium.*

Haec sunt vocabula, nisi quaedam me fugerunt — neque enim scriptores omnes eorum causa perlegi —, de quorum origine Iberica cogitari potest. Si incertiora omittimus, restant quindecim haec *acnua asturco balsa barca caelia caetra celdo durela pala palaga palacurna paramus sarna talutatium tasconium*; in quibus tamen etiam inesse possunt Celtica quaedam. Sed radices pleraeque cum redeant in locorum hominumque nominibus, quae infra recensebimus, pro vere Ibericis haberi possunt.

25. Exstant praeterea vocabula quaedam in sermone Hispanico novicio, quae non videntur b. in sermone Hispanico novicio derivari posse ex communi fonte Latino; unde pro Ibericis habentur aliqua cum probabilitate. Post Diezii doctrinam inexhaustam meriti sunt de colligendis eis et explicandis Groeberus[99] Gerland Baist Cornu[100]) viri doctissimi; unde infra composui quaecumque inveni ab eis adnotata eius generis vocabula Hispanica Portugallica Vasconica, neque tamen re vera Ibericae esse originis omnia spoponderim. Sunt autem haec:

becerro becerra, vitulus vitula (Diez II^2 p. 102).
berro, nasturtium (Baist p. 692).
bizarro, Vasconice *biserra*[101]), barbatus?, superbus.
brisa, aquilo, diversum a brisa Latino (Colum. XII 39) pro vinaceis (Diez II^2 p. 105).
cachorro sive *cazurro*, Vasconice *zakurra*, catulus (Diez II^2 p. 107); nisi Latinum est.
caronia, cadaver (Diez I^2 p. 114, qui de carne cogitavit).

---

[99]) In Woelfflini Archio lexicogr. Lat. I 1884 p. 204. 539 ss. II 1885 p. 100. 276. 424 ss. III 1886 p. 138. 264. 507 ss. IV 1887 p. 116. 422 ss. V 1888 p. 125. 234. 453 ss. VI 1889 p. 117 ss.

[100]) In Groeberi *roman. Philologie*, quam supra indicavimus adn. 90.

[101]) P. de Mugica *gramática del castellano antiguo* (Lips. 1891) p. 21, qui addit *bildur* et *sapo* piger, Vasconice *zapoa*

cerro, collis (Humboldtius p. 52 recte, propter nomen Cerretanorum, quamquam obloquente Diezio II² p. 112).
chaparra, Vasconice *zaparra*, ilex (Diez II² p. 113).
galápago, testudo (Diez II² p. 130).
izquierdo, Vasconice *ezquerra*, sinister (Diez II² p. 141).
laia sive *laga*, genus vel species.
manteca, butyrum (Baist p. 692).
mogo, Vasconice *muga*, cippus terminalis (Diez II² p. 152). Celtica *Mogon Mogontiacum* vix comparanda.
moron, Vasconice *murua*, collis (Humboldt p. 48, Diez II² p. 153).
morro, Vasconice *muturra*, rostrum animalium (Diez II² p. 153: Mugica *dialectos* p. 69 comparat *morrada* vocabulum).
nava, planities, servatum in Flavionavia oppidi nomine (Humboldt p. 15): cf. Navia deae et fluvii nomen (infra § 30. 39) et *Navarra* regionis nomen (Diez II² p. 156).
penca, virga (Baist p. 692).
perol, cortina (Baist ibidem).
suero, serum (Baist ibidem); cf. *Suaro* nomen infra § 45.
tala nomen et *talar* verbum, exstirpatio exstirpare (Diez II² p. 178; Mugica *dialectos* p. 57 comparat *talo* Vasconicum, frustum panis). Cf. quae supra adnotavi ad *talutatium*.
urraca, pica (Diez II² p. 185); nomen muliebre infra § 45.
zorra, Vasconice *zurra*, vulpes (Diez II² p. 191).
zorzal, Vasconice *zozarra*, turdus (Diez II² p. 192).

Sane certum non est vocabula haec omnia, quae augeri poterunt a linguae Hispanae peritioribus, vel peregrina omnino esse vel Iberica, non Latina. Atque alia sine dubio servata sunt vocabula in Vasconum potissimum lingua, quae cum Ibericis vetustis convenire aliquando fortasse probari poterit. Sed haec utpote altioris indaginis adhuc omittenda visa sunt.

Nomina geographica

26. Sequuntur, quae altero loco consideranda sunt, nomina geographica. In nominibus fluviorum montium populorum oppidorum aliorumque locorum vetustissima linguae testimonia ubique servata esse inter omnes constat. Quibus ut recte utamur, distinguenda sunt a nominibus vetustis, quae ab indigenis inventa esse probabiliter conicere licet, noviciа ab advenis aetate posteriore indita. Quod Heissius syllogae suae nummorum Ibericorum excerpta addidit geographica e scriptoribus veteribus desumpta, quamquam illa quidem nec plene nec satis accurate exscripta, id consilio sane recto fecit; sed parum proficimus ratione ea, quam sequitur, materiam rudem tantum et indigestam proponendi. De uno quoque vocabulo testimonia omnia coniuncta proponenda sunt, siquis sermonis documenta commode perspicere volet. Atque primum segreganda sunt, quae originis Ibericae non esse apparet, Phoenicia Graeca Latina. Deinde nominum genera distinguenda sunt. Antiquissima omnium paene ubique videntur fuisse fluviorum; eos igitur in indice huius voluminis altero primum locum obtinere volui (II I *a*); primus enim (I) vocabula proprie Iberica nummorum et inscriptionum complectitur. Sequuntur proxime post fluvios vetustate aut aequiperant eos montium nomina; quorum index alterum locum occupat (II I *b*). Antecellunt vero numero et varietate populorum oppidorum vicorum cet. nomina, quae index tertio loco complectitur (II I *c*). Testimonia scriptorum veterum, quae huc faciunt (enumerati illi sunt in libro meo Hispanice scripto *Arqueologia de España* p. 1 ss.), ita apposui, ut praecederent antiquissima, sequerentur deinceps temporum ordine recentiora. A Graecis scriptoribus memorata Graece adscripsi, ut formarum in scribendo varietas appareret. Interposui huic indici denuo nomina geographica in nummis Ibericis scripta, quamquam iam enumerata sunt in indice vocabulorum Ibericorum primo; ut facilius comparari possent cum reliquis. Nomina deinde Phoenicia Graeca Latina, ne cum Ibericis confunderentur, singulis indicibus composita adieci, ita tamen, ut fluviorum montium, quae satis rara sunt, cum populorum oppidorumque in uno quoque indice coniuncta exhiberentur (II III—V).

Iberos constat non in Hispania tantum, sed in Gallia Narbonensi quoque et in Aquitania sedes habuisse antiquitus, unde fortasse in Hispaniam demigraverunt. Atque reliquisse Iberos in regionibus illis linguae vestigia certissima mirum non est. Etenim Narbonensis provinciae pars, quae maxime ad meridiem spectat, comitatus fere qui fuit Ruscinonensis cum Cerretania, usque ad annum 1659 Hispanae dicionis fuit eademque adhuc utitur lingua vulgari, qua Catalaunia Hispana. Aquitaniae vero regio maxime ad meridiem et occidentem spectans, quae fuit regni Navarrae pars Francogallica, sermone adhuc utitur Vasconico. Neque vero in illis tantum partibus utriusque provinciae Galliae, sed in regionibus Francogalliae subpyrenaicis omnibus reperta sunt monumenta epigraphica non infrequentia, quae locorum deorum hominum nomina servaverunt Iberica vel certe non Gallica. Difficilis sane interdum quaestio oritur, nomina illa peregrina utrum Ibericae an Celticae originis putanda sint. Aggressi eam sunt post Humboldtium, qui pauca observavit (p. 91s.), et Vascophilos aliquot vetustiores Francogallos et Hispanos, inter nostrates inde ab a. 1871 Georgius Phillips (v. adn. 78), qui multa ignoravit, inter Francogallos ab a. 1874 Achilles Luchaire, quem dolemus studia illa feliciter incohata postea deseruisse. Spectant huc potissimum praeter observationes breviores scriptiones eius de lingua Aquitanica, quas infra plurimum contulisse videbimus ad deorum hominumque nomina in regionibus illis reperta recensenda[102]. Contulit praeterea quaedam ad quaestionem solvendam Wentworth Webster, inter Britannos nunc linguae Vasconicae indagator nisi fallor unicus; sed quaestionem minime absolvit[103]. Nomina geographica Aquitaniae et Narbonensis, quae videntur huc facere, composui in indice singulari (II II) ita, ut certo Celtica excluderem. Quaedam tamen etiam Celtica vel a radicibus Celticis derivata addere visum est, ut cum Hispaniae similibus commode comparari possint.

Fieri sane potuit, ut gentis Ibericae vestigia nonnulla praeterea remanserint etiam in eis regionibus, per quas aetate remotissima Iberos migrasse probabile est antequam Galliam Narbonensem et montes Pyrenaeos attingerent. Non sine causa Humboldtius nomina quaedam vetusta locorum, quae in Sicilia Sardinia Corsica insulis fuerunt, Ibericis similia esse iudicavit. Sed tamen magnam in comparationibus eius generis cautionem adhibendam esse nemo ignorat. Ut uno exemplo defungar: Sicani fluvii Iberici nomen, quod Avieni auctor vetustus et per Hecataeum puto Thucydides noverant, a Sicoris fortasse aut a Sucronis non diversum, in Sicilia redit in eo fluvio, qui a Graecis Himerus dictus est. Nomen illud a Graecis hominibus fortasse non satis accurate pronuntiari auditum et prave repetitum ansam praebuit ad opinionem illam a scriptoribus Graecis concipiendam et vario modo agitandam, scilicet Iberos aut ex Sicilia provenisse aut versa vice ex Hispania in Siciliam immigrasse[104]. Βάλαροι Sardiniae insulae incolae (Livius XLI 6. 12 Strabo V 2. 7 Plinius III 13). Corsicanorum lingua secundum Pausaniam (X 17. 5) fugitivi Libyes et Iberi, quamquam insularum Balearium nomen simile est, tamen originis prorsus diversae fuisse possunt; Müllenhoffio (D A III p. 183) Ligures potius visi sunt quam Iberi. Conferantur etiam *Celsitani* Sardiniae (Ptol. II 3. 6).

Paullo aliter de Corsicae insulae incolis vetustissimis iudicandum est. Ibi enim, ut post Humboldtium Nissenus observavit[105], nomina quaedam populorum locorumque videntur exstare, si recte excepta sunt ab auctoribus Ptolemaei, Hispanis perquam similia:

[102]) *Remarques sur les noms de lieux du pays basque* (*Congrès scientifique de France, XXXIX session à Pau* Paris 1874 (pp. 31) 8.; de lingua Aquitanica Parisiis 1877 (pp. IV 67) 8.; *Études sur les idiomes pyrénéens de la région française* Paris 1879 (pp. XII 373) 8.

[103]) Vide adnotata de studiis eius in ephemeride *Academy* a. 1891 II p. 268 no. 1012.

[104]) Dixit nuper de his rebus post alios B. Heisterbergk *Fragen der ältesten Geschichte Siciliens* (*Berliner philol. Studien* IX 3. Berol. 1889) p. 13ss.

[105]) *Italische Landeskunde* I (1883) p. 551s. Sed Τουτήλας βωμός apud Ptolemaeum III 3. 5 [illegible] atque *Tuela* Hispaniae oppidum aperte originis Latinae sunt.

Παλανία Ptolem. III 2, 8	*Palantia* Hispaniae
Πάλλα ibid. 5	
Ταρακήνιοι ibid. 7[106])	*Tarraco*
Σουβασανοί ibid. 7	*Subur*
Οὔαγον promunturium ibid. 5	Οὐακούα sive Οὐάκος, *Vagia* fluvius Lusitaniae
Οὐρκίνιον ibid. 3	*Urci*

Sed Ῥόтανος fluvius ibid. 5 cum Rhodano, Κλούνιον πόλις ibid. 5 cum Clunia Hispaniae et Pannoniae componenda faciunt, ut huc quoque Celtas pervenisse credamus. Balaris Sardis etiam Βαλατινοί Corsicae (Ptol. III 3, 7) similes sunt. Nisi forte haec quoque nomina Ligusticae potius quam Celticae originis sunt. Ceterum etiam inter hodierna nomina locorum in Corsica insula sunt quae cum Hispanis noviciis comparari possint: cum praesertim inter sermonem vulgarem Sardiniae et Corsicae atque Hispanum praeterea arta quaedam cognatio sit. In tabula Veleiate (C. XI 1147) locorum nomina leguntur iuxta aperte Celtica (ut *Ambitrebius Madutius*) Hispanis Africisque non absimilia silvae *Suffitanae*, fundi *Ucubatiani*. Iberos esse Corsicae incolas Seneca Hispanae originis homo, quem octo annos ibi in exilio fuisse notum est, existimavit ex similitudine ritus, tegmentis capitum et calciamentis iisdem atque Cantabricis, et verborum quorundam (dial. XII 7, 9). Sed falli potuit. Ne illud quidem quaestionem decernit, quod Strabo Posidonium secutus tradit de mulieribus Ibericis τεκοῦσαι διακονοῦσι τοῖς ἀνδράσιν, ἐκείνους ἀνθ' ἑαυτῶν κατακλίνασαι (III 4, 17), idemque de Corsicanis Diodorus (V 14, 2) habet. Nam consuetudo illa mirabilis, quam *couvade* dicunt Francogalli, latius patuisse videtur inter gentes vetustas. Sed finium inter Ligures Celtas Iberos antiquissimos regundorum quaestio difficillima hoc loco absolvi nequit. Unde nos, ne incerta et nimis remota admiscerentur, nomina ex insulis Italicis omnia consulto omisimus, quamquam etiam inter Sicula quaedam praeterea sunt quae cum Ibericis aliquo modo conveniant[107]).

Maiore etiam cum diffidentia de origine Iberica nominum aliquot geographicorum, quae ad ipsam Italiam pertinent, iudicandum est. Humboldtius Hispellum Umbriae cum Hispali composuit, quae fortasse casu tantum similia sunt, et Norbam Italiae cum Norba Hispaniae. Sed hanc ad illius memoriam dictam censeo a ducibus Romanis (ut alia eiusmodi, de quibus infra dicendum est § 34), Hispellum cum hispidus vocabulo componendum.

Etiam inter Ligurum oppida sunt quae Iberis tribuerentur propter nominum aliquam similitudinem; unde Ligurum vestigia etiam in Gallia Narbonensi deprehendere sibi visi sunt viri docti. De Liguribus Müllenhoffius (D A III p. 173 ss.; cf. adn. 74) quaestione amplissima, sed ad finem non perducta, demonstrare studebat nominum geographicorum formas a Graecis et Romanis proprio modo pronuntiatas originis esse a linguarum Indogermanicarum diversae[108]). Itaque etiam nomina Ligustica, quae ab Iberorum aliqua iam cum confidentia distinguimus, ab investigationibus hisce exclusimus.

Nomina Africana

27. Difficilior etiam ea quaestio est, quam supra tetigi (p. XXXII), utrum Ibericae originis populi Africam habitaverint, an ex Africa in Hispaniam gentes Libycae immigraverint ibique oppida condiderint. Similitudines nominum geographicorum intercedere inter Africam et Hispaniam observaverunt docti aliquot Francogalli, veluti Alfredus Maury, alii. Quaestionem ethnographicam

[106]) Si modo recte sic traduntur in codicibus non malis, Ταραβήνιοι in reliquis.

[107]) Sermonis cuiusdam proprii vestigia, quo Elymos Siciliae usos esse nummi aliquot Eryce et Segestae cusi docent, inscripti illi *erukazie* et *segestazie*, cum Iberorum lingua non videntur componi posse. Dixit de eis K. F. Kinch *Zeitschrift für Numismatik* XVI 1888 p. 187—201, cf. K. Meister *Berl. philol. Wochenschrift* 1890 p. 672 s.

[108]) Cf. etiam Nisseni *ital. Landeskunde* I p. 468 s.

difficilem hic non tractabimus, sed ea tantum enotabimus nomina geographica, quae ad linguae Ibericae indolem accuratius cognoscendam visa sunt conferre. In magno autem numero nominum geographicorum, quae ex Africa septentrionali novimus, non admodum multa sunt, quae cum Hispanicis ita conveniant, ut eiusdem atque illa originis habenda esse videantur.

Sunt autem haec:

in Africa:	in Hispania:
Abila mons, nisi a Phoenicibus dictus, Calpe oppositus	*Avela* (*Avila*), *Avellicum* Arevacum
Barca Cyrenaicae	*Uxama Barca*, *Barcino*
Cartenna oppidum cum *Cartenno* fluvio	*Carteia*, nisi haec Phoeniciae originis est, ut *Carthago*
Celtianensium civitas Eph. V p. 442	*Celti* Baeticae
Igilgilis	*Gili*, cf. *Bilbilis*
Maxyli	*Maxilua* Baeticae
Obba Africae proconsularis C. VIII p. 1562 et Mauretaniae	*Oba* Baeticae
Oca Mela I 5, Plinius V 4, 4	*Oeaso* Vasconiae
Olbasa Eph. V p. 1359 s.	*Olba* (*Huelva*)
Subur flumen Mauretaniae Plinius V 1 Ptolemaeus IV 1, *Subus* oppidum Ptolemaeus IV 6 cf. *Suburburenses* C. VIII 8270. 10335	*Subur* oppidum *Subi* flumen
Tingi Mauretaniae (Τιγέννις Plutarcho Sertor. c. 9)	*Tingentera*
Tugga	*Tucci*
Vaga flumen	*Vagia* sive *Vacua* flumen Lusitaniae
Uci, *Uchi* C. VIII p. 17 Ephem. V p. 350 VII p. 85	*Ugia*
Ucubi C. VIII p. 1509 ss. cf. *Curubis* C. VIII p. 127	*Ucubi*
Utica, Polybio Ἰτύκη	*Itucci*

Aqua Mellariensis in Africa C. VIII 2658 et Mellariae duae Hispaniae videntur nomina habuisse Latina a melle ducta. Hippo regius et Hippo diarrhytus non sunt componendi cum Hippone nova (exspectamus novo) Hispaniae; Hippo nova enim nomen ex Iponuba corruptum est. Accedunt autem Hispana haec, quae propter formationem comparanda sunt cum Africanis.

Madaura	*Olaura*
Matricerda aqua C. VIII 2658	*Osicerda* et alia quaedam similia
Sisara lacus	*Egara*

item populorum nomina quaedam Africana similiter formata atque Hispanica multa: *Seressitani* C. VIII p. 119, *Urusitani* Eph. V p. 282, denique *Banturarii Nectiberes Tolotae Taladusii* Mauretaniae gentes a Ptolemaeo memoratae, quae admonent *Banduae* dei, *Neitinbeles* viri, *Tolosae Talabrigae* oppidorum Hispanorum.

Sunt praeterea inter nomina geographica Africana quae etiamsi non prorsus conveniant cum Hispanis neque in radicibus neque in derivationis formis, tamen sonorum quadam similitudine cognata sunt. Verbi causa *Madethabadus* mons cum *Idubeda* et *Orospeda*, *Siagu* oppidum (C. VIII p. 124) cum **Siaco* viri nomine (C. 2976), *Carpis* oppidum cum *Carpetanis*, *Lamigum* sive *Lamiggigum* (C. VIII 4376) cum *Lamego* Portugalliae alterum utrum, sive radicem sive derivationem, habent communia. Cum *Gilgili* oppido, quod iam composuimus cum *Gili* Hispano, *Gir* et *Nigir* fluvii, *Girgiri* mons Libyae; *Thibilis* (C. VIII p. 541), *Sala* Mauretaniae, *Tunes* oppidum clarum, *Ucres* (C. VIII p. 117) Hispanis quibusdam similia sunt in universum. *Canni* Mauretaniae populus, quem Ptolemaeus memorat, admonent *Chauni* montis in Hispania apud Livium (XL 50, 2). Addo denique populorum aliquot Mauretaniae, quos sive Ptolemaeus sive inscriptiones indicant, nomina haec

Banocubae	*Sorae*	*Tutcenses* (C. VIII 8270)
Enabasi	*Socossii*	*Vacuatae*
Herpeditani	*Tabudenses* (C. VIII 1124)	*Verues*

Ea omnia propter formam et sonum inter Hispana neminem offenderent.

Inter nomina locorum in Gallia Aquitanica, quae originis Ibericae esse infra (§ 35) exponemus, sunt quaedam Africanis similia. Ita *Lixus* Africae composita est cum *Ilixone* sive *Lixone* loci deo, cuius nomen superest in hodierno *Luchon*. Montes *Nimidi* Aquitaniae (v. Index II II) cum Numidia vix recte comparantur.

Etiamsi concedimus similitudines, quae inter nomina illa intercedunt, posse magna ex parte casu orta esse, restant tamen prorsus aequalia quaedam, veluti *Barca Oba Subur Ucubi*, quae suadere videntur, ut aliquam certe inter Africae et Hispaniae populos intercessisse cognationem statuamus. Itaque si antiquissimis temporibus, dummodo recte intellecta sint monumenta Aegyptia, auxiliarii Sardi originis Ibericae in Libyorum exercitu fuerunt, potuerunt illi non navibus tantum, sed itinere terrestri eo pervenire per Africam septentrionalem; unde ibi eos aliquando habitasse conieceris e paeninsula transgressos. Postquam deinde Phoenicum in Hispania coloniae effloruerunt, saeculis fortasse non paucis interiectis, ex Africa gentes quaedam remigrasse putandae sunt in paeninsulam: veluti illae, quarum nummos ex regione Asidonensi provenire supra (p. XXXII) diximus. Etiam nomina quaedam virorum et mulierum Iberica Africanis non absimilia sunt, ut infra videbimus (§ 40). Sed haec omnia, utpote incertissima, ulterius pervestigare non est huius loci.

Nomina mutata

28. Locum singularem occupant nomina geographica ab Avieno solo servata; quatenus illa ab auctoribus vetustis Phoenicio et Graeco, quos sequitur Avienus, immutata sint, difficile est dictu. Etiam quae Hecataeus Graecus auctor antiquissimus servavit forma valde discrepare solent a testimoniis recentioribus. Scriptores Graeci omnes qua libertate nomina barbara mutare soliti sint, ut auribus acceptiora fierent, notum est. Ita cum Graecae originis vestigia ubique odorarentur, ut fecit Artemidorus, in Oducia Baeticae Ὀδυσσέα ut in Ulisipone postea Romani Ulissem, in Elenis et Groviis Callaeciae populis Ἕλληνας et Graios, in Lete fluvio λήθης sive oblivionis amnem, in Tudae castello Tydeum conditorem deprehendere sibi visi sunt. Accedunt quae et ipsa videntur Graecis adsimilata esse Καλλίπους Celadus Theodorus (pro Tader) fluviorum, Cypsela et Oestrymnides Avieni, Myrtilis, Nebrissa (pro Nabrissa), Olbia (pro Olba) oppidorum nomina. Sed etiam Polybius quique eum secuti sunt recentiores Strabo et Appianus eorumve auctores non in suffixis tantum ethnicorum, quae Graeco more formare solent, differunt a scriptoribus Latinis, sed ipsa vocabula non raro proferunt aliter formata aut aliter sive pronuntiata ab incolis sive pronuntiari credita aut arbitrio suo inflexa. Idem omnibus temporibus in locorum nominibus referendis fecisse terrarum novarum inventores notum est. Quatenus in mutationibus illis patuerit studium populis omnibus commune, quo nomina peregrina patriis vocibus similiora redderent, quam nunc solemus dicere etymologiam popularem, a multis exploratum est. Inter nomina geographica Hispaniae Latina eius generis agnoscimus in Celadus Clodianus Florius fluminum nominibus, in gentis Indigetum (n. 6), in Anticaria (cf. Ἀντεκουία Autrigonum Ptolem. II 6, 52) oppidorum; sed plura fortasse nos fugiunt. Blanda Aurium (in Callaecia circa Aurium, hodie *Orense*, fuerunt aurifodinae) Dianium Lucentum Equabona (Aequa bona?) Octogesa (vide nummos n. 34) fortasse et Urso eius generis esse possunt.

Loca in Hispania et in Portugallia deserta, ubi olim oppida fuerunt, exstant permulta, *despoblados* ab Hispanis dicta, quae partim servaverunt nomina vetusta. Contra oppidorum multorum, quae adhuc exstant, nomina vetusta aut interierunt aut mutata sunt, ut v. c. Conimbrigae (C. p. 816). Accedunt nomina innumera agrorum territoriorum praediorum cet., vallium montium rivorum, quae ex quibus formis vetustioribus provenerint a linguarum Romanicarum peritis aliquando edoceri cupimus. Segreganda sunt in Hispaniis nomina originis Arabicae frequentia,

qualia post alios, inter quos nominare sufficit Paschalem Gayangos et Reinhardum Dozy, colligere et explicare studuit Franciscus Simonet[109]).

Etiam Mellariae nomen oppidorum duorum conventus Cordubensis alterius, alterius conventus Gaditani, a Graecis quibusdam ab Hesperidum malis derivatum (ἀπὸ τῶν μήλων Stephanus Byz. s. v.), Μενλαρία scriptum apud Strabonem et Ptolemaeum, facile quidem Latinum esse statuemus, ut supra dixi, a melle derivatum; nam *mellarius mellarium* apud Romanos usitata sunt. Sed subesse posse formam nominis peregrinam, quam Romani mutaverunt, nemo negabit. Quod *mellum* Celtice collem significet (Glück p. 137), vix huc videtur trahendum esse.

Utrosque autem, tam Graecos quam Romanos, vocabula peregrina mutavisse, ut facilius pronuntiarentur, comparatio cum formis Ibericis genuinis docuit. Notissima sunt testimonia Strabonis et Plinii, quibus barbariem nominum Hispanicorum deplorabant. Ὀκνῶ, Strabo ait, τοῖς ὀνόμασι πλεονάζειν, φεύγων τὸ ἀηδὲς τῆς γραφῆς, εἰ μή τινι πρὸς ἡδονῆς ἐστιν ἀκούειν Πλευταύρους καὶ Βαρδυήτας (quos tamen postea iterum commemorat) καὶ Ἀλλότριγας καὶ ἄλλα χείρω καὶ ἀσημότερα τούτων ὀνόματα (III 3, 7). Plinius in enumeratione oppidorum Hispanorum, quam ex Augusti commentariis sumpsit, *digna memoratu aut Latino sermone dictu facilia* (III 7) tantum delibavit, *ignobiles et barbarae appellationis* populos multos omisit, paucos *citra fastidium nominare* contentus (III 28). Ex numero oppidorum Tarraconensis Baeticae Lusitaniae pleno DXIV, si recte computavi, CCXLIV tantum nominare eum non pigebat (IV 117): CCLXX, amplius igitur dimidiam partem, omisit. Simili sensu ductus Martialis sese excusat, quod *nostrae nomina duriora terrae grato non pudeat referre versu* (IV 55, 9). Unde iam non mirabimur, quod ex nummis Ibericis oppidorum triginta septem tantum nomina aliunde iam nota innotuerint, quae supra (p. LIX) enumeravi, longe vero plurima, id est circiter nonaginta plus minus, primum in illis compareant. Sedes autem gentium earum maximam partem in eis regionibus quaerendae sunt, in quas Celtarum invasiones non pervenerant. Accedit quod oppida non pauca, cum a Romanis sive coloniarum sive municipiorum iura acciperent, nomina mutaverunt. Ita Dertosa dicta est Hibera Ilercavonia, Hispalis Romula, Corduba Patricia, Salduba Caesaraugusta, Urso colonia genetiva; nominaque vetusta, velut Saldubae, non raro in desuetudinem oblivionemque abierunt. Haec omnia consideranda sunt in indicibus nostris geographicis adhibendis.

29. Nomina fluviorum montium locorum vetustissima adhuc viva manent multa, quamquam a testibus antiquis nullis servata, in nominibus hodiernis. Pauca eius generis iam adhiberi possunt ad copias nominum Ibericorum augendas; nam instrumenta aevi medii, e quibus origines et mutationes nominum noviciorum discuntur, non multa patent curiose edita. Tamen ex Heissii libro de monetis Visigothicis (de quo dixi prolegomenon cap. I adn. 47) et ex Campaneri additamentis ad illam nummorum seriem (adn. 41) enotavi in indicibus meis nomina oppidorum, e quibus nummos emiserunt reges Visigothorum per saecula a quinto exeunte ad octavum incipiens. In eodem volumine Heissius Florezii Hispaniam sacram (vol. IV) secutus documenta ecclesiastica vetustiora composuit, quae sedes episcoporum et oppida singulis attributa enumerant. Sunt illa curiosissima neque neglegenda ab eis, qui Hispaniae veteris geographiam restituendam sibi proponunt, atque pertinent etiam ad ea illustranda quae Henricus Gelzer ex Byzantinae aetatis scriptoribus de Graeci imperii per aetatem illam in Hispania finibus exposuit[110]). Neque prorsus spernendi sunt scriptores Arabici, quamquam solent locorum nomina admodum corrupte atque

Nomina novicia

[109]) Francisco Javier Simonet, *glosario de voces ibéricas usadas entre los mozarabes, precedido de un estudio sobre el dialecto hispano-mozarabe* cet. Matriti 1889 (pp. CCXXXVI 628) 8. cf. Leopoldus Eguilaz *Archivo* V 1891 p. 224 ss. et Meyer-Lübke *Litteraturblatt für german. und roman. Philologie* 1891 No. 12.

[110]) Georgii Cyprii descriptio orbis Romani cet., Lipsiae 1890, p. XXXI ss.

non raro prave omnino proferre in scriptis suis. Quaedam inde expiscatus est, quae ad geographiam veterem augendam faciant. Eduardus Saavedra, cum *Edrisí* librum pertractaret[112]). Ita verbi causa montium *las Alpujarras* nomen recte visum est Saavedrae Arabicae originis non esse, sed ortum fortasse ex eadem atque Alpes radice atque Iberice terminatum in *-arr*; ut alia quae infra composuimus locorum hominumque nomina multa. Sed priusquam quaestiones de scriptorum Arabicorum testimoniis deque aetate et auctoritate documentorum illorum aetatis mediae ab Aureliano Guerra dudum promissae publici iuris factae sunt, satis tuto nominibus noviciis uti non licet. Quae accedunt ex instrumentis aetatis mediae post Florezium a Thoma Muñoz solo aliqua ex parte collectis[111]), ab aliis per libros varios sparsis, et ipsa aut minus certa sunt aut nimis recentia.

Quaestio autem haec universa de nominibus geographicis patriis in Gallia Germania Italia a multis dudum tractata inter Hispanos incohata tantum est. Unde hic quoque praestat abstinere ab incertis cumulandis; qui aliquando descendent in hanc harenam, indicibus nostris in distinguendis eruendisque formis nominum vetustis adiuvabuntur. In nominibus vero vetustis ex hodiernis explicandis magna cautio adhibenda est. Non raro enim soni quadam similitudine longinqua et saepe fallaci ducti etiam viri eruditi decipi se passi sunt. Ita Constantinae coloniae ex hominibus Germanicis saeculo proximo a Carolo III rege una cum Carolina in montibus Marianis sive *sierra Morena* conditae nomen fuerunt qui in Strabonis libros inferre conarentur (v. Ukerti librum p. 378). Ipse Carolus Müllerus, ut unum nominem instar omnium longe peritissimum, Ptolemaei editor doctus et de geographia vetere tam universa quam Hispaniae bene meritus, hic illic Reichardi et Cortis deliria secutus est in nominibus locorum vetustis explicandis. Nomina enim originis prorsus noviciae (ut *Avellans* a nucibus Abellanis dictum, *Vega* frequentissimum vallem indicans) adhibuit ad vetusta explicanda; ita ut 'ad Palem' stationem figeret aediculam *Na Sa de Belen* dictam (i. e. Sanctae Mariae de Betlehem) comparavit, et quae sunt similia a vetustis toto caelo diversa. Haec in universum dicenda; iam ad singula nominum genera accedamus.

Fluvii 30. Atque ut a fluviis incipiamus, quorum nomina composita sunt in Indice II 1 *a*, si Romanae originis pauca excipies, Clodiani (ab homine fortasse Romano dicti, nisi subest mutatio nominis Iberici similiter sonantis), Florii Gallaeciae a floribus (ut iam Humboldtius p. 19 dixit), Rubricati ab harenis puto ferrugineis appellati, ut alter in Africa cognominis, Salsi ab aqua salsa, et a Phoenicio uno Malaca appellati ut oppidum adiacens (si modo vere Phoenicium est; Maenubae Ibericum puto, non Phoenicium), reliquos omnes facile sive Ibericos esse cognosces sive Celtibericos. Ab *r* duabusve consonis nullus incipit. Tamen non mirabimur hic ut alibi fluviorum nomina sequi in formationibus exempla Graeca Romanave; scilicet terminationes a testibus vetustissimis Graecis et Romanis inditae sunt formis peregrinis. Ita terminantur

in *-us*:	*Adrus*	*Avus*	*Canus*	*Heledus*	*Mearus*	*Sordus*
	Alebus	*Besilus*	*Cilbus*	*Hiberus*	*Melsus*	*Tagus*
vel in *-ius*:	*Durius*	*Minius*	*Navius*	*Togonius*		
Deinde						
in *a*:	*Alba*	*Cuda*	*Munda*	*Sauga*	**Uia* sive *Ulla*	
	Cinga	*Deva*	*Nutha*	*Vacua*		
vel in *-ia*:	*Avia*	*Limia*	*Navia*	*Salia*	*Turia*	*Vagia* sive *Vacua*

[111]) *La geografía de España del* Edrisí *por Don Eduardo Saavedra* (ex actis societatis geographicae Matritensis seorsum impressa) Matriti 1881 (pp. 88) 8.

[112]) *Coleccion de fueros municipales y cartas pueblas* cet. vol. I [unic.] Matriti 1847 (pp. 560) 8 mai.

Redeunt nomina eius generis pauca apud alias gentes Celticas, velut *Alba Arus Deva*, vel cum populorum oppidorumve conveniunt: ut *Munda* et *Sordus*. Sed etiam ad fluminis vocabulum adaptata exstant nomina

in *-um*: *Arnum* *Saunium* *Turium* (pro *Turia*) *Urium*

Ut oppida multa, ita fluvii quoque terminantur

in *o*: *Avo* (iuxta *Avus*) *Baelo* *Nelo* *Salo* *Sucro*
in *-is (-i)*: *Baetis* *Nebis* *Sicoris* *Singilis* *Subi* *Tamaris* *Ticis* *Tulcis*

et rarius

in *-s*: *Anas* *Sars*
et in *-er*: *Tader* *Ticer* (pro *Ticis*),

quorum hic a Graeco auctore, quem Avienus sequitur, in Theodorum mutatus est (v. Müllenhoff D A I p. 157). Atque late omnino patebat mutatio haec nominum ab advenis Graecis antiquitus incohata. Pertinet huc fluvii *Lethe* nomen sive Oblivionis, fortasse vere olim *Lete* dicti, cuius iam supra (p. LXXXVIII) mentio facta est. Deinde *Tyrius* pro Turia, *Anystus*, *Callipolis* sive *Callipus*, *Chalybs Chrysus* Avieni, *Celadus* Melae. Etiam *Perces* Baetis nomen vetustum ab Hecataeo solo servatum, quod Livio eiusve auctori, fortasse Catoni, *Certis* est, e simili mutatione ortum esse potest. Deinde nomina

Anystus *Besilus* *Canus* *Cilbus* *Heledus*

Avieni, *Callipolis* Avieni et *Callipus* reliquorum, *Celadus* Melae eandem perpessa sunt mutationem.

Pauca inter fluviorum nomina analogiam sequuntur nominum geographicorum reliquorum.

Astura fluvius *Naccarae* palus
Alebus *Orobus* **Sorobis* *Udiva* (cf. *Adeba* oppidum)
Dercenna *Pisoraca* *Sambroca*
Adrus *Congedus* *Heledus*
**Bibesia* *Namnasa* *Tuetonissa*

denique

**Ameucnus* fons et *Turgonti* lacus.

Non pauca cum oppidorum plerumque adiacentium nominibus conveniunt:

Aesuris *Baelo* *Bilbilis* *Malaca* *Saetabis* *Salduba*
Attagus *Barbesula* *Maenuba* *Pallantia* *Singilis* *Tartessus*

Qui fluvii utrum ab oppidis nomina acceperint an haec ab illis difficile est dictu: hoc per se quidem probabilius videtur, scilicet fluviorum nomina vetustiora esse: sed tamen de formis nominum illorum dicetur aptius infra (§ 32).

Sicanus pro Sicori aut Sucrone alterum nomen non videtur re vera exstitisse, sed inventum esse ad Hispanorum cum Siculis adfinitatem fulciendam (v. supra p. LXXXV). De Hibero altero Baeticae, quem Avienus solus memorat, omnino dubito.

31. Montium nomina pauca servata sunt: ut solent ubique rariora esse. Inter antiquissima Montes
videntur numeranda esse, quae partim Phoenicibus Graecisque tribuuntur,

Abila *Calpe* *Caia* (sive *Gaius*) *Idubeda* *Orospeda* *Pyrene*

Quamquam columnae Herculis a quo populo nomina acceperint quis pro certo affirmare velit? Minus certum est quatenus formas vetustas conservaverint terminata

in *-us*: *Chaunus* *Medullus* *Salurus* *Sellus* *Tagrus*
et in *-ius*: *Cassius* *Edulius* *Herminius*[113]) *Solorius* *Vindius*

Adde Κόρου ἄκρον Ptolemaei et *Corense* litus Plinii.

[113]) Herminii montis nomen Celticae fortasse originis cum Arminii ducis Germanorum clari composuit G. Kossinna in disputatione inscripta *Arminius deutsch? Indogerman. Forschungen* II 1 1892 p. 174 ff., qui recte unus e philologiae Germanicae doctoribus mecum intellexit Arminii nomen nullo modo Romanum esse.

Neque magis certae originis sunt Avieni

Acer *Malodes* *Sordicenus* caespes *Tononita* rupis

et eiusdem *Cassa* chersonnesus: si modo nomen est, non adiectivum. Promunturia nomina habent adiective formata:

Aryium	*Barbetium*	*Cepresicum*	*Nerium*
Avarum	*Celebandicum*	*Celticum*	

Graecam Latinamve originem prae se ferunt *Barbarium* et *Tenebrium*. Cum deorum oppidorumque nominibus conveniunt montes

Ladicus *Dercetius* *Illipula* *Oeaso*

A duabus consonis duo incipiunt, ab Hecataeo et Avieno solis memoratum *Crabasia* sive *Crabrasia* iugum (Iberice fortasse *caraparasa* dictum et cum *Cepresico* iugo eiusdem Avieni componendum) et *Traete* iugum Avieni; ab *r* et *f* litteris nulla. Proprie Ibericum est fortasse *Vadavero* montis prope Bilbilim nomen. Latine dicta, montem Argentarium, Marium, Venerium, uti par est, omitto. *Medullus Vindius* nomina Celtica sunt. Cum fluviorum populorumve nominibus praeterea pauca componi possunt: *Medullus* et *Medulli*, *Mediolanium* cet.; *Tagus* fluvius et *Tagrus* mons; *Sordicenus* mons cum Sordis vel Surdaonibus.

Nomina Phoenicia vel Punica

32. Populorum et oppidorum nomina vere Iberica in universum facile distinguuntur a Phoeniciis Punicisve, Graecis, Romanis. Atque ut ab his incipiamus, nomina oppidorum aut a Phoenicibus Sidone et Tyro profectis vetustissima aetate aut a Carthaginiensibus indita non multa sunt in Hispaniis. Certo huc pertinent

Abdera *Bocchori* *Carthago* *Gades* *Guius?* *Iamo* *Mago* *Sex* *Suel*

Nam originem nominum illorum Aramaicam rerum memoria et rationes grammaticae aeque videntur confirmare. Dubitatum est ab Humboldtio (p. 47) de *Malaca*; enim vero etiam fluvius idem nomen habuisse traditur. Tamen magis est, ut Malacam a Phoenicibus conditam nomen habere Phoenicium cum Berlanga aliisque credamus, qui ex lingua illa nomen explicari posse censent. Contra de *Maenaca* colonia Phocaeensium dubitare licet, utrum Phoenicium sit nomen an Ibericum ab his et a Phoeniciis Carthaginiensibusve non mutatum. Denique *Balearium*, *Carteiae*, *Ebusi*, *Tartessi* nomina, quae solent plerumque pro Phoeniciis haberi, mihi potius Ibericae videntur originis esse[114]). Testimonia enim nulla nomina illa indita esse a Phoeniciis Carthaginiensibusve probant, formae apte conveniunt cum certo Ibericis non paucis. Tam rara vestigia a gentibus illis in paeninsula Iberica relicta sunt.

Nomina Graeca

33. Graecae originis nomina facile agnoscuntur. A nautis Graecis vetustissimis insulae potissimum nomina acceperunt

Cromyusa	*Melussa*	*Ophiusa*	*Planesia*
Erythea	*Oestrymnides*	*Pityusae*	*Strongyle*

Gymnesiae infra explicabuntur. A scriptoribus Graecis vetustissimis et ab Avieno, qui eos sequitur, haec praeterea nomina Graeca ex Hispaniis referuntur portus *Menesthei*, *Calactici* sinus, *Anysti Callipodis Celadi Chalybis Chrysi Lethe Tyrii* fluviorum, quorum supra (p. XCI) meminimus, *Asylae* (nisi *Agula* erat) *Cypselae*, *Gerontis* arcis, *Herma* oppidi, *Molybdanae* sive Plumbariae urbis a fodinis dictae, *Chersonnesi* Baeticae. Avieni carmen in ora orientali inter Tartessios et Sicanum i. e. Sucronem fluvium *Gymnetes* ponit (v. 467 ss.). Inde a Graecis insulas Baleares postea Gymnesias dictas esse apertum est. Nomen populi vetustum, ut Müllenhoffius perspexit (D A I p. 160), potest et

114) *Ebusus* viri nomen, ut videtur, in Gallia transpadana C. V 4992 utrum huc faciat necne non diiudico.

ipsum mutatum esse e peregrino aliquo vocabulo, ut a Graecis facilius intellegeretur et habitum indigenarum simul indicaret. Nam equites Iberi, quales frequentissime videmus repraesentatos in nummis Ibericis, a levi armatura γυμνῆτες proprie a Graecis dicti sunt indeque nomen in insulas translatum. Dignum est memoratu, quod hodie quoque in sermone Hispano *ginete* vocabulum pro equite in usu est; quod aliunde quam ex Graeco vocabulo derivari posse negant peritissimi (Diez *Wörterbuch* II[2] p. 133). *Alonas* emporium Massiliense ab area triturae frumenti apta (ἅλων) dictas esse puto. Nisi nomen Ibericum est paullo immutatum; certe locus *Alone* dictus in Britannia fuit. *Blandae* sive *Blanda* Laeetanorum propterea quod Blanda fuit Lucaniae oppidum pro Graeca urbe minime habenda, ut visum est quibusdam viris doctis: nomen potius est Ibericum a Romanis fortasse propter aëris blanditiam secundum etymologiam popularem mutatum. *Cetrariae* prope Transductam vix a caetris Hispanorum parmulis, sed a piscibus fortasse cetaceis quasi κητοθηρεῖαι a Graecis dictae sunt. A cosmographo Ravennate solo memoratur *Ceno oppido* mediterraneum, cuius nomen e Graeca versione oppidi alicuius novi (καινόν) ortum videtur. Haec sunt nomina ex Hispaniis nota omnia, quae certo Graecae originis putanda sunt; de falso pro Graecis habitis diximus supra (p. LXXXVIII).

34. Nomina Latina plurima ab exercitu victore inlata esse consentaneum est: recensebimus ea breviter, ne cum Ibericis confundantur. Mixtae sunt interdum nominum formae ex vocibus Ibericis et Latinis; deinde ut nummi Latini iuxta Graecos Punicos Ibericos, ita etiam locorum nomina unius cuiusque gentis iuxta tractanda sunt. Nomina Latina

Vetustissima possunt esse castrorum frequentia, in quibus tamen etiam insunt aetatis recentioris multa praetoriis fortasse privatis indita, haec:

Aelia	Caepiana	Mariana	Rusticiana
Aemiliana	Cinniana	Metellinum	Salaniana
Antistiana	Deciana	Palfuriana	Semproniana
Atiliana	Laelia	Paterniana	Servilia
Caecilia	Liciniana	Perceiana	
Caeciliana	Manliana	Regina	

deinde

castrum album, castra gemina, castra vinaria.

Multa praeterea nomina sunt novicia, quae castri indicationem retinuerunt, ut *Castroverde*, *San Cristobal de Castro*, alia; quibus postea successerunt *Alcalá* a Mauris dicta.

Eiusdem militaris ut ita dicam originis sunt nomina oppidorum vetustiora pleraque haec:

Carruca? Hasta regia Palma Pollentia Turris Regina Valentia,

quibus postea accessit Legionis septimae nomen castris eius inditum et ad hunc usque diem servatum. Italiam patriam revocant nomina haec

Alba	Norba	Valeria
Italica	Spoletinum	Vergilia

item alia ratione Salacia et Salaria. Albam et Albium Ligurum quamquam Müllenhoffius (D A III p. 181) peregrina iudicat, tamen non puto minus latina esse quam Albam Hispaniae; neque vero nego eandem radicem in Alpium aliisque nominibus peregrinis deprehendi. Norbam autem tam Italicam quam Hispanam non recte puto Humboldtius Iberis vindicare studuit (vide quae de Norba Caesarina dixi C. p. 81. 825). Etiam Spoletini nomen ex Spoletio Umbriae deductum est; quod Car. Müllerus composuit cum Hispalis ab Hispello Umbriae, ut voluerunt (p. LXXXVI), derivando. Neque mirabimur iam Graecos Romanosque oppidorum patriorum nomina indidisse recens a se conditis in terra longinqua; ut postea idem fecisse novimus Hispanos

et Britannos in America, Batavos in Australia. A locorum natura vel ab origine derivata sunt et ipsa ad exemplum nominum Italicorum haec

Confluentes	Contributa	Interamna
Interamnium	Nativola	Argentiolum

Ex Graecis conversa haec sunt

Lucentum ex ἄκρα λευκή

et insularum

Capraria Colubraria Corticata Scombraria

Inter fluminum et montium pauca tantum, ut exspectaveris, reperiuntur Latina haec vetustiora

promunturium Lunae, Veneris, sacrum
mons Argentarius, Marianus, insula sacra
Clodianus, Florius, Rubricatus fluvii;

haec iam supra (p. XC) memorata. Ceterum Rubricatus fluvius, ut dixi, etiam in Africa fuit.

A nominibus ducum Romanorum cum vocibus syllabisve sive Ibericis sive Celticis composita sunt haec:

Graccurris, de qua habemus testimonium disertum a Paulo Festi p. 97 servatum, a Graccho
Octaviolca, de qua recte Humboldtius iudicavit, ab Octavio aliquo
Pompaelo a Cn. Pompeio
Brutobriga a D. Iunio Callaico
Cottaeobriga ab Aurelio Cotta aliquo

dicta, qui fortasse ibi prope prospere rem gesserunt. Cum Octaviolcae terminatione comparandum est *Titulcia* oppidi nomen, quod tamen vix credo a Titio quodam Romano derivandum esse; a *tit* radice nomina Iberica multa formata sunt. Comparanda etiam Volcae et Gallicum *Caturolcus* (Glück p. 47). Secuta sunt inde ab imperatorum aetate

Augustobrigae duae	Celticoflavia cf. Flavia Gallica
Caesarobriga	Claudionerium
Flaviobriga	Flavionavia

Mixtas eiusdem generis formas ex vocabulis Latinis et Ibericis habent praeterea

Intercatia Transcudanus Septimanca

Cum hoc conferenda sunt gentium nomina *Aurancum Caecanq(um) Eburanco P..iganco* infra (§ 47) composita. *Catia* vocabuli radix in Caturonis nomine redit. Inde a Caesaris dictatoris et imperatorum aetate accesserunt pure Latina

Pax Iulia	Lucus Augusti cf. Lucus Asturum	porta Augusta
Caesaraugusta	Flaviaugusta	Gallica Flavia
Emerita Augusta	Nova Augusta	

item cognomina multa addita nominibus Hispanis, veluti

Claritas Iulia Pax Iulia Praesidium Iulium Virtus Iulia cet.

Celsa contra ut Celsithanorum nomen videtur casu tantum cum vocabulo Romano convenire; neque sita est Celsa (*Jelsa* prope *Velilla del Ebro*) in loco eminenti, sed in planitie: unde *Velilla* quae in rupe alta collocata est, pro Celsa vetere habetur fortasse non recte.

Anticaria fortasse Antiquaria fuit sic Latine dicta (hodie *Antequera*): sed tamen potest nomen Ibericae originis subesse a Romanis sermoni Latino similius factum.

Idem Suessetanorum nomini puto accidisse, qui Sussetani in titulo aliquo Latino dicuntur; Suessae Italicae memoria Romanis praesto fuit, ut in *arsesacen* Sagunti nomine Iberico Ardeae.

Multa praeterea locorum nomina Latina temporibus procedentibus orta sunt, ut in Italia et in reliquis provinciis, ex ipsa eorum designatione, veluti:

aquae calidae, Flaviae, Quintianae, Voconiae			Bilbilitanae Cilenae Origenae Querquernae	
forum Bibalorum, Gallicum et Gallorum, Gigurrorum			Limicorum, Narbasorum,	item ligneum
pagus	parietinae	portus albus, magnus		
praesidium	praetorium	stabulum novum	turris	vicus Ausonum

Etiam Vallata (i. e. urbs vallis munita) huc videtur pertinere.

Alia locorum nomina vel casus peperit vel natura, ut

vicus cuminarius		mellaria utraque	oleastrum	caput fluminis Anae
campus foenicularis, iuncarius		fibularensis (Calagurris)	pinetum	pertusa
pagus marmorarius		locus ficariensis	roboretum	ripa
plumbaria	muscaria	puteal	fines	viniolae
plagiaria	nivaria	fornaces	salientes	

Praeterea Viminacium huc pertinet a viminibus dictum in Hispania ut in Pannonia.

Denique Latina sunt mansionum solito more dictarum in viis publicis nomina multa, ut

ad decimum	ad leones	ad pontem	ad turres
ad septimum decimum	ad morum	ad duos pontes	ad Herculem
ad fines	ad murum	ad duo solaria	ad Palem
ad fraxinum	ad novas (casas puto)	ad sorores	sub saltu
ad gemella	ad rubras	ad tria capita	

Romanae originis etiam Castellanorum nomen est aperte, quamquam a Ptolemaeo (II 6, 70) inter provinciae Tarraconensis indigenas recensentur: scilicet a castello iuxta Emporias sito nomen acceperunt. Maioricae et Minoricae insularum nomina infima demum aetate, i. e. a saeculo fere quarto, videntur in usum venisse, formata illa ad exemplum nominum, qualia mulieres potissimum in Africa, ut *Monica*, sed et viri in aliis regionibus gerebant; verbi causa *Caturicus Pagusicus* in Lusitania, alia.

Haec fere sunt nominum Latinorum populis locisque Hispaniae a Romanis datorum genera varia. Quae composuimus, ut perspiciatur quam frequenti in usu fuerint neve, ut fieri solet etiam a recentibus Celticae aliarumque linguarum lexicographis, mere Latina pro peregrinis habeantur.

35. Multo quam quas modo tractavimus difficilior, ut supra diximus (p. LXXXV), quaestio est finium regundorum inter nomina Iberica et Celtica sive Gallica, quae non in Gallia tantum Narbonensi et in Aquitania, sed etiam in ipsa Hispania inveniuntur. Nomina Celtica

Iam inter fluminum, quae sunt in Gallia meridionali, nomina, quae vetustissima esse supra (p. LXXXIX) iam observavimus, sunt quae originis fortasse Ibericae vel certe non Celticae esse licet conicere; veluti

Arar *Atax* *Garumna* *Isara* *Orbis* *Sulgus* *Telis*[115])

Contra quod ab *r* incipit Ruscinonis vocabulum Ibericum non videtur, sed aut Celticum aut fortasse Ligusticum. Sed alia non pauca fluminum montium oppidorum vocabula Gallica cum Ibericis in ipsa Hispania ita conveniunt, ut eiusdem linguae esse appareant. Inveni eius generis haec fere

Galliae:	Hispaniae:
Andosi s. *Andoses* populus Aquitaniae[116])	Ἀνδόσινοι Polybii III 35, 2
Atax Galliae Narbonensis flumen et oppidum	*Attacum* Celtiberiae oppidum, *Attagus* fluvius Avieni
Aturius *Atur* *Aturris* flumen et civitas Aquitaniae	*Aturia* Cantabriae oppidum

115) Cf. *Tela* Vaccaeorum oppidum itin. p. 440, 3, quod Ptolemaeo II 6, 49 Γέλλα est (inde Ravenn. p. 318, 17): fortasse errore.
116) Accedunt *Andossus* dei nomen et hominum *Andosinus* *Andossicus* *Andostea* in Aquitania frequentia, ut infra videbimus, item *Andusia* vicus Nemausensis.

Begerri s. *Bigerriones* Aquitani	*Bigerra* Oretanorum oppidum
Belsinum Aquitaniae it. p. 463, 1	*Belsinum* Celtiber. Ptol. II 6, 57
Bergusium prope Viennam Allobrogum[117]) itin. p. 346, 8 C. XII p. 296	*Bergusia* Ilergetum Ptol. II 6, 67
Bituriges Galli[118])	Βιτουρίς Vasconiae Ptol. II 6, 66
Calagorris Aquitaniae	*Calagurris* Hispaniae oppida duo
Durobriva, Divodurum cet. cf. Zeuss-Ebel p. 24	*Durius* fluvius
Iliberris flumen et oppidum Narbonensis, cf. *Elimberris* Aquitaniae Mela III 2 *Eliberre* in tabula Peutiugerana, postea Augusta Auscorum[119])	*Iliberris* provinciae ulterioris
Iluro Aquitaniae *(Oleron)* et *Iluro* deus Index III II *b*	*Iluro* oppida duo Hispaniae
Liria Galliae Narbonensis	*Liria* Edetanorum, *Leiria* hodierna Lusitaniae C. II p. 36
Ocelum[120]) Galliae Narbonensis	*Ocelum* Lusitaniae
Sicor portus Aquitaniae	*Sicoris* fluvius provinciae citerioris
Tolosa Aquitaniae	**Tolous, Labitolosa* Vasconum (cf. *Tolox* hodiernum Baeticae)
Thyrius fluvius Narbonensis apud Avienum v. 595	*Turia* fluvius prope Valentiam
Varus fluvius Narbonensis	*Vareia* Vasconum oppidum
Vienna Galliae Narbonensis	*Vianna (Viana)* Gallaeciae oppida complura C. II p. 344 cf. n. 2523

Nebis Sucro Tagus fluviorum Hispaniae nomina cuius originis sint cum ignoremus, probabiliter de Iberica cogitabimus. Cum Celticis non videntur convenire: nam *Succasses* Galli, *Succosa* Ilergetum, *Sucarius* nomen viri Allobrogicum (Zeuss-Ebel p. 14 Glück p. 48), *Taximagulus* Caesaris vix comparari poterunt. *Sucro* fortasse cum *Sicori* componendus est. A *Nebi* dicti sunt aperte *Nebisoci* pontis Aquiflaviensis accolae; nam *Aebisoci*, quod traditur in titulo pontis Aquiflaviensis (C. 2477), recte correctum est ab Antonio Figueiredo propter ordinem litterarum in reliquis nominibus observatum (n. 5616). Etiam *Cinga* fluvius provinciae citerioris in Sicorim influens num cohaereat cum *Cingetorix* nomine Gallico (d'Arbois de Jubainville *noms gaulois* I p. 40 ss.) dubito. Similiter videtur iudicandum de *Ebura* et *Epora* oppidis Hispanis, quae comparari solent cum *epo*- radice Celtica, quae equum significat, in vocabulis multis servata (d'Arbois de Jubainville *noms gaulois* I p. 101 ss.). Nomina enim illa Hispana videntur orta esse ex *Aibura Aebura Aiburobrittium Aipora* formis vetustioribus cum *Aebisocis* vel *Aebosocis*, qui a Nebisocis diversi sunt. Atque haec quidem, quae supra composui, conveniunt origine et formatione. Multo etiam frequentiora sunt nomina ex eisdem radicibus, ut videntur, vel admodum similibus derivata apud populum utrumque. Quae quamquam minime ignoro fallacia esse — nam casu non raro sive potius mutationibus legitimis vocabula eadem evadere scimus e radicibus diversis apud gentes diversas —, tamen non inutile visum est hic componere breviter, quae singillatim consideranda sunt atque comparanda deinde cum nominibus virorum et mulierum infra collectis (§ 42).

117) Accedit *Bergonia* dea C. XII 1061.

118) De quibus plenissime egit H. d'Arbois de Jubainville *les noms Gaulois chez César* cet. I (Parisiis 1891) p. 87 ss.

119) Comparandi etiam *Iluberrixus*? hominis et *Ilumber* dei nomina Ind. III II *b*.

120) Ὤκελον Müllenhoffio D A III p. 183 Ligurum, Ὄκελον Celtarum visum est; nescio an recte.

Sunt autem haec

Galliae:	Hispaniae:
Alauna, Alaunium (etiam Britanniae)	*alaun* n. 32 Alabanenses, Alavona
Arelate, Arecomici	*Arevaci*
Aratici	*Avela (Avila)*
Ausci	*Ausetani* cf. n. 18
Baeterrae	*Baetis, Baetulo*
Belendi Aquitaniae	*Pelendones*
Caletes (cf. Glück p. 43), *Caleti*	*Calletes* Asturiae, *Callet* Baeticae
Carcaso	*Carca, Carcuvium, carpca* n. 100—103
Carpentoracte, Carbantoracte	*Carpetani*
Cavares	*Caura, Caurium* cf. *Cauca*
Cessero	*Cessetani*
Comani	*Comenesci* Astures
Dinia	*Dianium, dĭniu* n. 99
Elusates	*Elesyces* Avieni
Gabali	*Gabalaica, Gebala* Asturiae
Helvi	*Elbestii*
Lemovices	*Lemavi* Callaeciae
Luteva	*Lutia* cf. n. 82
Naro, Narbo, nerhncen n. 1	*Nerii, Nerium* promunturium
Ὀνησιῶν θερμά Aquitaniae Strabo IV 2, 1	*Onusa* Livii XXII 20, 3 et *Onoba* s. *Onuba*
Oranus fluvius	*Oretum, Oretani*
Oscidates	*Osca, Osqua*
Quariates Galliae, *Quarqueni* Histriae	*Quarquerni, Querquerni*
Segedunum, aquae *Segetae, Segustero*	*Segia, Segida* cet.
Segobii, Segodunum cet.	*Segovia, Segobriga*
Sordones	*Sordi* Avieni, *Surdaones*
Succasses	*Succosa* Ilergetum
Tarbelli, Tarusco [121])	*Tarraco, Tarraga*
Tritolli populus, *Trittia* (loci *Trets*) dea	*Tritium* oppida duo, *Tritalicum* gens. *Tritius* nomen
Vasio, Vasates	*Vascones*
Venarni (Benearnum)	*Vennenses, Venniqum* gens
Volcae	*Volciani*

Omisi ea, quae ad Ligures fortasse referenda sunt secundum exempla Ligusticorum, quae Müllenhoffius (D A III p. 178 ss.) collegit. Sunt eius generis Βαλαροί Corsicae et *Baleares*, *Cemenus Cebenna* mons et *Cemenelium* Ligurum oppidum, quibuscum *Cempsos* Avieni vix comparaverim: deinde *Salluvii* Ligures et *Salauri* Avieni oppidum, *Suetri* Ligures et *Suessetani* Hispani. Etiam *Mastrabala* palus in Gallia Narbonensi cum *Mastia* et *Mastienis* Baeticae, qui postea Bastetani fuerunt, vix comparari poterit. Callaicorum nomen, quamquam a *cal-* radice derivata sunt vocabula Celtica non pauca praeter Caletes, quos modo memoravimus, tamen non videtur Celticum esse. Certe a Gallorum omnino diversum est; nam *Callaici Callaeci* cum derivatis omnibus scribebantur usque ad Hydatii aetatem, i. e. saeculum quintum, non *Gallaeci*. Quod testimoniis omnibus collectis nuper demonstravit U. Ph. Boissevain vir doctus Batavus[122]); scilicet *Gallaeci* forma orta videtur ex adsimilatione ad Galliae nomen. Inter reliqua nomina sunt sine dubio, quorum similitudo casui vel scripturae non satis accuratae vel denique mutationi ad analogiam factae tribuenda sit; veluti *Cavares* et *Caura*, *Helvi* et *Elbestii*, *Tarusco* et *Tarraco*, alia. Sed etiamsi

[121]) *Tarusco*, hodie *Tarascon*, Müllenhoffio D A III p. 189 Ligusticum est, ut *Caruscum*.
[122]) In Mnemosynae vol. XX 1892 p. 286 ss.

alia quoque nomina ex eis, quae supra collegimus, alius fortasse atque Ibericae originis sunt, alia fortasse me fugerunt poteruntque addi a geographiae Gallicae peritioribus, tamen restant quae satis et abunde demonstrent, Iberos vestigia sedium reliquisse cis Pyrenaeum montem certa et perspicua.

Sed quaeri potest, quatenus Celtae cum in Hispaniam immigraverunt nomina patria locis Hispanis indiderint. Celticae originis inter nomina locorum Hispana iure Humboldtio (p. 82 ss.) et Kieperto imprimis visa sunt cum *-briga* voce certo Celtica composita, a Graecis -βριγα, a Romanis saepe *-brica* scripta. Sunt autem triginta haec:

Amallobriga	*Conimbriga*	*Nemetobriga*
Arabriga	*Deobriga*	*Nertobriga* duae
Arcobriga	*Ierabriga*	*Segobriga*
Ardobriga	*Lacobriga, Laccobriga*	**Sobobriga*
5 *Avobriga*	15 *Langobriga* s. *Longobriga*	25 *Talabriga*
Blaniobr(iga)	*Medobriga*	*Tongobriga*
Caeilobriga	*Meidubriga*	*Tuntobriga*
Caliabriga	*Merobriga*	*Turobriga*
Calubriga	*Mirobriga* duae	*Valabriga*
10 *Centobriga*	20 *Montobriga*	30 *Volobriga*

Accesserunt aetate demum Romana similiter formata (ut supra p. XCIV vidimus):

Augustobriga duae	*Caesarobriga*	*Flaviobriga*
Brutobriga	*Cottaeobriga*	*Iuliobriga*

Exstant loca ita nominata in eis paeninsulae regionibus, quas probabile est a Celtis olim occupatas fuisse; in eisdem etiam deorum nomina cum *-bricus* voce composita reperta sunt *Banduaetobricus Tameobricus*. Itaque Celtiberorum ea propria esse apparet. Sed ut Romani *briga* vocem Celtiberis familiarem cum vocibus Romanis, ita Celtas quoque voces Ibericas locorum, quas ab indigenis audiverant, cum eadem composuisse concedemus. Nam ex magno eius generis nominum numero tria tantum Nemetobrigae Nertobrigae Segobrigae etiam radicem Celticam videntur habere certam (cf. Glück p. 149), reliqua omnia priore parte Ibericis similiora sunt quam Celticis. Atque in Nemetobriga intellegimus locum sacrum a Celtis dictum, ut Nemetatos Callaeciae populum et Nemanturissam Vasconum oppidum, componenda haec fortasse cum Nemauso et Namasatibus, in oppidum crescere potuisse. *Nert* vocabulum Celticum esse virtutem fortasse significans notum est (Glück p. 81). Sed Segobriga in Hispaniis similia habet tot nomina

Segestica	*Segisa*	*Segontia*
Segia	*Segisama*	*Segovia*
Segida	*Segisamo*	*Segossoq(um)*,

quibus fortasse etiam *Segura* hodiernum fluvii et saltus nomen addi potest, neque desunt cognata apud Ligures, velut *Seguvii* et *Segusiavo* (vide Müllenhoffii D A III p. 188), et in reliquis regionibus a Celtis olim habitatis (ut *Segedunum* Britanniae, alia), ut de *seg-* radicis origine, utrum illa proprie Celtica habenda sit necne, certi nihil statui possit. Accedunt hominum nomina ab eadem *seg-* radice formata (infra § 42) apud gentes Celticas frequentia (vide Ind. III II): inter quae *Segontius* nomen est. Celticae praeterea originis possunt esse inter nomina locorum Hispana pauca haec terminata

in *-dunum*: *Arialdunum* *Caladunum* *Esttledunum* *Sebendunum*,

a quibus tamen diversa sunt *Oelunum* Baeticae et *Baedunia Betunia* Callaeciae, sed cognatum fortasse *Meidunium* castellum; deinde incipientes

ab *-ambi*: *Ambimogidus* *Ambirodacus*

item formata

a *-briga*: *Brigaecum* *Brigantium*

cum matribus *Brigiaecis* (C. 6338 *l*). Brigantium sane redit in Gallia Narbonensi Britannia Raetia. Etiam *Bracara* et **Brigantia*, utpote a *br* incipientia, fortasse non Iberica sunt origine; ut supra (p. LXXVIII) observavimus. Celticae praeterea originis videntur oppida pauca, quorum nomina incipiunt

ab *-r*: *Rauda* *rhdurqn* n. 105 *Riga* *Rixama*

(*Rigusa* Carpetaniae non recte tradita est), quorum ultima duo vicorum sunt prope Bilbilim sitorum a Martiale solo servata. His addantur

Clunia, quam Celticam credimus propterea quod redit in Raetia; at quod in Corsica insula exstat ad Ligusticam potius referri poterit originem; deinde

Celti oppidum Baeticae, quocum supra (p. LXXXVII) vidimus conferri posse Celtianensium civitatem Africanam (nam Celsae et Celsithanorum n. 33 nomina diversa putamus et proprie Iberica, vide p. XCIV);

Germanorum nomen, quod Oretanos gessisse audimus, et

Medulius mons, *Medulla*, *Medulli* (cum *Meidubriga* et *Meidunio*),

conferenda illa cum Mediolanio Insubrum aliisque eiusdem radicis nominibus Celticis. Denique

Vindii montis; *vind-* enim radix in vocabulis Celticis non paucis exstat. Celtarum haec vestigia esse posse non negabimus; sed mirabimur perpauca ea esse atque deesse omnino in Hispania nomina locorum apud reliquos Celtas frequentia in *-acum*, *-magus*, *-urum* terminata. Celtibericas contra *-aecus*, *-aegus*, *-egus*, *-igus* terminationes esse *Callaecia Brigiaecum* aliaque eius generis nomina deorum et hominum indicant, de quibus dicetur infra (§ 43).

Itaque non admodum multa sunt in Hispaniis, quae proprie Celtiberica dici possunt, locorum nomina, scilicet indita illa a Celtis oppidis a se sive conditis sive occupatis, ex parte composita e radicibus Ibericis et terminationibus Celticis. Similia infra e virorum mulierumque nominibus Celtibericis deducere licebit, quamquam ibi etiam difficilius quam in locorum nominibus Celtica ab Ibericis distinguuntur.

36. Itaque quae iam restant nomina in indice nostro altero (II I *a—c*) composita fluviorum montium populorum oppidorum cet., seiunctis Phoeniciis Graecis Romanis Celticis, ea iam pro vere Ibericis tuto haberi poterunt. Quae si universa consideramus, primum illud observatione dignum est, in nulla alia fortasse regione nomina locorum tam frequenter iterari quam in Hispania. Nam eiusdem similisve formae et eiusdem igitur, ut sumere licet, originis vocabula atque adeo prorsus aequalia ter et quater per omnes paeninsulae regiones sparsa videmus. Sunt autem nomina illa plus semel usurpata haec: Nomina Iberica

Aebura Carpetanorum Liv. XXXX 30, 3 (fortasse non diversa ab Ebora Lusitana, vide C. p. 111), *Ebora* Lusitaniae (C. p. 13. 805), *Ebora* Edetanorum (Ptol. II, 6, 62) aliunde non nota, *Ebura* Cerialis Baeticae (Strabo III 1, 9 Plin. III 10 Ptol. II 4, 9; cf. *Eburum* Italiae), *Epora* Baeticae (Plin. III 10 it. Anton. p. 403. 6 C. p. 301. 886) in nummis n. 121 fortasse etiam *Aipora* dicta. Quae tamen vocabula num eiusdem originis sint omnia dubitari potest.

Calagurris (hodie *Calahorra*) duplex non solum in citeriore, fibulariensis et Nassica (v. C. p. 404 et nummus n. 64 a), tertia in Aquitania (vide p. XCVI) fuit, sed *la Calahorra* dicuntur hodie quoque vel non ita pridem dicebantur castella in pontis capite adversus Cordubam positum et vetustum aliquod prope Acci situm[123]). Ut facile credamus nomen aliquando appellativum fuisse castellum certi cuiusdam generis significans.

Contrebia Leucada Liv. fragm. l. XCI, si modo diversa fuit a Contrebia simpliciter dicta (Vell. II 5, 2 Val. Max. II 7, 10 VII 4 ext. 5 C. 4935, cf. nummus n. 100).

[123]) De quo dixit Car. Justi *Jahrbuch der K. Preuss. Kunstsammlungen* a. 1891 p. 2 ss.

Hispalis ulterioris oppidum clarum (C. p. 152). *Ispallenses* conventus Caesaraugustani stipendiarii (Plin. III 24).

Iliberris oppidum notum (C. p. 285 nummus n. 128) et flumen oppidumque provinciae Narbonensis, item *Elimberris* Aquitaniae (supra p. XCVI).

Iluro in citeriore (C. p. 613) et in ulteriore provincia (C. p. 246), item in Aquitania (v. p. XCVI).

Lacobriga Vaccaeorum, *Laccobriga* Lusitaniae.

Lancia oppidanorum et Transcudanum (C. p. 95) Vettonum, Lancia Σεγόβρια Arevacorum Ptol. II 6, 55, Asturum Dio LIII 25. De *lancea* hastae vocabulo supra dictum est (p. LXXXII).

Lauro citerioris (C. p. 482) et ulterioris (p. 246).

Liria Edetanorum (C. p. 509) et *Leiria* hodierna Lusitaniae prope Collipponem (C. p. 36): item *Liria* Galliae Narbonensis (v. supra p. XCVI).

Mentesa Bastitanorum (C. p. 456) et Oretanorum (C. p. 434); cf. *Montesa* hodierna regni Valentini.

Nertobriga Celtiberiae n. 87 et ulterioris (C. p. 125).

Ocelum (Duri) Lusitaniae, *Ocelum* Callaeciae.

Osca citerioris (C. p. 407), *Osqua Oscua* ulterioris (C. p. 275); *c* enim et *cu qu* discrimen non faciunt.

Otobesa, diversa illa ab *Octogesa*, in citeriore (C. 3794) et in Lusitania (C. 826 829).

Pintia Callaeciae et Vaccaeorum (nisi eadem est).

Saguntum citerioris oppidum clarum, *Saguntia* ulterioris (Plin. III 15 Ptol. II 4, 10); id quod unum satis est ad refellendam opinionem a Romanis defensam, scilicet Saguntum Graecam urbem esse et a Zacyntho nomen ducere.

Salduba Caesaraugustae nomen vetustum (C. p. 406 et nummus n. 35) citerioris, ulterioris flumen et oppidum (Mela II 94 Plinius III 8 Ptolemaeus II 4, 9. 10).

Segida Celtiberiae (Strabo III 4, 13 Florus I 34, 3 Appian. Hisp. 44), *Segida* Restituta Iulia Baeturiae (Plinius III 14 Ptol. II 4, 10 C. 988), *Segida* Augurina Turdulorum (Plin. III 10 Ptol. II 4, 9); comparandae illae cum *Segisa* Bastetaniae (Ptol. II 6, 60).

Segobrigam unam tantum fuisse puto, cf. infra nummus n. 99.

Segontia Arevacorum (C. p. 388. 927), Vaccaeorum Paramica dicta (Ptol. II 6, 49. 65; cf. supra p. LXXXII de *paramus* vocabulo), tertia incerti situs (C. 3626 et nummus n. 95; ubi Plinii verba III 27 attuli *Segontia et Uxama, quae nomina crebro aliis in locis usurpantur*).

Segovia citerioris (C. p. 379), ulterioris (C. 1166).

Uxama Argaelorum (C. p. 387 et nummus n. 74) et Barca (C. 2854).

Redeunt praeter nomina haec viginti plus minus bis vel saepius usurpata eadem nomina *Ilipae* in *Ilipula*, *Iliturgis* in *Iliturgicola*, *Obulconis* in *Obulcula* et *Ipocobulcula*, *Segisamae* in *Segisamone* et *Segisamunculo*. *Talabara* et *Talabriga* iuxta inveniuntur, atque inter nomina hodierna *Talavera* frequens est. Frequentia item cum *Nava* composita (et *las Navas*); de quo vocabulo diximus supra (p. LXXXIV).

Si nomina locorum, quae adhuc in usu sunt paullum mutata, examinabuntur, multa addi poterunt supra scriptis. Addenda sunt praeterea nomina in Galliis et in Hipania obvia, quae supra composuimus (p. XCVI).

Quae nominum iteratio sive inde explicanda est, quod vocabula illa olim significationem quandam appellativam habuerunt, sive e populorum migrationibus; certe per latum paeninsulae spatium unam aliquando fuisse linguam indicant.

Ipsius terrae Hispaniae et Hispanorum nomen fortasse huc trahendum est, simodo non sine quadam probabilitate ex eadem radice a quibusdam viris doctis derivatum esse statuitur atque Hispalis oppidi. Quod sane certum non est; neque vero maiore cum probabilitate ab aliis ex Hesperiae Graeco vocabulo vel ab indigenis vel ab Italicis hominibus barbare mutatum esse creditur; quae opinio Kieperto (enchir. sui p. 482) visa est non prorsus reicula esse. Humboldtius (p. 60) Hispalim cum Hispania componi posse indicat atque etiam Hispellum Umbriae comparat (vide p. LXXXVI); ineptam Isidori (orig. XV 8) eiusve auctoris opinionem, qui a palis nomen deduxerunt, merito damnat. Itaque Hispanorum et Hispaniae nomen utrum Ibericum sit et cum Hispalis et Ispallensium componendum an externae originis certo quidem definire non licet; illud

vero mihi multo videtur probabilius esse. Quodsi re vera Ibericum est, et ipsum cum Hispali et Ispallensibus compositum aliqua ratione probat unam fuisse totius paeninsulae linguam[124]).

Aequalitas deinde per totam fere paeninsulam sermonis etiam eo demonstrari videtur, quod eaedem vel similes in omnium regionum nominibus exstant terminationes. Ita in *-o onis* terminantur nomina locorum diversissimorum haec:

Andelo	*Baelo*	*Castulo*	*Iluro*	*Saepo*	*Turiaso*
Asido	*Baetulo*	*Dipo*	*Lauro*	*Sisapo*	*Urgavo*
Asso	*Barcino*	*Ilugo*	*Oiaso*	*Tarraco*	*Urso*

quibuscum componenda sunt populorum nomina similiter terminata:

Ausones	*Berones*	*Surdaones*	*Vettones*
Autrigones	*Pelendones*	*Vascones*	

Non minus late propagata sunt in *-li* terminata, unde a Romanis nominativi in *-lis* facti sunt ad similitudinem nominum Latinorum, haec

in *-i* et *-is:*	*Araceli*	*Celi*	*Hispali*[125])	*Myrtilis*	*Sicelli*
	Bilbilis	*Gili*	*Intibili*	*Sacili*	*Singili*
in *-bis:*	*Saetabis*	*Sarabis*	*Scallabis*		

Ad regiones tres maxime dissitas pertinent formae

in *-unda:*	*Arunda*	*Curunda*	*Gerunda*

Quarum prima Baeticae meridionalis, altera Asturiae, tertia regionis inter Pyrenaeos et Barcinonem sitae est. Etiam haec igitur nomina in maiore sane Hispaniae parte unam aliquando in usu fuisse linguam videntur clare indicare.

37. Sed habent etiam regiones singulae nominum formationes vel sibi proprias vel frequentiores quam in reliquis. Ita in paeninsulae partibus ad septentriones et orientem spectantibus atque provinciae citerioris, quas proprie Ibericas dicimus, frequentia sunt formata Nomina regionibus singulis propria

in *-ama:*	*Canama*	*ledišama* n. 68	*Rixama*	*Segisama*	*Uxama*

contra *Cartima* (hodie *Cartama*) Baeticae est; addenda fortasse insula a Pythea solo memorata *Uxisama*. Deinde citerioris sunt nomina

in *-ant*[126]):	*Almantica*	*Salmantica*	*Cascantum*	*Termantia*
	Aligantia	*Numantia*	*Palantia*	*Ζάκανθα Saguntum*

quibus adde *Celebandicum* iugum Avieni, et

in *-ont, -unt:*	*Lebedontia* Avieni	*Segontia*	*Saguntia*	*Saguntum*

Eiusdem regionis sunt formata

in *ed:*	*Congedus*	*Heledus* Avieni	fluvii
	Idubeda	*Orospeda*	montes
in *-id:*	*Bergidum*	*Segida (Segeda)*	oppida

quibus addenda est *Ubeda* hodierna dactylice pronuntiata; unde credibile est terminationes illas corripi solitas esse antiquitus. Sequuntur formata

in *-erd:*	*Boterdus*	*Ilerda*	*Osicerda*	
in *-esc:*	*Comenesci*	*Corovesci*	*Orgenomesci*	
	Vativesca	*Virovesca*	*Volbesca*	
quibus addenda sunt	Κονίσκοι	*Menosca*	*Osca*	*Osqua*

cum eodem *-sc* suffixo formata,

[124]) Sane qui Hispaniae nomen ex Graecis vocabulis εἰς Πανίαν ortum putant cum Ioh. Baunack (*Studien auf dem Gebiete des Griechischen und der arischen Sprachen* I 1, Lipsiae 1886, p. 74), eis haec scripta non sunt.

[125]) Dixit de Hispali forma antiquiore Havet in Wölfflini Archio lexicogr. Lat. IV 1887 p. 142, in -i formam genuinam esse iudicans; recte.

[126]) Huius generis formas exstitisse etiam apud Ligures, neque vero apud Celtas adnotavit Müllenhoffius D A III p. 191.

in *-etum:* *Boletum* *Lobetum* *Orretum* *Sabetum*
Iovetum[127] *Oretum* *Ovetum* *Toletum*

quibuscum comparanda sunt quae infra composuimus nomina populorum in *-etes* et *-etani*: deinde

in *-ur (-urr):* *Astures* *Bituris* *Consabura* *Ilarcuris*
Aturis *Calagurris* *Gracurris* *Laccuris*

quibus accedunt *Paesuri* Lusitani, *Metturicum*, Τειβουροί Astures, *Iluro* utriusque provinciae et Aquitaniae oppidum, item Cantabri Asturesve

Gigurri *Seurri* *Eburanci*

Contra ulterioris sunt

Aesuris flumen et oppidum *Baeturia* *Ocuri* *Ostur*
item *Andura* *Ebura*

Citerioris vero item sunt formata

in *-ar:* *Baleares* *Egara* *Mearus* fluvius *Tamaro* (cf. *Tamarus* Italiae)
in *-arr:* *Sigarra* Laeetaniae *Egivarri* *Susarri* Astures
in *-err:* *Baeterrae* *Bigerri* *Iliberris* *Seterrae*
in *-or:* *Sicoris* fluvius *Solorius* mons Avieni *Capori* *Talori* *Tapori*

cum *Matusarum* et vico *Baedorum* Lusitanis: siquidem illi Baedores fuerunt, non Baedi. Ad formata cum *-arr* sive *-ar* suffixo accedit fortasse montium *las Alpujarras* nomen; ut supra observavimus (p. XC). Accedunt denique montes *Salurus Silurus* Avieni et *Tader Ticer* fluvii. Neque obstat quominus haec omnia pro vere Ibericis habeamus, quod inter alia *Ligures* et in Britannia *Silures* nomina habuerunt similiter formata itemque *Eburones* Celtae. Citerioris denique sunt formata

in *-os:* Ἀνδόσινοι *Dertosa* Ἔγωσα *Libisosa* *Metercosani* *Labitolosa* *Tolosa*
in *-us:* *Ebusus* **Onusa* *Tamusia*

quibus fortasse adnumeranda est *Lanusía* hodierna (quamquam etiam *la Nucía* scribitur) inter Dianium et Lucentum sita. Ceterum *Andusia* locus est prope Nemausum (C. XII 4553). Etiam formata

in *-es:* *Mentesa* utraque *Octogesa* *Otobesa*

citerioris sunt; *Salpesa* sive *Salpensa* ulterioris.

Ceterum in his et similibus num suffixa similiter scripta eadem fuerint omnia dubitari potest propter vocales sive productas sive correptas: de quibus nomina hodierna habemus testimonia saepe unica neque omni ex parte certa: nam lingua Hispana novicia quantitatis vocalium admodum incuriosa est. Ita *Astures Sicoris* (hodie *Segre*) corripiuntur: ante *r* duplicem utrum corripiantur vocales an producantur ignoramus. Similiter de reliquis suffixis iudicandum est.

Contra in ulteriore provincia praevalent terminata

in *-ci:* *Arucci* *Itucci* *Iptuci* *Tubucci* *Tucci* *Urci*

(cum in citeriore sola sint *Ilici* et *Ilurci*)

in *-gi:* *Artigi* *Cantigi* *Oningi* *Saltigi*
Astigi *Olontigi* *Ossigi* **Sosontigi*
in *-urgi:* *Iliturgi* *Isturgi* *Lacimurgi* *Murgi*

quibus adde

Lucurgentum *Chilasurgun* *Isurgut*

illud fortasse a Romanis formatum ad exemplum Lucenti et similium, hoc cum gentium terminationibus similibus in *-gun* (pro *-quom*, *cum*?) componendum (infra § 47). Quamquam *-ent* suffixum praeterea in *Tingentera* est (iuxta *Tingi* Africanam) et comparari potest cum *-ant -ont -unt* citerioris, de quibus diximus (p. CI). Cum *-urgi* suffixo comparanda praeterea sunt nomina vetusta

**Anistorgis* *Conistorgis*

[127]) Plumbum nigrum Iovetanum, cuius Plinius meminit, a loco quodam Cantabriae videtur nominatum esse, non *Ovetanum* ab Oveto *(Oviedo)* Asturiae.

Ulterioris deinde sunt terminata

in *-li:*	*Hispali*	*Singili*

Sed citerioris:

	Bilbili	*Gili*

Deinde item ulterioris

in *-i:*	*Ucubi*	*Aratispi*	*Tispi*	*Ulisi*	*Celti*	
in *-uba:*	*Corduba*	*Iponuba*	*Maenuba*	*Onuba*	*Ossonuba*	*Salduba*

quorum quaedam etiam in *-oba* transeunt, ut *Ossonoba* et *Iponoba* propterea male *Hippo nova* in codicibus scripta, ut vidimus (supra p. LXXXVII): addendus est *Orobis* fluvius Avieni. Tamen *Salduba* etiam vetustum Caesaraugustae nomen fuit praeter fluvii et oppidi Baetici. Ulterioris item sunt frequentia

in *-ipo, ippo*[128]):	*Acinipo*	*Cedripo*	*Irippo*	*Orippo*	*Serippo*
	Baesippo	*Collippo*	*Olisipo*	*Ostippo*	*Ventipo*
quibus addenda sunt	*Dipo*	*Ilipa*	*Saepo*	*Sisapo* (*sisip* in nummo Latino n. 127);	
in *-isa, -issa:*	*Carisa*	*Nabrissa*			

cum *Iturissa* et *Nemanturissa* citerioris sint;

in *-ora:*	*Bora*	*Ebora*	*Epora*	*Libora*

quibus similis est *Elbocoris*, si modo recte traditur:

in *-et:*	*Callet*	*Ceret*	*Osset*

a quibus tamen fortasse origine non differunt a Romanis in *-etum* formata citerioris, de quibus modo diximus (p. CII).

Per universam sane paeninsulam sparsa sunt populorum nomina

in *-etes:*	*Barduetes*	*Ceretes*	*Esdetes*	*Igletes*	*Misgetes*
	Carietes	*Cynetes*	*Gymnetes*	*Indicetes*	
in *-etani:*	*Ausetani*	*Cessetani*	*Lacetani?*	*Sedetani*	
	Bastetani	*Edetani*	*Laeetani*	*Suessetani*	
	Cerretani	*Iacetani*	*Oretani*	*Vessetani*	
in *-itani:*	*Deitani*	*Igaeditani*	*Laminitani*	*Lusitani*	

quibuscum supra iam composuimus *Barbetium* iugum Avieni et *Tononitam* rupem eiusdem. Idem igitur suffixum *-et* Ibericum in *-etes* Graeci, in *-etani -itani* Romani flexerunt.

Restat terminationum genus quoddam, quod cum Celticae Graecae Latinae linguae formationibus simile sit, tamen ex parte sane proprie Ibericum sive fortasse Celtibericum est: ut docet exemplorum in certis quibusdam paeninsulae regionibus frequentia. Suffixa dico cum gutturalibus formata in *-ac -aic -aec -ec*, in *-oc -uc*, denique in *-ic*, in quibus adhibendis quatenus Graeci Romanique indigenarum sonos proprios mutaverint difficile est dictu. Composui primum prioris generis exempla, quae sunt

in *-ac* sive *-aq:*	*Ablaidaei*	*Caraca*	*Maliaca*	*Tarraco*
	Aparraq(um)	Κωνιακοί	*Miaccum*	20 *thitaqś* n. 62
	Arriaca	*hthlaqm* n. 104	15 *Orniaci*	*threaqm* n. 108
	Attacum	10 *Lambriaca*	*Pisoraca* flumen	*ttaqś* n. 76
	5 *Brasaca*	*lutaqś* n. 82	*pulaqś* n. 40	*Ugultaniacum*
	Cadiacus	Μαινάκη	*Sebelaci*	*Urbiaca*

Adde *Coriacense* castrum, cuius Hydatius solus meminit. Cum nominibus in *-ac* componenda sunt, in quibus *c* in *g* fortasse transiit, haec:

Atanagrum	*Tamoga* fluvius	*Velagu* gens
Attagus fluvius Avieni	*Tarraga* oppidum	*..ulibagu* gens

[128]) Humboldtius ea propter Hipponis similitudinem, quod nomen falso redire credebat in Iponuba Hispana, Africanae originis putabat omnia; sed desunt praeterea inter Africana similiter formata.

item lares **Tarmucenbaci*. Quaedam eorum, non omnia, sunt Asturum Cantabrorum Callaecorum. Eorundem omnia sunt formata

in *-aic* sive *-aec:*	*Alterniaicinus*	*Brigaecum*	*Callaici, Callaecia*[129])	*Gabalaica* Asturiae
	Arronidaeci	et *Brigiaecinus*	*Cęceaeci, Cerenaeci*	

cum dea *Ataecina* sive *Adaegina* aliisque deorum Callaecorum nominibus in *-aic*, *-aeg*, quae infra composuimus (§ 39). Σάλλαικος Ptolemaei (II 5, 6) in Lusitania locus non videtur satis certus esse. Etiam *Lamego* Portugalliae hodiernae ex *Lamaeco* vetusto potest ortum esse; sed cf. *lamaticom* n. LVII v. 7. Diversa putaverim

Ategua *Complega* *Noega* (Νοίγα)

sed comparanda sunt praeterea

Oleca *urkekn* n. 116

quae forma est ab *Urci* oppidi nomine Iberice derivata.

Per totam quidem paeninsulam, sed frequentius in regionibus septentrionalibus, reperiuntur formata

in *-oc*, *-oq:*	*Abboiocum*	*Couneidoq(um)*	*Nebisoci*	*Turoqua*
	Aebosoca	*Eliocroca*	*Sambroca* fluvius	*Uloq(um)*
	Amocensis	**Etommoq(um)*	*S[e]aniocum*	*Urcaliocus*
	Clounioq(um)	*Longeidocum*	*Segossoq(um)*	*..rioq(um)*

Quibus addenda sunt pauca formata

in *-uc*, *-ouq:*	*Carruca* (Latinum?)	Ἐλίσυκοι	*hšthucn* n. 46	**Marruca*	Θάβουκα
	Cossouq(um)	(Elesyces)	*Manuciq(um)*	*Sambrucola*	*Veluca*
in *-og:*	*Morogi* Cantabri	Μόροικα Ptolemaei	*Turmogi* sive *Tormogi*		

Omnium vero frequentissima sunt Graecisque et Romanis simillime formata nomina

in *-ic:*	*Abilici*	*Bundalici*	*Leonica*	*Salmantica (Almantica)*
	Albonici	*Celtici*	*Limici*	*Sorica*
	Argamonici	*Dessici*	*Pellici*	*Tamarici*
	Argilici cf. *arcailiqš* n. 90	*Ercavica*	*Salica*	*Tullica*

His accedunt gentium nomina permulta in *-ico*, *iq(um)*, *-icum*, *-eica*, *-igun* terminata, quae infra composuimus (§ 47), *lamaticom* n. LVII v. 7 atque deorum aliquot item infra enumerata (§ 39).

Eadem derivationis forma inest praeterea in:

Anticaria cf. Ἀντικουία *Caviclum* Ἰνδική *unteescen* n. 6 *Indicetes* *Mendiculeia* (Latinum?)

et paullum breviata

in	*Cabarci*	*Cauca*	*Desonci*	Λιβοῦνκα
	Κάρκα	*Cibarci*	*ilaqapqš* n. 81	Λουάγκοι
	carpca n. 100—103	*Cinca* flumen	*Iporca*	Σαλιόγκα[130]) Autrigonum
in	Κονίσκοι	*Menosca*	*Osqua*	
	Comenesciq(um)	*Orgenomesci*	*Virovesca*	
	Corovesci	*Osca*	*Vobesca*	

quae supra iam memoravimus (p. CI),

in gentium nominibus in *-anco*, *anq(um)*, *-ancum* (infra § 47)

et cum derivatione Latina in *Dagencium*, *Titulcia*. Atque hic quoque *c* interdum transiit in *g*.

in	*Avolgigi*	*Cabruagenigi*	*šerga* n. 13	*untga* n. 15*g*
	Autrigones	*Curiga*	*Visaligi*	

et reliqua gentium nomina in *-igun*, *-gun*, et *-gu* (§ 47).

Sed differunt in *-ci* et *-co* formata, ut *Ilici Ilorci Iburco Urci*, et in *-gi*, ut *Biscargi Iliturgi Isturgi* (*Isurgut*) *Murgi Lacimurga*, et vetusta **Anistorgis*, *Conistorgis* (p. CII).

[129]) *Callaicus Callaecia* scripturam vetustiorem esse vidimus supra p. XCVII adn. 122.

[130]) Cf. etiam Σάλτικα Oretanorum Ptol. II 6, 58 et σαλίουγκα vocabulum, de quo dixi supra p. LXXXII.

Late igitur patebat derivationum usus, quae Graecis et Latinis in -ικός et *-icus* similes sunt, quamquam non prorsus aequales. Sed temere faceret, siquis inde iam Iberorum linguam stirpi Indogermanicae adscribendam esse concluderet.

Itaque quod derivationum terminationumque comparatio docuit, unam fuisse in paeninsula linguam, idem etiam videtur e radicibus vocabulorum deduci posse, quantum quidem soni similitudo aequabilem originem spondet. Verbi causa nomina derivata e radicibus *ar- ars- arr-*, *bait- baet-*, *bal-*, *barb-*, *cal-*, *cam-*, *car-*, *il- ili- ilu-*, *itu-*, *lac-*, *os- osc- ost-*, *seg-* (de qua supra diximus p. XCVIII), *tur-* et ipsa sparsa sunt per totam paeninsulam; ut index geographicus docet. Sed talia sufficiat indicavisse futuris linguae Iberorum vetustae interpretibus.

38. Sonorum denique quorundam, qui linguae Ibericae proprii fuerunt, quatenus a Graecis Romanisque auditi sunt et perscripti, per omnes paeninsulae regiones varietates eaedem observantur. Ut incipiamus a diphthongis, frequentissimae per totam Hispaniam sunt *ai* et *ae*, quarum exempla non enumero. Exstant praeterea

Sonorum in nominibus geographicis proprietates

au in formis vetustis:	*Autrigones*	*Chaunus* mons	*Ilaraugatae*	*Pleutauri*	*Salauri*
et in fortasse recentioribus:	*Aucci*	*Aurium*	*Cauca*	*Rauda*	
	Aucieicu	*Ausa*	*Caura, Caurium*	*Sauga* fluvius	
	Aurgi	*Auvancum*	*Lauro, Olaura*	*Saunium*	
oi[131]), *oe* in:	*Abboiocum*	*Coelerni*	*Iloiturgi*	*Noiga (Noega)*	*Noela*
	Oiarso = Oeaso	*Oelunum*	*Zoelae (Zelae)*		
eu in:	**Ameucnus* fons	*Leuni*	*Pleutauri*	*Seurri*	Callaeciae populis
ei in:	*Acceiq(um)*	*Aucieicu*	*Couneidoq(um)*	*Longeidocum*	*Seilenses*

quae et ipsae ad Callaeciam pertinent omnes.

Neque vero utrum soni hi vere diphthongi fuerint an seorsum pronuntiandi, id quod multa suadent, hic disputo; iam Zeussius diphthongos Celticas recte observavit pronuntiandas esse fortasse per diaeresin.

Ut *eu* et *ei*, ita in Celticis potissimum regionibus et in nominibus quibusdam originis Celticae observatur

ou, in:	*Clounioq(um)*	*Cossouq(um)*	*Coougium*	*Couneidoq(um)*

Sed fieri potest, ut diphthongi pleraeque, quod in nominibus Celticis Galliae observatum est, ad Graecam Romanamque scribendi consuetudinem vetustiorem redeant. Easdem enim fere diphthongos etiam in Celtarum lingua a Graecis Romanisque auditas et perscriptas esse notum est. Nam *ai ae* (Zeuss-Ebel p. 29), *oi oe* (ibid. p. 30), *au* (ibid. p. 32) non raro, saepe *-ou* (ibid. p. 34) in vocibus Celticis apud scriptores veteres et in inscriptionibus leguntur: *ei* (Zeuss-Ebel p. 32) et *eu* (ibid. p. 34) aliquanto rarius. Itaque cum communes fuerint utrique linguae, Ibericae et Celticae, quaeri potest de singulis exemplis utri tribuenda sint. De nominibus hominum a *boud-* et *tout-* radicibus derivatis dicemus infra (§ 42): etiam deorum nomina in *-aicus -aecus* (*-augus -aegus*) Celticis similia sunt (vide infra p. CX). Ceterum transiisse videtur *ai ae* in *e* in *Aebura Ebura Aipora Epora* nominibus, quae propterea fortasse diversa fuisse existimavimus (p. IC) a Celticis ab *eburo-* et *ep-* radicibus formatis.

Contra Ibericae linguae propriae videntur rariores vocalium coniunctiones

in *ao* sive *avo*:	*Alavona*	*Bursaones*	*Petavonium*	*Urgavo*
	Amaonicum	*Ilergavones*	*Surdaones*	

Conferantur

	Aravi	*Iadovi*	*Lemavi*	*Tridiavi*

131) Γυρισοῖνοι prope Castulonem Plut. Sert. 3 fortasse non recte traduntur.

in *ua* sive *uva:*	*Auvancum*	*Cardua* (Latinum?)	*Munigua*
	Ategua	*Luanci*	*Tuatuc..*
	Cabruagenigi	*Maxilua*	*Urbicua*

In quibus quod *v* non raro interponitur inter *a* et *o*, *u* et *a*, potest a Romanis factum esse similiter ut Graecas eius generis sonorum coniunctiones solebant diiungere, veluti in *Menolavos Oinomavos* et similibus. comparandis illis cum *Aravi Alavona Petavonium Lemavi Tridiavi* Ibericis Celticisve. Etiam *Osqua* pro *Osca* e consuetudine Romana potest orta esse.

Ibericae item sunt hae coniunctiones

in *-ea* (*-ia*):	*Mearus* fluvius	Θεαόα Ilercavonum Ptol. II 6, 63	
	S[e]aniocum	*Searo, Siarum* (Livii)	*Tear (Tiar)*
in *-eo:*	*Deobriga* (cf. *Deitania*)	*Leonica*	

Exstant exempla quaedam vocalium pronuntiando vel scribendo mutatarum, in quibus aetates testium Graecorum Romanorumque respiciendae sunt.

Ita Polybii et Livii

	Arbucale	*Arbocala*
testibus recentioribus est:	*Albucela*	*Albocela (Albocola)*

Conferantur praeterea eorundem locorum populorumve nomina ita varie tradita:

Adeba flumen Ptolemaei,	*Udiva* Plinii	*Coelerni*	*Colarni*
Arevaci	*Aravaci*	Ἔβεσος	*Ebusus*
Astures	*Astores*	*Esdetes* Hecataei	*Sedetani, Edetani*
Astapa	*Ostippo* (hodie *Estepa*)	*Hermandica*	*Salmantica*
Auringis	*Orongis*	*Olontigi*	*Oluntigi*
Bargusii	*Bergusii*	*Onoba*	*Onuba* et similia
Capara	*Capera*	*Quarquerni*	*Querquerni*
Carthaia (s. *Althaia*)	*Carteia*	*Searo*	*Siarum*
Calagurris	*Calagorris (Calahorra)*	*Tear*	*Tiar*
Cessetani	*Cissa*	*Tartessus*	*Turdetani, Turduli*
Carbala?	*Carbula*	*Tormogi*	*Turmogi*

Atque pertinet haec variatio tam ad radices quam ad suffixa.

Quod *ai* diphthongus per *ae* in *e* transit, ut supra observavimus, et ipsum cum Romana consuetudine convenit; unde eius transitus exempla non protuli. Aliquanto rarius *ai*, *ae* in *i* mutata est, ut

in	*Saesapo*	*Sisapo*	*Paesures*	*Pisiri*

Vocales olim frequentiores pronuntiando interiisse, formae docent hae

Arrotrebae	*Artabri*

Etiam in consonis variationes observantur a Graecis et Latinis non admodum diversae; unde et ipsae magna ex parte ad testium Graecorum Romanorumque in pronuntiando inconstantiam videntur referendae esse. Sane non valent haec de antiquissimis quibusdam nominibus, veluti quod quae audiebantur

antiquitus	*Mastia*	*Mastieni*	*Astapa*	*Bainis*	**Belion*	**Melos*
posteris	*Basti*	*Bastetani*	*Ostippo*	*Minius*	*Limia*	*Bailo*

fuerunt. Adde quae supra memoravi *Hermandica Salmantica*, *Esdetes Sedetani*, *Ilaraugatae Ilergetes*. Num *Tartessus* sive *Tarsis* testium vetustissimorum componi possit cum *Carteia* et adeo cum *Carpesso Carpetanis*, ut fuerunt qui putarent, valde dubito. Sed permutantur, ut apud Romanos, fortasse

c et *g* in:	*Attacum*	*Attagus* fluvius Avieni	*Ercavica*	*Ergavica*
	Barcino	*Bargusii*	*Tarraco*	*Tarraga*
	Callaeci	*Gallaeci*	*Turcalium*	*Turgalium*
	Crovii	*Grovii*	*Urci*	*Urgavo*
	Dracina	*Draganum*		

deinde in -*briga* et -*brica* terminationibus. ut supra dictum est (p. XCVIII):

b et v in:	*Baria*	*Varia*	*Belli*	*Veleia*
	Beatia	*Viratia*	*Barduetes*	*Varduli*
d et *t* in:	*Baedunia*	*Betonia*	*dnušia* n. 107	*Tamusia*
l et *r* in:	*Albocela*	*Arbocala*	*Bilbilis*	*Birbilis*

Eius generis in pronuntiando vel in scribendo tantum varietates cavebimus Iberis eorumque linguae adscribere omnes. Notissimum enim est talia apud Romanos quoque et apud Italicas gentes reliquas usitata fuisse. Veluti illud, quod *b* et *v* pronuntiando et scribendo mutantur, constanter hodie quoque obtinere scimus apud Hispanos, felices dici solitos, quia illis bibere vivere sit. Sed utrum a proavis Iberis pronuntiandi inconstantiam illam acceperint an a patribus Romanis, vix unquam certo diiudicari poterit. Similiter *u* vocalis in *ul* suffixo elisionem Latinam potius quam Ibericam putabimus. Contra quae in consonarum usu observantur fortasse maiore cum probabilitate ex Ibericae linguae proprietatibus derivare licebit.

Intra vocabula coniunctae exstant

br in:	*Artabri*	*Cantabri*	*Igabrum*	*Sambroca* fluvius
	Cabruagenigi	*Cisimbrium*	*Londobris*	*Sambrucola*
tr in:	*Allotriges*	*Arrotrebae*	*Autrigones*	*Contrebia*

Sonorum coniunctiones rariores exhibent

lp: *Calpe* mons *Cilpe* oppidum n. 182 *Cilbus* fluvius Avieni

Cum fluvii nomine componendi sunt *Cilbiceni* gens et ipsa apud Avienum solum nominata, cum *Cilpe* Livii *Silpia*. In quibus quod *a* in *i*, *p* in *b* transierunt mirum non est; *Silpia* fortasse casu tantum prave traditur pro *Cilpia*.

cn, gn: **Ameucnus* fons et *Acnon* mulieris nomen *Lagni*

Eliduntur vocales, a Romanis puto, in *Caviclum Ilipla Obulcla*, quae videntur diminutiva esse et ipsa formata a Romanis, ut *Turduli* iuxta Turdetanos, deinde

inter *b* et *l* in:	*Abula*	*Abla* (cf. *Abilicorum* et *Abliqum* gentes)
c vel *g* et *l* in:	*Agula*	*Agla*
	cf. *Calaetus*	*Claetus* infra § 42
t et *l* in:	*Castulo*	*Castlo*

Consonae duae initio positae rarae sunt in vere Ibericis; nam quae incipiunt

a *cl* et *gl:*	*Clunia*	*Glandimirum*	
a *bl:*	*Blanda*	*Blendium*	*Bletisa*
a *br:*	*Bracara*	*Brigaecium*	*Brigantium*,

eorum nonnulla Celtica videntur esse, ut *Clunia*, aut fortasse Romana, ut *Blanda*. Reliqua rarissima sunt et ex parte incerta, scilicet quae incipiunt

a *gr:*	*Grallia*	*Grovii*		
a *dr:*	*Draganum* gens Avieni			
a tr:	*Tracte* iugum Avieni	*Tridiavi*	*Tritalicum* (= *Tirtalico*)	*Tritium*
ab *sc:*	*Scallabis*			
ab *st*	nulla omnino incipiunt.			

Assimilationis vix certa exstant exempla: nam *Canbaricum* gentis nomen habemus et *Cunbaria* scriptum est in nummo n. 155, non *Cambaricum Cumbaria*; nisi haec rustice potius scripta sunt. Contra fortasse huc trahi potest *Curunniace* (C. 2016) iuxta *Curundam*.

Tenues geminando acuuntur

p in: *Baesippo* *Cappacum* *Irippo* *Ostippo*

et similibus, quae supra composuimus (p. CIII).

c in:	*Accatucci*	*Araducca*	*Ceciq(um)*	*Laccuris*	*Tucci*
	Acci	*Arucci*	*Iacca*	*Miaccum*	*Vaccaei*
	Acciqum	*Caracca*	*Laccobriga*	*Tubucci*	

t in: *Attacum* *Metturicum*

Geminantur liquidae ut apud Graecos et Romanos in terminationibus,

in: *Baeterrae* *Bigerra* *Gigurri* *Seurri* *Sigarra*

et in *-urri* terminatis reliquis;

in: *Belli* *Biballi* *Pallantia* *Vardulli,* *Vellica*

sed item in radicibus,

ut in: *Arragona* *Arroni* *Cerretani* *Irrico*

Orretum *Tarraco* *Tarraga* aliis

et in: *Callet* *Collippo* *Grallia*

Scallabis *Sellium* *Sicelli*

Geminatur denique sibilans

in: *Asso* *Cissa* *Osset* *Ossigi* *Ossonoba*

Cessetani *Suessetani* *Vessetani* *Segossoq(um)*

et in *-issa* terminatis ut *Iturissa*. Exempla haec per se rara fortasse omnia ad Graecorum potius et Romanorum scribendi consuetudinem referenda sunt, quam ad Ibericae linguae leges. Unde etiam *Turiassonesis* legimus in inscriptione Burdigalensi saeculi primi (Jullian n. 23).

Rarissima est *x*, quae tantum exstat in

Axati *Laxta* **Luxia* fluvio *Maxilua*

nam *Xera* Stephani certo corrupta est; ξ litteram scripturae Ibericae defuisse supra (p. XLII) vidimus.

r initio in Celticis fortasse solis *rhdurqn* n. 105 et in *Rauda* exstare supra observavimus (p. LXVII), quibus accedunt *Riga* et *Rixama* nomina a Martiali servata. Intra vocabula *r* pro *l* adhiberi vidimus in *Birbilis* pro *Bilbilis*, et transponi, ut in *Tritalicum Tirtalico*; utrumque etiam Romanis consuetum.

f initio et intra vocabula omnino deest; nam *Saefes* Avieni videntur non recte tradi.

Haec habemus quae de vocalium et consonarum in nominibus geographicis usu observemus; quae Iberis propria, quae a Graecis Romanisve mutata sint, si pauca excipiuntur, difficile distinguimus. Composuimus autem praecipua tantum, quae ad sermonis Iberici proprietatem diiudicandam facere viderentur, non omnia; nam alia multa observari possunt.

Nomina deorum dearumque

39. Singularem inter testimonia sermonis Iberici locum deorum dearumque nomina obtinent plus minus octoginta, servata illa in inscriptionibus tantum non omnia; quae composui in indicis tertii parte priore (III 1 a). Insunt in eis, ut fieri solebat apud gentes peregrinas, nomina non pauca a locis desumpta vel locorum nominibus aequalia; unde nomina geographica partim augentur. Accedunt eis quaedam ex Aquitaniae et Galliae Narbonensis regionibus subpyrenaeicis, quae sermonis Iberici vestigia non pauca servare supra vidimus (p. LXXXV); quae certe Celtica esse non videntur. Ab Ibericis tamen paeninsulae diversa sunt; unde numina haec peregrina cispyrenaeica a transpyrenaeicis seiungere visum est et indice proprio (III 1 b) componere. Transpyrenaeica collecta sunt in volumine inscriptionum Hispanicarum, e cispyrenaeicis quae ad provinciam Narbonensem pertinent in corporis volumine XII. Sed Aquitanica, cum corporis inscriptionum Latinarum vol. XIII nondum prodierit, colligenda erant e scriptionibus de monumentis illis recentissimis et fide quam maxime dignis. Sunt autem scriptiones illae tam libri magnae molis quam dissertationes parvae Ernesti Roschach[132], Ch. L. Frossard[133], Achillis Luchaire[134], de quo iam supra

[132]) *Musée de Toulouse, catalogue des antiquités et des objets d'art* [*par* Ernest Roschach] *Toulouse* 1865 (pp. XXXVIII) 8.

[133]) *Le dieu* Erge *par* Ch.-L. Frossard Parisiis 1872 (pp. 16) 8.

[134]) Scripta Achillis Luchaire quae huc faciant enumerata sunt p. LXXXV adn. 102.

dictum est (p. LXXXV), baronis d'Agos[135]), Iuliani Sacaze[136]), Iohannis Francisci Bladé[137]), Camilli Jullian[138]); quorum usum ex parte debeo Ottoni Hirschfeld collegae, corporis vol. XIII editori. Neque omisi conferre, ut ab inmiscendis nominibus Celticae originis caverem quantum fieri potest in hac linguae utriusque obscuritate, indices nominum divinorum humanorumque Celticorum a Creuly et Henrico Thédenat compositos[139]), quibus tamen etiam inmixta sunt prorsus aliena; item Holderi thesaurum (v. p. XXX adn. 91). Provinciae Narbonensis deos peregrinos composuit Hirschfeldius[140]).

E regionibus proprie Ibericis orae maritimae orientalis et ex Baetica nomina deorum perpauca tantum supersunt; longe plurima e Celtiberiae regionibus proveniunt atque imprimis e Callaecia. Atque sunt inter ea quae propter radices vel propter formationes aut Gallicae originis videantur esse aut certe Gallicis similia, velut — a. Hispanica

Bormanicus *Lugoves* *Mogoninon* *Poemana*

Bormanus enim Galliae (C. XII 494 1561, *Bormo* C. XII 2443 2444), *Poemanenum* Galatiae castellum, *Mogontiacum Lugudunum* alia notissima sunt. Sed *lucus Bormani* apud Ligures itin. p. 295, 6 (Müllenhoff DA III p. 180) facit, ut de dei huius origine indicium aliquantum suspendamus: quamquam sane fieri potuit, ut a Gallis ibi fanum dei patrii conderetur. Reliquorum cum radicibus Gallicis similitudines anquirere omitto; sed compono, ut in nominibus geographicis feci, formationes nominum diversas, quae ad linguae sive Ibericae sive Celtibericae proprietates cognoscendas faciunt. Dolendum quod multa huius generis nomina cum semel lecta sint ab hominibus imperitis in lapidibus barbare sculptis, qui interierunt, non satis certo tradantur: quod indicavi asteriscis appositis. Unde in universum tantum formas quales sint agnoscimus, de singulis sonis saepe incerti.

Quod deorum nomina pleraque in *-us*, rariora in *-ius*, aliquot in *-o*, dearum in *-a* terminantur, hic ut in aliis regionibus indicat nomina peregrina conversa esse in formas Latinas: nam linguam Ibericam genera distinxisse evinci nondum potuit. Ex deis vero Romanis Iupiter et Mars soli, ex deabus una Proserpina colebantur sub cognominibus peregrinis: scilicet

Iupiter *Andero*, *Candamius*, *Candiedo*, *Ladicus* in Callaecia.

Mars *Cariocecus* in Callaecia, *Neto* apud Accitanos (v. Macrobii Sat. I 19, 5).

Proserpina *Ataecina* in Lusitania.

Etiam qui Latine appellantur

Iupiter depulsor et solutorius

peregrinae religioni apud Lusitanos et Callaecos tribuendi sunt. Una *Rego* dea in Luco Augusti Callaeciae culta videtur mater dici (C. 2574). Matres *Aufaniae* (C. 5413) Germanicae sine dubio originis sive Gallicae, non Hispanae sunt; fortasse etiam matres *Callaicae* et *Brigia[e]cae* (C. 6338 l).

---

135) *Le dieu Arixon par* Julien Sacaze *Saint-Gaudens* 1878 (pp. 11) 8.; *épigraphie de Luchon* Par. 1880 (pp. 91) 8.; *inscriptions antiques des Pyrénées* (*Revue archéologique* vol. XLIII 1882 I) Par. 1882 (pp. 12) 8.; *épigraphie de la civitas Consoranorum* Par. 1883 (pp. 31) 8.; *les anciens dieux des Pyrénées* (*Revue de Comminges*) *Saint-Gaudens* 1885 (pp. 27) 8.; *quelques faux dieux des Pyrénées* (*Revue de Comminges*) *Saint-Gaudens* 1885 (pp. 8) 8.; *histoire ancienne de Luchon, Saint-Gaudens* 1887 (pp. 54) 8.

136) *Collection de M. le baron d'Agos á Tibiran, Hautes-Pyrénées* (*Société française d'archéologie, Congrès de Tours, session* 41. 1879 p. 539—67) Tours 1876 (pp. 32) 8.

137) *Épigraphie antique de la Gascogne par* Jean-François Bladé, *Bordeaux* 1885 (pp. XV 221) 8.

138) *Inscriptions romaines de Bordeaux par* Camille Jullian (cum tabb. 8) vol. I. II *Bordeaux* 1887. 90 (pp. XII 616 VI 715) 4.

139) *Liste des noms supposés gaulois, tirés des inscriptions par le Général* Creuly *Revue celtique* III 1877 p. 153 ss. 298 ss. *Liste des noms gaulois, barbares, ou supposés tels, tirés des inscriptions par* Henri Thédenat *Revue celtique* VIII 1887 p. 378 ss. XII 1891 p. 131. 254. 354 ss. Elenchus eius non ultra D litteram processit.

140) *Beiträge zur Geschichte der narbonensischen Provinz von* O. Hirschfeld *Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst* VIII 1889 p. 137.

Frequentes sunt Lares et Nymphae a locis dictae, ut apud Romanos; Romanus omnino Genius, veluti *Laquiniesis* (C. 2405), ut Genii locorum multi praeterea. Ex vere indigenis terminantur

in *-o* vel *-on:*	*Airo*	*Candiedo*	*Neto* C. 3368, sed
	Andero	*Mogoninon*	*Netus* C. 365 *5278

hi omnes dei; dea una, ut videtur, *Rego.* Deus deinde unus terminatur

in *a:* *Bandua* (C. 2498 cf. 855)

cuius praeterea nomen compositum est cum aliis quinque vel sex et cum variis terminationibus: ita ut paene pro appellativo habendum videatur. Etenim nominum non paucorum ipsa longitudo indicat non simplicia esse. Terminantur deinde more Romano

in *-us* vel *-ius, -eus:*	*Aelmanius*	*Candamius*	*Cosus*	*Suttunius*
	Aernus	*Carneus*	*Edovius*	*Tullonius*
	Bodus	*Coronus*	*Netus*	*Vaccaburius*

quorum quae in *-ius* exeunt et ipsa a locis derivata sunt excepto fortasse Aelmanio, quamquam hic admonet Elmanticae Almanticae Salmanticae sive Hermandicae urbis. Dearum nomina sunt

in *-a:*	*Leiossa*	*Lumiae*	*Pindusa?*
	Lougiae	*Navia*	**Toga*

(Naviam fluvii nomen et deam esse novimus)

in *-na:*	*Ataecina*	*Obana*	*Poemana*	*Uvarna*
in *-e:*	*Degante* (dat.)	*Obione*[141])	**Verore . . .*	

quibus accedunt *Lugoves* Gallicae fortasse originis. Ceterum **Verore . . . .* Lucensis potest etiam deus esse.

In paeninsulae regionibus eis, quae ad septentriones spectant, atque per Callaeciam potissimum et Asturiam superesse audio religionis vetustae memorias non paucas, superstitiones populares et consuetudines rusticorum paganas, nondum a quoquam quantum scio collectas, aediculas sanctorum ex fanis paganorum ortas, similia. Indidem prodierunt nomina illa numinum frequentia terminata

in *-aicus, -aigus:*	*Banderaeicus*	*Bandiarbariaicus*	**Ceceaigi*	*Cerenaici*
-aecus:	**Abia[e]elaesurraecus*	*Castaecae*	*Dia[e]cus*	**Reuveanabaraecus*
	Cantunaecus	*Ceceaeci*	*Eaecus*	
-aegus:	*Aegiamunniaegus*	*Vagodonnaegus*	**Virrorevi[l]iae[g]us*	
-ecus, -egus:	*Bandiaeapolosegus*	**Bmervasecus*	*Cariocecus*	

Quod in nominibus hisce saepius redit *band-* vocabulum, servatum est in *Sa Comba de Bande* thermarum aliorumque locorum Callaeciae nominibus. His adiungenda sunt propter formationem similem

Ataecina sive *Adaegina, Cabuniaeginus, Cusuneneoecus;*

fortasse etiam *Cauleces*[142]). Similia praeterea sunt, sed fortasse diversarum regionum, haec formata

in *-acus:*	**Aracus*	*Mentiviacus*	**Roncoenathuacus*	**Tarmucenbaci*
	**Caribe[e]lacae*	*Netaciveil[e]erica*	**Sesmaca Navia*	*Turiacus*

Atque fieri potest, ut inde etiam orta sint nomina paullo frequentiora, quae terminationem habent Latinae solitae aequalem

in *-icus, -iceus:*	**Ange[t]icus*	**Coaranioniceus*	*Ladicus*
	Abricus	*Durbedicus*	*Mandica*
	Bormanicus	*Endovellicus*	**Netaciveil[e]erica*

[141]) Monasterium Asturicense *Sa Maria de Obona* in documento a. 780, cuius tamen de antiquitate dubitatur, apud Muñoz *fueros* p. 9 fortasse cum deae nomine comparandum est.

[142]) E Gallia cisalpina similis innotuit unus Iuppiter optimus maximus *Agganaicus* Ticini (C. V 6409 cf. I. o. m. *Adceneicus* Mediolanii ibid. 5782); sed cum posita sit Mediolanii ara matribus et *Adganais* (C. V 5761), *Agganaicus* inde potest formatum esse a Romanis.

His accedunt Lares

Erredici *Gapetici* *Pindenetici* *Turolici*

quorum nomina formata sunt ut a locorum derivata alia multa. Formam apud indigenas solitam indicat fortasse titulus Lusitanus litteris Latinis scriptus n. XLVIII. in quo est

Crougintoudadigoe

si modo vocabulum peregrinum pro dei nomine habendum est. Rariora sunt formata

in *-atus, -etius, -otes:* **Ai-ioragatus* *Dercetius* *Togotes*

e quibus *Dercetius* montis quoque nomen est: *Dercenna* fluvius apud Martialem memoratur: utrumque supra composuimus cum vocabulis similibus Celticis (p. XCII). Atque *-et* (sive *-ed*) suffixum in populorum hominumque nominibus multis exstare vidimus, ut exstat in Larium, quae modo memoravimus *Erredicorum Gapeticorum Pindeneticorum.*

Iam supra (p. XCVIII) *Bandnaeetobricus* et *Tameobricus* deorum nomina cum locorum nominibus in *-briga* composuimus. Etiam

**Albocelus,* Lares **Cusic[e]lenses,* nymphae **Silon[i]sa[e]lo[nae]* et *Varcilenae*

locorum potius nominibus adnumeranda sunt. Formationem singularem habent

Edovius *Endovellicus* *Lugoves*;

item *Caraedudis* *Leiossa*

Non plene tradita sunt *Bruv* . . . *Cabar* . ., *Saur* . . . nomina.

Praeter *-ai -ae* diphthongos frequentes insunt in nominibus his deorum quae in locorum quoque repperimus diphthongi reliquae

au	in:	*Cauleces*	*Saur* . . .	
eu	in:	**Reuveanabaraecus*		
ou	in:	*Crougintoudadigoe*	*Lougiae*	
oe	in:	„	*Poemana*	*Roncoenathuacus*
ei	in:	*Leiossa*	*Netaciveil[e]erica*	

Rarum *-oa* fortasse est in

**Coaranioniceus,*

si modo recte traditur.

Geminantur interdum

c in:	*Vaccaburius*	*t* in:	*Suttunius*	*s* in:	*Leiossa*
n in:	*Aegiamunniaegus*	*r* in:	*Erredici*	*l* in:	*Endovellicus*
	Vagodonnaegus		*Virrovevi[l]iaegus*		*Tullonius*

Variare vidimus *c* et *g* in *-aicus -aigus*, *-aecus -aegus*, *-ecus -egus* terminationibus: *t* et *d* praeterea in *Ataecina Adaegina.*

Consonarum copulationes rariores sunt in:

Aelmanius *Aernus* *Carneus* *Mamdica* *Sesmaca*

Ubicunque traditur *f* littera, videtur illa prave excepta esse ab eis, qui titulos descripserunt.

Itaque etiam deorum nomina haec, etiamsi Celtica quaedam insunt — nam suos sibi deos secum tulisse Celtas, cum in paeninsulam immigraverunt, atque ibi coluisse non mirabimur —, propria tamen sunt Iberorum pleraque vereque dici possunt Celtiberica[143]).

Nomina deorum Ibericae fortasse originis ex Aquitania et Narbonensi, quamquam non desunt quae similitudines quasdam praebeant cum Hispanicis, tamen in universum diversa sunt. Enumeravit quae ad sonorum in eis proprietatem definiendam faciunt Luchaire (v. adn. 133, *etudes* — b. Gallica

[143]) Dixit de nonnullis nominum illorum — *Aernus Bormanicus *Brigus Coronus Cusuneneoecus Durbedicus Tameobrigus Turiacus* — Adolphus Coelho in ephemeride *Revista Lusitana* I 1887/89 p. 351 ss. Celtisque ea vindicavit omnia, nescio an recte.

p. 62 ss.): potiora, quae huc faciant, infra composui. Omisi hic quoque, ut par est, aperte Celtica; velut *Almahae* matres, *Belisama*, *Sucellus*, *Sulevae* s. *Suleviae*, *Uxellus*. Sed in reliquis quoque cum Ibericis mixta esse Celtica probabile est: veluti

Belodannis	Britovius	Dinomogetimarus	Ritona
Bormanus	Cantismerta	Giarinus	

In nonnullis tamen radices fortasse Ibericae insunt. Etiam quae cum locorum populorumve nominibus conveniunt, ut

Alaunius	Aximus	Nemausus	Vasio	Vintius
Andossus	Iluro	Rudianus	Vellaunus	

hic non respicimus. Minus certa asterisco notavi.

Frequentissima sunt Latine in *-us* vel *-ius* formata cum suffixis variis:

Alardostus	Arardus	Astus	Carrus	Dahus	Heraus?	
Dulovius	Sutugius[144])	Lacavus	Artaius	Olloudius		
Albarinus	Arpeninus	Cicinus	Ieusdrinus	Uxovinus		
Abianius	Averanus	Boriennus	Budenicus	Buxenus	*Exprcennius	Uxscacanus
Ilunnus	Lelhunnus					
Acorus	Caiiarus	*Diocrarus	Ilumberus	Maiurrus		
Avicantus	Carpantus					
Nabelcus	*Stoiocus	Satagius	Ubelkae			
*Haloissus	*Vaeosus					
Icoti..	Iscittus	Lavaratus				

Desunt igitur omnino, quae in Hispania tam frequentia sunt, in *-aicus -aegus -icus* formata excepto uno *Budenico* (C. XII 2973 cf. *Budenicenses* XII 2972), quod Celticae originis credunt.

Accedunt dearum nomina in *-a* et *-ia* formata

Andarta	Athabodua	Cantismerta	Dexsiva	Lexeia	Onuava	Ura
Alambrina	Bergonia	Ialona	Tricoria	Trittia	Urnia	

quaeque plurali numero colebantur

Elitivae	Osdiavae	Urobrovae
Deviatae	Gerudatiae	Menmandutiae
Griselicae	(cum Idennica)	Ubelkae
Nemetiales	Olatonae	Percernes
Caudellenses	Obeleses	

Satis numerosa deinde hic quoque occurrunt deorum nomina

in *-o*:	Abelio[145])	Aramo	Arixo	Ilixo	Letinno
	Ageio	Divanno	Harauso	Larraso	Obio[146])

Deae unius in *-o* nomen superest *Soio*.

Sed variant in *-ixus* formata cum *-ixo* et *-ix* formis:

Arixus	Baicorrixus	Iluberrixus
Albiorix et Albiorica		

quae fortasse pro Celticis habenda sunt (cf. *Beisirisse*). Deorum in *-a* terminatum unum exstat *Aereda*. Contra frequentia sunt quae videntur nominativum Latine in *-es* vel *-is* formavisse cum dativis in *-e*:

Aherbelste	Baeserte	Corritsehe	Erditse	Iboite	Lahe
Artehe	Beisirisse	Ele	Erge	Idiatte	Tole

144) Cf. *Suttunius* C. 796.
145) *Abellio* (ita etiam dei nomen scribitur) est viri nomen C. III 2169.
146) *Obione* dea supra (p. CX) inter Ibericas reperta est.

et in *-i*:

Alardossi	*Baiosi*	*Beladonni*	*Ilunni*	*Vinturi*
Argassi	*Bascei*	*Edelati*	*Leherenni*	*Garri*

cum dearum similibus

Andei	*Horotali*	*Lexi*

Sunt igitur in deorum dearumque nominibus hisce Gallicis Ibericorum non dissimilia, sed quae videantur potius orta esse ex simili in formas Latinas mutatione: in plerisque differunt. Singularis omnino est deus *Xuban*.

Sonorum proprietates, utpote in numero nominum minore, minus frequentes in nominibus illis observamus. Exstant

ai et *ae*	in:	*Baicorrixus*	*Baiosis*		
		Aereda	*Aethucolis*	*Baesertes*	**Vaeosus*
au et *ou*	in:	*Harauso*	*Harouso*	*Olloudius*	
eu	in:	*Ieusdrinus*			
oi	in:	*Haloissus*	*Iboites*		
ei	in:	*Beisirisse*	*Andeis*		
ia	in:	*Giarinus*			
ii	in:	*Caiiarus*			

h in mediis vocabulis habent

Artehe	*Corritsehe*	*Lahe*	*Lelhunno*
Athubodua	*Daho*	*Leherenni*	

Rariores consonarum coniunctiones offerunt

Aherbelste	*Menmandutiae*	*Nabelcus*	*Ubelkae*	
Andarte	*Artehe*	*Artaius*	*Baeserte*	*Percernes*
Arardus	*Corritsehe*	*Erditse*	*Ieusdrinus*	*Osdiavae*

f initio omnino deest, *r* in paucis (*Ritona Rudianus*) fortasse Celticis; *x* frequens in *-ix*, *-ixus*, *-ixo* terminatione, praeterea in

Buxenus	*Dexiva*	**Exprcennio*	*Lexi*	*Xuban*

in quibus tamen etiam Celticae originis quaedam esse possunt.

Haec fere sunt potiora sermonis peregrini indicia, quae conferre videantur ad proprietatem linguae Iberorum cispyrenaeicae cognoscendam.

40. Ad ultimum testimoniorum genus perventum est, quod ex lingua Iberica habemus, nomina propria virorum et mulierum: quorum numerus quantopere auctus sit inde ab Humboldtii temporibus ex inscriptionibus Latinis in Hispania repertis supra (p. XXV) indicavimus. Neque vero curamus hoc loco quae ex nominum illorum forma atque indole, ex patrum et gentium indicationibus de iure familiarum, de deorum cultu deque antiquissima civitatium Ibericarum condicione concludi posse visa sunt. Exposuit de his rebus Ioachim Costa in libro doctrinae et acuminis pleno, qui tamen paucis tantum etiam inter conterraneos scriptores innotuit, sed aliquando fortasse ansam dabit ad quaestiones illas retractandas[147]). Nos interim in forma nominum grammatica consideranda consistemus. Atque hic quoque primum seiungenda sunt quae huc non pertinent nomina Africana Graeca Latina Gallica: cuius originis nomina supra etiam e geographicis removimus. Nomina virorum et mulierum

[147]) *Introduccion á un tratado de politica sacado textualmente de los refraneros, romanceros y gestas de la peninsula por Joaquin* Costa, Matriti 1881 (pp. VIII 500) 8. Dixi de parte quae huc spectat quaeque antea iam prodierat hoc titulo *Organizacion politica, civil y religiosa de los Celtíberos*, Matriti 1879 (pp. 47) 8. in ephemeride *Jenaer Literaturzeitung* a. 1879 p. 518.

a. Africana Incipimus ab Africanis. Poeni iam aetate vetustissima orae maritimae meridionalis accolae, ut notum est atque infra adnotabitur ad nummos n. 136—139. 154, Carthaginienses deinde in regionibus, quae ad meridiem versus spectant et orientem usque ad Hiberum. per longum temporis spatium domini, quin matrimonia iunxerint cum mulieribus sive Africanis sive Hispanis et prosapiam ibi reliquerint dubitari nequit. A gentibus eis, quae et ipsae multo antea ex Africa in Hispaniam transmigrasse putandae sunt (supra p. XXXII et LXXXVI), exercitus Punicos exceptos esse credere licet partim ut socios et amicos. Hannibal ipse Castulone dicitur uxorem duxisse Hispanam teste Livio (XXIV 41, 7); quam cum Silius *Imilcen* diceret (III 98. 106), aut secutus est testes nobis ignotos aut finxit nomen ita, ut origini mulieris Africanae fidem faceret. In sepulcro gentis alicuius Pompeiae prope Baënam Baeticae detecto, in quo cistas cinerum suis locis ego adhuc vidi, viri, quorum unus dicitur cognomine Afer, nomina haec gerunt partim evidenter Punica, partim Punice sonantia:

Aenibelis *Hanno* *Icstnis* *Igalchis*
Ildrons *Siseanba* *Velaunis* *Velgaan*

mulieres haec:

Aninna *Insghana* *Nanna*

Non dico haec Punica esse omnia; immo fortasse plura, velut *Icstnis Ildrons Aninna*, vere Ibericis similia sunt, *Velaunis* Celticis. Sed *Hanno* Punicum est manifesto; fortasse etiam *Aenibelis*. Inter reliqua nomina Iberica in Hispaniis reperta perpauca sunt his similia et Punice sonantia, virorum fortasse

Bocchus *Neitinbeles*

mulierum

Simmodim *Sufun* *Summoi*

Bocchus sive *Boccus* nomen utrum Lusitanum dicendum sit an Africum nescio; Africum *Bogud* diversum est. Nomen Africum fortasse etiam *Baebelo* est secundum Plinii testimonium 'mirum adhuc per Hispanias ab Hannibale incohatos durare puteos; sua nomina ab inventoribus habent, ex quis Baebelo appellatur hodie, qui CCC pondo Hannibali subministravit in dies' (n. h. XXXIII 96). Neque casui videtur tribuendum quod *Afer Afra Maurus Maura* cognomina in Hispaniis admodum frequentia sunt. Afri et Mauri quamquam magna ex parte imperatorum demum aetate ex vicina provincia possunt advenisse, tamen cognomina vetustam cum illa coniunctionem aliqua ratione comprobant. Sed quamquam Iberos cum Afris aliquando sese miscuisse probabile est, ut postea cum Celtis, tamen postquam imperium Romanum in Hispania constitutum est, ut vestigia Punica et Carthaginiensia perpauca, ita nomina quoque eius originis rara servata neque unquam ut Celtiberi, ita Afriberi dicti sunt populi Hispani.

Non desunt omnino similitudines quaedam inter nomina Aquitanica, quae videntur Ibericae originis esse, et Africana. Qui in tabella patronatus civitatis Themetrae nominatur *Azdrubal Baesillecis f.* (C. V 4919) cum *Baesellae* mulieris Aquitanae nomine (Sacaze *Luchon* p. 79, 43) et cum *Baesisceris* nomine Hispano comparari potest. Sed fallacem esse sonorum similitudinem nemo ignorat.

b. Graeca Graecos homines antiquis iam temporibus ex Massilia Emporiis Rhode coloniis Graecis, item si non ex ipsa Graecia et Asia, tamen ex Sicilia et ex Italiae urbibus Graecis in Hispaniam immigrasse non paucos nummi Hispani eorumque ratio satis demonstrant (v. infra p. 3 s.). Sed non minus frequentes cuiusvis generis Graecos homines eodem venisse post imperium Romanum ibi constitutum cum exercitibus et mercatoribus Romanis, servos opifices negotiantes, ut in reliquas provincias omnes, inscriptiones Latinae in Hispania repertae permultae, paucae adeo Graece scriptae,

satis et abunde probant. Unde homines multos vel origine Graecos vel a Graecis oriundos Graecis nominibus in Hispaniis usos esse minime mirandum. Neque commemorassem rem notissimam omnibus, qui inscriptiones Latinas norunt, nisi exstitissent, qui nomina apertissime Graeca propter soni quandam similitudinem Celtica Ibericave esse crederent. Quas opiniones singillatim refutare opus non est; exempla protuli in censura libri Holderiani (vide p. XXX adn. 91). Unde sufficiat hoc loco adnotavisse, quae aperte Graeca sunt me segregavisse omnino ab Ibericis: ut par erat. Licet sane interdum dubitare: *Aletus Aletius* videntur Celtiberica esse, sed cum scribantur aliquando *Alethius* (n. 6338 *aa*) *Aletheia* (n. 6338 *bb*) sonum Graecum affectant. Graeca tamen videtur *Cornelia Aletea* Euhemeri alicuius uxor in titulo Cordubensi saec. II (C. 2272).

41. Ut locis Hispanis nomina Latina multa indita esse a Romanis mirati non sumus, ita hominibus Hispanis saepissime idem accidisse nisi statuendum esset necessario utpote e rerum natura consequens, probaretur exemplis permultis. Qui cum Romanis commercium habebant peregrini homines aut in servitium redacti aut libertate vel adeo civitate donati nominibus ethnicis populorum eorum, ad quos pertinebant, solebant designari familiariter primum, deinde saepe etiam iure; cuius rei documenta sunt omnibus nota nomina servilia Graeca Latinaque, potissimum vetustiora, a populis ducta. Ita in Hispania quoque frequentia sunt nomina hominum sive servorum libertorumve sive ingenuorum ab oppidorum populorumve sumpta. Quae cum nominum geographicorum reliquorum, de quibus supra egimus, seriem augeant, commodum visum est in propria indicis appendice componere. Sunt inter ea praeter Italica ut Nomina Romana

Albanus	*Latinus*	*Picentinius*	*Tuscus*
Italus	*Norbanus*	*Sabinus*	

etiam Gallica quaedam, ut

Auscius	*Cimber*	*Galla*
Britto	*Gallus*	*Silur*

qualia in omnibus provinciis reperiuntur. Praeterea vero populorum Hispanorum nomina inter hominum sunt non mutata haec:

Ammaia	*Celtiber*	*Equesus*	*Paesicus*
Arabus (i. e. *Aravus*)	*Celtus* sive *Celtius*	*Hiberus*, *Hibera*	*Pellius*[148])
Astur, *Asturia*	*Cessitanus*	*Hispanus*, *Hispana*	*Taporus*
Callaecus	*Cilinus*	*Laietana*	*Tormogus*
Cantaber	*Cilius*	*Limicus*	*Vetto*

ab oppidis vel gentibus derivata et paullum mutata haec:

Arguilo, *Argela*	*Celtitanus*	*Meiduber*	*Sidonia*
Bedunus, *Betunia*	*Crovesica*	*Noelicus*	*Vallata*
Caelenicus	*Eburianus*	*Ocellia*	*Vasconius*
Cantabrinus	*Eburinus*	*Pisirus*	

Fluviorum nomina *Durius* et *Sicoris* a Silio solo contra usum communem hominibus indita sunt. Nam quod duovir quinquennalis Carthaginis novae in nummo (n. 96[b] *n*) *Hiberus* dictus nomen designat capite fluvii aquam bucca emittentis, adludit quidem ad fluvium, sed nomen gerit populi.

Inter nomina peregrinorum et cognomina civium Latinorum Latina quamquam in ipsa Italia quoque et in aliis regionibus minime rara, tamen sunt aliquot multo quam alibi in Hispania frequentiora. Unde non sine iure mihi videor in eis agnoscere nomina indigenarum patria in Latinum sermonem conversa aut indita secundum consuetudinem patriam; cum praesertim pere-

[148]) *Pellius* C. XII 4408 hominum fortasse indicat origine Hispanum.

grinorum filii ita plerumque appellati sint. Enumerata sunt eius generis nomina omnia inter cognomina in indice corporis inscriptionum Latinarum, unde numeros inscriptionum singularum ex parte frequentissimarum hic non repeto. Sed genera eorum singula iuvabit hic breviter memoravisse.

Natalicia hic ut alibi indicant numeralia non raro haec:

Primus	*Secundus*	*Tertius*	*Quartus*	*Quintus*	*Sextus*

perraro, ut credideris, haec

Septumus	*Septimenus*	*Octavius*	*Nona*	*Decimus*

Similis generis sunt hic ut alibi frequentia:

Avitus	*Fraternus*	*Paternus*	*Seneca*
Gemellus	*Maternus*	*Primitius*	*Senecio*
Geminus	*Maximus*	*Priscus*	*Vitalis*

A corporum habitu variisque proprietatibus desumpta sunt haec, praeter ipsam Italiam etiam in Gallia et in Germania, quantum video, frequentia:

Albinus	*Celer*	*Florus*	*Niger*	*Rubidus*
Bassus	*Celsus*	*Fronto*	*Oculatus*	*Rufus*
Caesia	*Flaccus*	*Fuscus*	*Paullus*	*Silo*
Caeso	*Flavus*	*Longinus*	*Pollio*	*Valentinus*
Capito	*Flavinus*	*Macer*	*Proculus*	*Vegetus*

Nota haec et vetusta gentium Romanarum nobilium cognomina hominibus peregrinis indita videntur esse certas ob causas, interdum sensu vocabulorum appellativo. Non enotavi mulierum nomina similia *Flava Paulla* cet., item satis frequentia. Similiter indicandum de rarioribus eis, quae ab animi dotibus derivata sunt:

Amoenus	*Iustus*	*Optatus*	*Severus*	*Valens*
Iucundus	*Modestus*	*Quietus*	*Suavis*	*Victor*

Selegi frequentissima in peregrinis; atque notandum est, *Faustus Felix Fortunatus* nomina inter Romanos frequentissima in peregrinis Hispaniae observata non esse. Patriae, ut alibi quoque frequenter, naturam depingunt haec:

Agrestis	*Montanus*	*Rusticus*	*Silvinus*
Campanus	*Ripanus*	*Silvanus*	*Villanus*

Denique feris aequiperantur homines feroces appellati

Aper	*Cervus*	*Lupus*	*Taurus*	*Ursus* [149])

Cum nominibus hisce a bestiis desumptis conferantur quae infra adnotata sunt de *Ochoa Garcia* nominibus Hispanis recentioribus (§ 45). Inde explicatur, nisi fallor, quod hominum insignium sepulcra ornari solebant ab Hispanis imaginibus lapideis ferarum, aprorum potissimum et taurorum, qui ibi olim frequentissimi fuisse putandi sunt. Scilicet imagines illae in sepulcris collocatae, quibus nomina defunctorum inscribebantur (C. 734 947 2727 2910 3051 3052), tam sunt numerosae apud Arevacos Carpetanos Vettones et in Hispaniae interioris regionibus, quae ad septentriones et occidentem spectant, atque in Lusitania (tria milia amplius in regionibus modo indicatis exstitisse Aurelianus Guerra observavit), ut doctis Hispanis termini potius regionum et gentium, quam signa sepulcralia fuisse visa sint. Hoc tamen multo probabilius est propter nomina defunctorum in quibusdam inscripta; in reliquis sane multo pluribus omissa sunt, ut in vetustioris aetatis sepulcris fere omnibus. Ita in aliis regionibus, potissimum in Callaecia, signa virorum defunctorum admodum rudia, interdum cum inscriptionibus, sepulcra ornabant (C. 2462

---

149) Accedit fortasse *Butrio* i. e. buteo C. 668.

2516). Ut monumenta haec, ita etiam nomina Latina hominibus peregrinis indita propter ipsam frequentiam referenda sunt ad consuetudinem patriam videnturque quasi imaginem praebere nomenclaturae Ibericae in Latinum sermonem conversae.

Inter nomina hominum Hispanorum omnium fortasse frequentissimum *Reburrus* est, potissimum apud eos, qui ex Celtiberia oriundi sunt. Exempla eius ex Hispania ipsa circiter triginta index meus exhibet: *Reburrinus* inde derivatum in novem inscriptionibus exstat, *Reburrina* in una: *Reburra* femininum nusquam. Ceterum in Gallia multo rarius (C. XII 328 3315 3340 5951), in provinciis vero omnibus inter milites natione Hispanos repertum est. Tamen originis videtur nec Ibericae esse, iam propter *r* initialem, nec Gallicae, sed Romanae. Legitur enim *reburrus* vocabulum in glossariis Latinis et significat hispidum, 'cuius primi capilli altius horrescunt': unde fieri potest ut compositum sit ex *re* et *burrus* sive *birrus* (πυῤῥός?): velut rebellis, recalcitrans. Graece enim vertitur in glossariis bilinguibus ἀνάσιλλος, ἀναφαλαντίας: Francogallis *rebours* is est, *qui a les cheveux rebroussés*, et translate, 'adversus sive morosus'[150]). Capilli Hispanorum torti a multis memorati et in capitibus virorum conspicui, quae nummi exhibent, indicant originem nominis, unde mulieribus inditum non est: deinde, ut nostrum *starr störrig*, transferri potuit ad animi condicionem designandam inter Iberos fortasse non infrequentem. Itaque hoc quoque nomen quamvis Latinum inter consuetudinis peregrinae testimonia habendum est.

42. Segregavimus Africana Graeca Latina negotio non magno: gravior hic quoque, ut in nominibus locorum (supra p. XCV) et deorum (p. CXI), difficultas exsistit in nominibus Celticis ab Ibericis seiungendis. Celticae vero originis vestigia etiam in virorum mulierumque nominibus deprehendi per se probabile est. Quae ut agnoscamus, adiuvamur certe investigationibus a Zeussio, Glückio, d'Arbois de Jubainville institutis, quamquam quaestionem difficilem minime absolvunt. Nam Celtica expiscari ex oceano nominum peregrinorum, quae in regionibus olim a Celtis habitatis omnibus inventa sunt, plenum opus est aleae. Continentur ea in indicibus voluminum corporis tertii Illyrici, quinti Galliae cisalpinae, septimi Britanniae, duodecimi Galliae Narbonensis et, cum tertio decimo Galliae propriae adhuc careamus, in syllogis Rhenana Brambachii, Burdigalensi Camilli Jullian, aliis, deinde in Aquitanicis eis, quas supra (p. CIX) indicavimus una cum elenchis nominum a Creuly Thédenat Holdero compositis. Sed cavendum est, ne cum Celticis confundantur Ligustica Dalmatica Moesica Pannonica Raetica Norica, quae in regionum illarum inscriptionibus exstant non rara. Itaque ante editum corporis volumen Gallicum et ante absolutum Holderi thesaurum quae aliqua cum probabilitate Celtica esse existimamus in Hispaniis haec fere nomina reperta sunt

	Hispanica:	Gallica:
	Acco C. *361 2734 2771	*Aco Acco* in regionibus Celticis frequens
	Aio Aiio in Hispania satis frequens	*Aio* C. III 4597 *Aiiu* C. III 11481
	Alaucus in vasculo C. 4970 15 et in amphora Tarentina Ephem. VIII 1891 p. 60 n. 242, 2[151])	*Alaucus* Narbone C. XII 4801
	Alco Saguntinus Liv. XXI 12, 4	*Algo* C. XII 4878
5	*Aleba* Celti f. vir. C. 755 Areonis f. vir. C. 5223	*Alebo* C. V 5218 7072 7803

[150]) Vide quae post alios adnotavit G. Groeber in Wölfflini Archio lexicographiae Lat. V 1888 p. 234, qui tamen [illegible] fuit nominis proprii inter Hispanos veteres frequentis.

[151]) Cum praeter Narbonem et vasculum Italicae fortasse originis Spoletii tantum hoc nomen [illegible] C. I 1408 = XI 4771 Hirschfeldius *Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst* VIII 1889 p. 132 putat [illegible] Gallica vel Iberica cogitaveris.

Nomina Celtica

Hispanica	Gallica
Alluquius in Lusitania frequens	*Aleioucus* C. XII 4006
Aletius C. 733 *Alethius* 6338 *a* *Aletea* 2272	*Aletius Aletia* C. V 609 1293 2892 5486 8110 37 pagus *Aletanus* C. XII p. 202
Ammo C. 2797 *Amme* 880 2668 *Ammius Amius* C. 2675 5686 5763 6338 *k* *Ammica* 3198 *Amminus* 146 454 *Amina* 623 *Aminna* 2726	*Ammo Ammius* in regionibus Celticis frequens
Andergus C. 2465	*Indercus Indercillus Intercillus* Jullian n. 257 259
Andotius C. 5675	*Andus* populi nomen in regionibus Celticis frequens *Andosi* populus v. p. XCVI *Andosus Andossus* infra § 43
Antelus Reburri f. C. 2387 cf. *Andelo* locus	*Antelus* Eburo Brambach 905 cf. *Andelacus Andelavus Andelipa* cet.
Atitta vir. C. 1087	*Atito Atitto* C. III 4773 5523
Atto C. 2835 *Attua* mul. 2673	*Atto Attus* in regionibus Celticis frequens
Aucalus C. 5509	*Aucalo* C. XII 1088
Baninius C. 5972	*Banona* mul. C. XII 566 V 6621 C. III frequenter
Bedunus C. 2507 *Betouna* 2861 *Betunia* 2788 gentis nomina	*Bitunus Bituna* C. XII 89 2356 *Bituno* C. V 6553 *Bitunia* C. XII 2288 *Butuna* C. XII 80 add.
Bodecius C. 2607 2633	*Boduacus* C. V 3503 7720 XII 1231 cet. cf. *Boduogenus*[152])
Boudenna C. 5271 *Boudinna* 625 *Boudica* 455	*Boudus Boudius Boudicca Boudutius* nomina Celtica; v. Holder s. v.
Botia C. 5812 *Boutius Boutia* frequens	*Bottio Bottia* C. III 4915
Borea vir. C. 4963 *Boria* mul. 3013	*Boria* vir. C. III 1748
Burrus[153]) C. 5860 = 3051 Silius XII 560	*Burrus* C. III 3193 5418 XII 537
Calactus C. 2968 3298 *Claetus* C. 2903 *Cleta* 2268	*Caletes, Caleti* Galliae populus[154]) *Caletinus* C. XII 5686 157
Caranto C. 2286	*Caranto* C. XII 3802; *Carantus, Carantillus* frequentia
Callaici Gallaeci populus	Catalus *Callaei* f. Sequanus C. V 907 *Caturiges*[155])
Caturo in Lusitania Asturia Callaecia frequens	*Caturo* C. V 7224 *Caturus* C. III 2779 *Catuso* C. XII 2585 *Catupris* vir. genet. C. XII 3031
Dercetius deus, *Dercenna* fluvius	*Der[c]o* C. XII 2461 *Derce[i]o Derceia* C. V 910 6371 XII 5788[156])
Docius C. 628 2633 cf. *Docilo Docquiricus*	*Doco Docco* C. V 6621 7898
Doviderus Doiderus C. 5708 5711 5714 5720 5738 *Dovidena* 5744 *Dovilo* 802	*Doviccus Doiccus* C. XII 5686 322 323
Egoitus C. 2949	*Egeius* C. XII 90
Elguismio C. 2613 3061	*Elvisius* C. III 4909 *Elvisso Elvissia* C. III 4909 5523
Eparus C. *458 1917	*Epato* C. XII 1398
Gutamo Gutamius C. 782 796	*Gouto* C. III 5480
Lalla mul. C. 2749	*Lallo Lallus* C. III 6010 116 117
Maelo Mailo in Lusitania frequens	*Maelo* C. V 7356 XII 2211 3721 5686 4

152) *Bodencus* sive *Bodincus* Padi nomen primitivum utrum Celticae an Ligusticae originis an alius cuiusdam putandum sit adhuc disputatur; Ibericum vix existimabitur. Dixerunt de his et similibus Zeuss-Ebel p. 34, Glück p. 53 s. Infra (§ 45) *Podengo* hominis nomen Hispanum inveniemus.

153) A πυρρός vocabulo et Πύρρος nomine *burrus* et *reburrus* (v. p. CXVII) diversa videntur.

154) *Caletes* supra p. XCVII cum locorum nominibus similibus Hispaniae composui.

155) Dixerunt de eis deque nominibus similibus Glück p. 47, d'Arbois de Jubainville *noms gaulois* 1 p. 19 s.

156) Inde etiam *Dercina Nanataria* in titulo urbano C. I 918 = VI 8279 mulier originis Celticae videtur.

	Hispanica	Gallica
35	*Madigenus* C. 926	*Madico* C. V 4602 cf. *Matrico Rev. épigr. du midi de la Fr.* 1885 n. 539
	Mato C. 926 *Matuna* 1209	*Matuus Matua* Jullian n. 176 178
	Orgenomesci Astures	*Orgetorix* d'Arbois de Jubainville *noms gaulois* I p. 71 ss.
	**Orecetus* C. 2723	*Orgeteius* C. III 5191
	Poemana mul. C. 717	*Poemani* populus
40	*Sambarulla* mul. C. 5944	*Sambarra* vir. C. III 5565
	Samacia C. 764 842 *šamala* nummus n. 106 *Samaius* C. 3679	*Samicanta* Goutoni f(ilia) C. III 5480
	Segeius C. 2698 *Segilus* 4338 *Seget(ius) Bol. de la Acad.* XX 1892 p. 540	*Sega* mul. C. V 4717 XII 5096 *Segia* C. V 7222 *Segessa* C. V 4717 *Segeius* C. XII 5163
	Segovesus C. 2871	*Segovesus Segovetus* nomina Celtica nota
	**Segovetes* C. 2855	
45	*Senario* mul. C. 5856	*Senarre* mul. C. III 4917 *Senarris* Sacaze *Luchon* p. 69, 33
	Sudecro vir. C. 2183	**Sudecentus* C. V 900
	Talotius C. 5232	*Tallutius* C. XII 277 *Taluppa* vir Jullian n. 252 *Taluppius* C. V 5555
	**Tammarus* C. 2942 cf. *Tamaga* fluvius Callaeciae	*Tamacus* C. III 5080
	Taracca mul. C. 3875	*Tarracus* C. XII 5886 63 III 6010 217
50	*Titicus* C. 5447	*Tituces* genet.? C. III 5080
	Tongeta (Tonceta) Tongetamus Lusitanica	*Tocetus* Jullian n. 19
	Touto C. 440	*Touto Toutus Toutius* Celtica Zeuss-Ebel p. 34. Glück p. 65
	Turo C. 2504	*Turones Turoni* populus
	Vaenico mul. C. 5833	*Vaeno* mul. C. III 5697
55	*Uccius* C. 5032	*Uccus* C. III 5451
	**Uccaba* C. 2756	*Uccu* mul. C. XII 2476
	Velaunis vir. C. 1589 1590	*Vellauni* Galliae populus[157]), etiam hominum nomen *Vellaunus* est: *Velacus* C. V 7845 7897 *Vellaco* C. V 7888 *Velagenus* C. V 6903 7050 XII 89 3964 *Veladus* C. XII 3894
	Veliagu gens C. 5715	
	Virius C. 5250 cf. *Viriatus* et supra § 24	*Virius* C. XII 1124
60	*Ureus* C. 5638 cf. *Uralus Uravus Urauvus*	*Urus, urium* (supra p. LXXXIII) d'Arbois de Jubainville *noms gaulois* I p. 138 *Urio Uritto* C. XII 3478

Atque haec quidem nomina, quae augeri poterunt, quando volumen corporis XIII absolutum erit, originem Celticam satis aperte prae se ferunt. Quamquam inesse possunt quae etiamsi similiter sonant, tamen diversae originis sunt; nam sonos fallaces esse hic quoque memoria tenebimus. De aliis quibusdam potest dubitari.

Ambactus vocabulum Celticum notum (vide Holderus s. v.) hac quidem forma nusquam in Hispania repertum est: sed *Ambatus* sive *Ambadus* nomen ibi frequens.

Aturennus C. XII 2920 et *Atturita* Jullian n. 174 Ibericae originis facile crediderim: cf. quae de *Aturri* fluminis nomine supra (p. XCVI) adnotavimus. Sed *Aturo* nomen, quod semel Citaniae repertum esse credidimus, nuper *Caturo* potius fuisse edocti sumus (C. 5250) in Lusitania frequens.

Boutius nomen in Hispania frequens est; radices *Bod-*, *Boud-* supra vidimus Celticas esse. Sed *Boutius* in Galliis cisalpina et transalpina paene non comparuit, si figulorum nomina quaedam exceperis: *Bouterio* est C. III 4944.

[157]) Dixerunt de eis Glück p. 104. 178, d'Arbois de Jubainville *noms gaulois* I p. 27 ss.

Contra ab eadem ut videtur radice derivata *Bodero* C. 5711 5729 5733, *Bodives* 5711, *Bodilcos* n. 120 *f*. *Bodon* C. 2114 Hispanica tantum sunt, non Gallica.

Camulus dei hominumque in Galliis nomen satis frequens est, item inde derivata *Camulius Camulatus Camulinus*; vide Glück p. 101, Jullian n. 219 220, C. III 4887 4893 5479 XII 744; item *Camulodunum* (non *Camalodunum*) Britanniae oppidum notum. In Hispania vero forma haec nusquam adest, sed *Camalus* nomen in Callaecia frequentissimum.

De *seg*- radice in Celticis et Celtibericis frequentissima dixi supra p. XCVIII. In talibus igitur radices fortasse Celticas, formam Ibericam agnoscere atque nomina illa proprie Celtiberica dicere licebit.

Ulattius in nummo Obulconensi n. 120 *f* si certum esset, Celtas ibi in Baetica propria remansisse demonstraret, non in Baeturia tantum Celtica quae dicebatur; nam Celticae originis nomen est aliunde satis notum.

Contra nomina proprie Gallica terminata in *-rix*, *-dumnus*, *-marus*, *-vicus* in Hispania reperta non sunt, exceptis paucissimis. Nam *Dubertix* C. 1487 cf. p. 869 et diversum est et incertum; *Vismarus* apud Livium XXIV 42, 8 regulus Gallorum est; *Megaravicus* dux Numantinus apud Florum I 34, 4 potest fuisse Celticae stirpis. In *-genus* (*-cnos*) terminata, quae sunt formae Celticae notae, pauca in Hispania habemus haec:

Madigenus	*Madugenus*	*Magenus*	*Retugenus*[158])	*Sangenus*

Praeterea formis Celticis similia sunt terminata

in *-acus* (*-agus*):	*Samacia*	*Siaco*	*Tavacca*	*Veliagu*	..*ulibagus*
in *-aesus* (*-esus*):	*Alaesius*	*Balaesus*	*Elaesus*	*Lobesus*	*Nolaesus*
in *-etus*:	*Angetus*	*Ancetolus*	*Orecetus*	*Tongetus*	
	Ange[t]icus	*Cerdubetus*	*Seget(us)*		

De *-et* suffixo in locorum populorumque nominibus frequenti diximus supra (p. CII s.); cum *Lobesus* componendum est *Lobetum* loci nomen. Contra *Attisaga* vir. C. 1374 et *Turaga* mul. 6336 *a* videntur Iberica esse, quamquam Celtica novimus *Bitudaga (Bituduca) Comagus*.

Atque nomina haec sive certo Celtica sive Celtiberica omnia sunt hominum, qui in septentrionalibus et occidentalibus paeninsulae regionibus vixerunt, ubi Celtas olim consedisse certum est. Ibi nomina Celtica in nobilium maxime familiis late propagata et diu conservata esse mirum non est. In reliquis regionibus proprie Ibericis prorsus desunt. Ceterum in Celticis similiter atque in Ibericis diphthongi *ai* et *ae*, item *au* non rarae sunt; quorum exempla non adscripsi.

Etiam *ei* et *ou* non desunt, ut in

**Ageitius*	*Couneidoqum*	*Meid(unus)*	*Veicius*
Alleicea	*Meiduber*	*Seitus*	**Useitius*

omissis eis quae in *-eius* terminantur non multis, et in:

Boudenna	*Cloutius*	*Couneidoqum*	*Doutius*	*Touto*
Boutius	*Couneancus*	*Coutius*	**Loucinius*	

Sed solet hic diphthongorum usus ad Graecum exemplum sive Romanum vetustioris aevi referri non sine probabilitate. Sane *Boudenna Boutius Touto* Celticae originis esse vidimus (vide supra p. CXVIII et Zeuss-Ebel p. 34).

Quae composuimus nomina Celtica in Hispania observata possunt quidem ex parte hominum esse, qui aetate demum imperatorum ex vicina Gallia in paeninsulam venerunt singuli variis ex causis; ut iam antea diximus. Maior vero pars nominum illorum, coniuncta cum locorum deorumque Celticis, quae supra enumeravimus (§ 35 et 39), sufficit ad demonstrandum luculentissime, quod antea in universum magis divinare quam argumentis probare licuit, scilicet Celtas post migrationes saeculi sexti exeuntis in certis quibusdam paeninsulae regionibus consedisse, urbes condidisse, deos proprios coluisse, in gentibus familiisque nomina patria conservasse quamquam

[158]) *Ritucai (Ritucni?)* est in titulo Gallico vetusto C. XII 1714 = Ex. scr. ep. 37; Galli videntur esse origine L. Milionius *Ritu[genus?]* in titulo Spoletino C. XI 4892 et Tib. Iulius *Reitagenus* decurio alae Augustae Ituraeorum Bramb. 2003; Hispanus est *Retugnus Magilonis f. Segontilieses eques ala Longiniana* in titulo Bonnensi *Bonner Jahrb.* XCIII 1892 p. 193.

mixtos cum indigenis, e quorum lingua quaedam adoptabant suaeque ipsorum linguae similia faciebant; unde Celtiberi recte dicti sunt a Graecis et Romanis.

Nomina Iberica

43. Segregavimus nomina sive Celtica sive Celtiberica. Restat numerus proprie Ibericorum non exiguus, quem indice peculiari (III II *a*) comprehendi. Tenendum autem est nomina haec hominum peregrina omnia similiter atque locorum deorumque servata nobis esse non formis propriis et patriis, sed a Romanis linguae Ibericae ignaris suum in modum pronuntiata et interdum graviter sine dubio mutata. Quod cum aequabiliter cadat tam in Celticae quam in Ibericae originis nomina, formas infra enumeravimus utriusque nominum generis saepe coniunctas. Atque incipiemus ab eis nominum formis, quae imitationem sive adsimilationem in terminationibus non minus late patuisse docent, quam in locorum nominibus.

a. Hispanica

Vetustam nominum gentiliciorum apud Romanos terminationem scimus fuisse -*aius* pro -*aeus*, recentiorem -*eius*, -*ius*[159]). In Callaecia potissimum reperta sunt nomina haec

in -*aius*: *Adaius* *Caraius* *Contivaius* *Dutaius* *Tritaius*
Araius *Clutaius* *Dovaius* *Pintaius* *Turaius*

Celtica eius generis composuit Zeuss-Ebel p. 29. Itaque dubitari potest terminatio haec utrum peregrina sit an Romana. Pauca tantum exstant in -*eius* terminata:

Aeteius **Areius* **Culceius* *Lonceia* (*Longeia*) *Ponceia* *Siseia*
*Ἀπουλήιος **Aureius* **Dauceius* *Pellieius* **Segeius* *Triteius*

Apuleius latro Appiani aut non recte traditur aut consulto mutatus est ad exemplum nominis Romani. Cognata eis fortasse sunt terminata

in -*avus*, -*aba*, -*aus*: *Anaus* *Talavus* *Uccaba* *Uravus*[160])
Celticis, velut *Cassavus* *Dugiavus* *Iccavos*

similia et componenda fortasse etiam cum formis

in -*ua*: *Mantua* *Carasoua*
et -*ovius*: **Nantovius* *Pentovius*

Pro -*eius* Romae et in Italia -*eus* rustice pronuntiatum est et scriptum non raro. In Hispania habemus

Aletea *Arcea* *Boutea* *Coemea* *Pictelancea* *Triteus* *Ureus*
Alleicea *Bolosea* *Celea* *Pinarea* *Tea* (*Teia*) *Tureus*

Sed inveniuntur etiam

Aleba *Talerus*

unde idem illud -*ea*, -*eus* originem capere facile potuit. Quas in nominum geographicorum formatione supra deprehendimus terminationes in -*aecus* -*ecus* -*egus*, eaedem redeunt in nominibus hominum:

Boveeus *Bovegius* *Melgaecus*[161]) *Bovecio* *Caenecaenus* *Paciaecus*[162])

Ea, ut locorum nomina similia, facile transire potuerunt in -*icus*, -*igus*, quorum haec habemus exempla satis frequentia:

Abricus *Ange*[*t*]*icus* *Aranicus* *Caturicus* *Imunica* *Plandica* *Vatricus*
Alticus *Antubellicus* *Caelionica* *Dessica* *Luguadicus* *Tallicus* *Venica*
Ammica *Apilicus* *Caenicus* *Doquiricus* *Medanica*[164]) *Talticus*
Amusicus[163]) *Araica* *Caricus* *Garonicus* *Pagusicus* *Vendiricus*

---

159) Videantur quaestiones meae onomatologicae Ephem. epigraph. II p. 26.

160) Cf. *Memandus Ledari* Brigantii in Raetia C. III 11884.

161) Eiusdem radicis *Melgar* locus aliquis Castellae est in instrumento a. 950 nominatus in Thomae Muñoz *Coleccion de fueros* (Matriti 1847) p. 27.

162) Nomen *Pacheco* inter Hispanos adhuc servatum inde derivandum esse olim observavi: v. Caroli Justi *Diego Velazquez und sein Jahrhundert* I (Bonn 1888) p. 63.

163) Princeps Ausetanorum apud Livium XXI 61, 11 est: unde nomen non e Graeco ἄμουσος derivatum, sed illi adsimilatum puto.

164) A *Medamus* derivatum aperte cum mutatione nasalium inter Iberos non rara.

Idem valet de terminatis in *-anus -enus -inus*, quae omnes notissimae sunt nominum Romanorum formae. Sed tamen adiunctae radicibus peregrinis videntur in hisce:

Abana *Carianus* *Longanus* *Manutanus* *Poemana*
Borana *Elanus* *Lubianus* *Mecanus* *Tagana*

Peregrina item terminantur in *-inus* haec:

Amminus *Caucinus* *Mentina* *Tancinus* *Visad[u]quinus*
Apinus *Loncinus*[165]) *Sucninus* *Tarquinus* *Urtinus*

Nam *Tancinus* sive *Tanginus* inter nomina Iberica sive Celtiberica frequentissimum est. Conferatur etiam *Herminius* mons in bello Alexandrino memoratus. Quae proprie Iberica videntur in *-ainus -aenus* terminata

Blecaenus *Boblaenus* *Caeneecaenus* *Caucaenus* *Turainus*

transierunt facile in *-enus -ene -enes* formata Romanis et Celticis (ut *Cantosenus*) similia:

Anenus *Catuenus* *Doridena* *Norenus* *Secenus*
Arenus *Celemenenus* *Ladienus* *Orbienus*
Caburene *Clodamenes* *Lamenus* *Patenus*

Comparanda cum hisce populorum nomina

Eleni (*Helleni*) *Cileni* aquae *Origenae*

et Avieni *Sordicenus* caespes: sed diversa sunt Celtica in *-cĕnus* (*-cnos*) *-gĕnus*.

Latina sunt in *-atus* participia multa: sed sive Ibericae sive Celticae originis videntur esse

Aviratus *Cirtiatus* *Lovatus* *Lupatus* *Perecatus* *Viriatus*

Atque Viriati nomen, quod scriptorum Latinorum codices optimi, item inscriptiones ita sine aspiratione, Graeci Οὐιρίαθος (Strabo, Dio) sive Οὐιρίατθος (Appianus) scribere solent, supra (p. LXXXIII) vidimus a viriis vocabulo sive Latino sive Celtico derivari. Inter nomina Celtica pauca eius generis observata sunt *Biracatus* sive *Biracattus* et *Belatu-cadrus* Martis Britannici nomen (v. Holderus sub vocibus).

Praeter terminationes hasce Latinis et Celticis comparandas proprie Hispanae, sive Ibericae sive Celtibericae, hae videntur esse:

in *-ancus:* *Couneancus* *Turancus*

componendae cum gentium nominibus

Auvancum *Caecanq(um)* *Contucianco* *Eburanco* *icesanqm* n. 93 *P..iganco*

quae possunt breviatae esse ex *-anicum*; cf. *Leran[i]qum* C. 2737. *Mogiancus* fortasse Celticum C. III 4944 6491 *11555, *Serrancus* Aquitanum. Non minus rara sunt nomina terminata

in *-agus:* *Turaga* mul.

in *-ocus -ogus -ocius:* *Annoca* *Pellioeus* *Pisocia* *Tormogus* *Urcaliocus* cf. *Corocacoroeaucus*.

Similiter formata sunt gentium nomina

Abboiocum *Longeidocum* *S[e]aniocum* *Clounioq(um)* *Segossoq(um)* *Uloq(um)* **Etommoq(um)* (infra § 47).

Sequuntur formata

in *-ucus -ucius -uquius:* *Allucius* *Alluquius* *Contucius* *Pusiuca* *sisuc* n. 188

in *-arcus -orcus -ercus* (*-ergus*): *Alorcus* *Andergus* *Cabarcus*

comparanda illa cum Aulercis Galliae populo: deinde

in *-edus -(e)dus -oddus:*

Ammedus *Asedus* *Cabedus* (cf. *..utuda*)
Mebdus *Meddus* *Valoddus* (cf. *Congedus* *Heledus* fluvii et *Malodes* mons Avieni)

in *-andus -ondus -endus:*

Ancondeis *Letondus* *Mermandus* *Plendus*
Atlondus *Melmandus* *Paugendus*

[165]) Quod ut *Loncinus* Ibericum potest non diversum esse a *Longeius* *Longinus* nominibus Romanis.

in *-unus -unnus:*	*Abrunus*	*Attunus*	*Ilmeunnus*	*Maiuna*	*Matuna*	*Viscunos*

quae cum Celticis similibus componenda sunt.

Sequuntur quae terminata sunt

in *-alus -alius:*	*Aucalus*	*Cacalo*	*Negalus*	*Sogalus*	*Vendalus*
	Bovalus	*Camalus*	*Samalus*	*Tridallus*[166]	*Visalus*
	Burralus	*Munigalius*	*Settal . .*	*Vabalus*	*Uralus*

Camalus supra dixi frequentissimum in Lusitania et a *Camulo* Celtico diversum. Accedunt terminata

in *-elus -ellus -ellius:*	*Antelus*	*Avelus*	*(Cerbello)*	*Progela*	*Urchatetellus*
	Antubelus	*Cerevella*	*Lepecellus*	*Targellius*	
in *-il -ilus -illus:*	*Apilus*	**Munilla*	*Segilus*	*Tiogilus*	
	Campilus	*Pentilus*	*Sosimilos*	*Urchail*	
	Manilus	*Savigi[l]us*	*Tapilus*		
in *-olus -ullus -lus (-lius):*	*Ancetolus*	*Sambarulla*	*Ialglius*	*Veroblus*	*Vianeglus*

quae cum deminutivis Latinis similibus videntur convenire. Similia sunt Abila (nisi potius Phoenicium est) 'Ελούλιον montes, *Besilus* fluvius Avieni. Deinde

in *-amus:*	*Clutamus*	*Medamus*	*Tongetamus*
	Clodamenes	*Pintamus*	*Viamus*
	**Gutamus*	*Tautamus*	*Uraesamus*

Medamus inter frequentiora in Callaecia nomina est et fortasse componendum, ut *Medobriga Medugenus Meduttio*, cum *Mediolanio Medullus* Celticis (supra p. IC). *Medama* etiam in Gallia cisalpina reperta est C. V 980 = 1766. 1428; sed potest mulier Hispana eo inmigrasse. Supra (p. CXXI) habuimus *Medanica* muliebre inde formatum.

Non minus Iberica videntur esse terminata

in *-ar -arus -aris:*	*Cadarus*	*Ebarus*	*Lesuridantaris*	*Talabarus*
	Caisaros (Caesaro)	*Eparus*	*Mustarus*	*Tammarus*
	Contarus	*Lacarus*	*Palarus*	*Urcestar*

Caesaris nomen quamquam Latinae sine dubio originis est, tamen fuerunt, qui originem ei peregrinam vindicare studerent. Servius ad Aeneidis XI 743 haec habet: *Gaius Iulius Caesar cum dimicaret in Gallia et ab hoste raptus equo eius portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus qui eum nosset, et insultans ait 'caesar, caesar', quod Gallorum lingua 'dimitte' significat: et ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Caesar in ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem.* Vocabulum igitur aliquod Celticum ab ipso Caesare auditum visum ei est nomini suo simile esse. Spartianus reconditam doctrinam promere sibi visus cum scriberet in vita Aelii Caesaris c. 2, 3 *Caesarem vel ab elephanto, qui lingua Maurorum caesai* (sic libri scripti meliores, *caesar* Casauboni Regius) *dicitur, in proelio caeso eum, qui primus sic appellatus est, doctissimi viri et eruditissimi putant dictum* cet. Itaque etiam Punicum vocabulum Caesaris nomini non absimile exstitisse quibusdam visum est. His tertium accedit nomen viri sive Ibericum sive fortasse Celtibericum *Caisaros Caesaro*; quamquam fieri etiam potuit, ut ducis clari cognomen Hispani in usum suum reciperent paullo mutatum. Comparari potest quod hominibus quibusdam Africanis propter fortitudinem hisce temporibus *Bismarck* nomen inditum esse audivimus.

Sequuntur nomina sive formata sive terminata

in *-urus -urrus:*	*Aeburrus*[167]	*Albura*	*Metturus*	*Acturus*	*Caburene*	*[Ma]tura*

cum locorum nominibus similibus, quae supra composuimus, ut *Bacterrae Sigarra Calagurris Graccurris Gigurri* cet. Etiam *Caturo* Celticum huc pertinet, unde derivatum est gentile *Caturi-*

[166]) Cf. *Tritalico Tirtalicom* gentes.

[167]) Nisi male descriptum est pro *Reburrus*.

cus (C. 4 14[add.]) similiter atque *Pagusicus* (C. 22 27 28), in Lusitania ambo. sed formata a Romanis; ut *Sammonicus* in Africa. Deinde nomina Hispana formata sunt

in *-erus -ero -eris:*	*Arenterus*	*Bodero*	*Doviderus*	*Sigerus*	*Tascasecerris*
	Baesisceris	*Coronerus*	*Estiterus*	*Tannegiscerris*	

cum *Vadaveronis* montis apud Martialem nomine.

in *-irus:*	*Camira*	*Copirus*	*Doquirus* (*Docquiricus*)	*Pisirus*
in *-orus:*	*Caporus*	*Talorus*	*Taporus*	

quae populorum quoque nomina sunt.

Si addimus pauca terminata

in *-aesus -esus -essus:*	*Elaesus*	*Lovessus*	**Nolaesus*	*Secovesus*	
in *-ossus:*	*Caccossa*	*Leiossa* dea	*Segossoq(um)* gens		
in *-isus -ises:*	*Arcisus*	*Condisa*	*Orises*	*Pallisus*	*Vacisus*

quibuscum aliqua ratione comparandus est *Crabasia* mons Hecataei et Avieni: deinde

in *-itto:*	*Baritto*	*Uritto* C. XII 3478

quae non videntur componenda esse cum mulierum nominibus in *-itta* terminatis, quas scimus frequentes fuisse in Africa provincia aetate non nimis vetusta: denique

in *-otius -uta -utus -utius -uttio:*	*Andotius*	*Erbutius*	*Navitutius*	*...ndotius*
	Corocuta	*Mascutius*	*Talotius*	
	Corocutus	*Meduttio*	*Taurocutius*	

derivationum frequentiorum varietates fere exhausimus.

Si vocales solae respiciuntur, in quas exeunt nomina virorum, praeter *-us* et *-ius* terminationes Romanas etiam in *-o* et *-a* terminata reperiuntur frequenter. Sunt eius generis haec:

Aio (*Aiio*)	*Baritto*	*Docilo* (*Docilico*)	*Lucco*	*Qaico*	*Vatro*
Aranto	*Bodero*	*Dovilo*	*Maelo*	*Siaco*	
Arco (*Arcco*)	*Bodo*	*Duplo*	*Magilo*	*sisip* n. 127	
Arpo	*Boso*	*Dulio*	*Marno*	*Sulo*	
Arraedo	*Caeno*	*Eso*	*Miro*	*Toloco*	
Auvo	*Crastuno*	*Ibno*	*Neco*	*Vaelo*	

Eosdem autem etiam transiisse in *-us -ius -onus -onius* formas et mulierum nomina formata inde esse in *-a* et *-e* haec docent:

-o	*-onus*	*-us*	*-a (-e)*
Acco			*Acca*
Aio (*Aiio*)		*Aius*	*Aia*
Allo		*Allus*	*Alla*
Ammo		*Ammius*	*Amme*
Anio			*Anna*
Arquio		*Arquius*	
Atto			*Atta*
Caesaro		*Caesarus*	
Caturo	*Caturonus*		
Clutimo		*Clutamus*	
Cumo	*Cumonus*		
Laro		*Larus*	
Maelo			*Maelia*
Viro	*Vironus*		

Ibericum *auni* ab *Aio* fortasse formatum est in titulo n. XXVI. Notum est *Teutones Teutoni Turones Turoni* nominum Celticorum sive Germanicorum formas similesque iuxta in usu fuisse; ita in *-o* terminata genetivum in *-onis* et in *-oni* habuerunt sive, quod idem est, nominativum in *-onus*. Unde casu fortasse accidit, quod

Adronus *Albonius* *Maudonius*

adhuc sola reperta sunt, non *Audo Albo Maudo*; item

Munus (*Munnus*) *Munna*, *Nanna*

non *Munno Nanno*.

Insunt in his quae cum Celticis aliunde notis conveniant, velut *Miro* regis Suevorum nomen notum. Celticae originis videtur etiam *Maelo* esse, *Maeilo Mailo Melo* praeterea scriptum et inter Lusitanos hodiernos adhuc vigens ut gentis alicuius nobilissimae nomen, iam *Mello* scriptum, sed *Maelo* pronuntiatum: si modo recte cum *mellum* vocabulo Celtico, quod collem significet, componitur (vide Glück p. 137 s.: vide quae supra de *Mellaria* nomine observavimus p. LXXXIX). Ceterum rex Sigambrorum *Maelo* appellatus est in monumento Ancyrano (Lat. 6, 3).

Muliebre genus sermo Ibericus utrum omnino et quibus formis a masculino distinxerit ignoramus. Praeter formas Graecis Latinisque similes in *-a* et *-e* sive Celtica sive Iberica videntur esse mulierum nomina

in *-o* et *-on*:	*Acco*	*Baxo*	*Ranto*	*Sirvando*	
	Arocio	*Dercinio*	*Magalio*	*Moenio*	*Senario*
	Acnon	*Bilesceton*	*Sergeton*		

Inventa sunt haec mulierum nomina in *-o* pleraque in regionibus proprie Ibericis, in Baetica, in ora maritima orientali, in insulis Balearibus, non in Celticis Callaeciae et Lusitaniae.

Idem valet de reliquis virorum nominibus, partim vetustis et apud scriptores veteres servatos,

in *-o* et *-u*:	*Asitio*	*Cuccio*	*Irrico*[168])	*Litenno*	*Sosumu*
	Corentispo	*Edesco* (*Edeco*)	*Isapto* (*Isaptu*)	*Saraucio*	*Sudecro*
	Crastuno	*Iguaso*	*Lesso*	*Siricco*	
in *-os* et *-us* (*-u*):	*Apastos*	*Latnastus*	*Mernus*	*Terpulius*	
	Etpastus	*Licirnus*	*Pelgus*	cf. *Gensulia*	
	Garos	*Macpos*	*Sosimilos*		

in *-es* et *-is*:	*Acces*	*Indibilis* (*Andobeles*)	*Sipipes*	*Tannegiscerris*
	Aris	*Lesuridantaris*	*sisbe*. n. 188	*Tuscasecerris*
	Baesisceris	*Neitinbeles*	**sisiren* n. 120 *k*	*Trites*
	Barsamis	**Ocmugilis*	*Tannegaldunis*	

quorum unum *Sipipes* Callaecum est;

in *-a* *-as*:	*Aetara*	*Bareta*	Κοννόβας	[*Mu*]*turra*	*Sunna*
	**Andaitia*	*Borea*	*Corocuta*	*Nusatita*	*Tavacca*
	Apoita	**Cirus*	*Icesta*	*Sisanna*	*Uccabu*
	Appa	Κόλιχας sive	*Maqleda*	*sisera* n. 188	*Uprenna*
	Atitta	*Culcha*	*Munnu*	*Siseanba*	*Voccarecea*

Atitta potest Celticum esse; v. supra p. CXVIII. *Borea* Graecum: sed *Boria* mulier C. 3013 etiam in tessera C. 4963 peregrinum nomen gladiatoris esse indicat;

et in *-ua* (*-uia*):	*Ausua*	*Mantua*	*Orsua*	*Sunua*	*Toquia*

Soni barbarici deinde haec sunt virorum:

Icstnis *Igalchis* *Ildrons* *Vatinons* *Velgaan* *Viseradin*

quorum priora tria cum paenultimo supra vidimus coniuncta reperta esse cum Africae fortasse originis nominibus *Aenibelis Hanno Siseanba* (p. CXIV); item virorum:

Urcestar *Urchail* *Urchatetellus*

quae fortasse componenda sunt cum

Uracsamus *Uralus* **Uravus* *Urauvus* *Urcaliocus*

supra iam memoratis. Ceterum in *-is* *-ns* desinentia possunt genetivi esse. Mulierum denique haec sunt

Aminna *Aninna* *Barna* *Gensulia* *Insghana* *Teida* *Uninita*

[168]) Nisi hoc gentis potius nomen est pro *Irricom*.

Atnaeninis *Bastogaunini* *Galduriaunin* *Tannegadinia*
**Promut* *Simmodim* *Sufun* *Summoi*

nisi haec Africana sunt (cf. p. CXIV): denique

Maisontis *Silliboris*

Sonorum in nominibus hominum proprietates

44. Redeunt in nominibus hominum sonorum varietates proprietatesque eaedem fere, quas in locorum deorumque supra (§ 38 et 39) deprehendimus. Atque agemus hic quoque primum de proprie Hispanicis, deinde de Gallicis.

a. Hispanica

De *ei* et *ou* diphthongis ad Celticam sive originem sive consuetudinem relatis supra (p. CXX) iam dictum est. Inter reliquas diphthongos *ai* et *ae* hic quoque frequentes sunt (cf. supra p. CXI), veluti in

Amainius *Araica* Καυκαῖνος (*Caucinus*) *Qaico*
**Audaitia* *Caisaros* *Mailo* (*Maeilo*) *Turainus*

Qaico legitur in titulo aetatis recentioris (inscr. Hisp. christ. n. 97), utrum viri an mulieris incertum; conferri potest *Caixo* nomen mulieris Zeuss-Ebel p. 29. Accedunt in *-aius* terminata (supra p. CXXI). De pronuntiatione diphthongorum num fortasse per diaeresim fuisse putanda esset supra iam dictum est (p. CV).

Exempla frequentissima *ae* diphthongi non enumero. Deinde exstant

au in: *Audas* *Bastogaunini* *Galduriaunin* *Taurocutius*
Auledus Καραύνιος *Paugendus* *Tautamus*
Aunia Καυκαῖνος (*Caucinus*) *Saraucio* *Tautius*
Ausivos **Corocfavrocaucus* *Sauge*[*nus*?] *V*[*a*]*pocaudus*
Ausua **Dauceius* *Saunus* *Urauvus*

Saugenus propter terminationem atque *Vapocaudus* collatis *alauda bacauda bascauda* vocabulis Celticis possunt Celtica esse. Deinde

oi, oe in: *Apoita* *Doiderus* (ex *Doviderus*) *Egoitus* *oicq* (in nummo n. 110) *Summoi*
Bloena *Coelus* *Coemea* *Moenio* *Moeniacoeptus* *Moericus* *Soemutus*

e quibus *Coelus Coela* et *Coelius Quoelius* non videntur cum Coeliis Romanis componenda esse, sed peregrina et cum *Coello* nomine hodierno in Callaecia et Lusitania (*Coelho*) frequenti componenda. *Moeniacoeptus* reguli nomen inter Celtica solet numerari. In *Coemea* diphthongus transiit in *e*, *Quemea*. Habemus praeterea

eu in: *Eurus* (si modo Ibericum est, non Graecum) *Ilmeunnus* (cf. fons **Ameucnus*)

Ad *ei* diphthongi exempla

**Ageitius* *Meiduber* *Neitinbeles* *Veicius*
Alleicea *Meid*(*unus*?) *Seitus* **Useitius*

accedunt nomina in *-eius* terminata, quae fortasse casu tantum conveniunt cum Romanis similibus; ut supra de *-aius* observatum est.

Rariores vocalium coniunctiones adsunt hae:

ua in *Iguaso* *Luguadicus* cum Aquitanicis *Orcuarus* *Orguarrus*

et cum in *-ua* terminatis, quae supra (p. CXXV) composuimus; deinde

ao in *Caelaon*
ea in *Couneancus* *Mearus* *Siseanba* (nisi hoc Africum) *Tea* (*Teia*)

cum terminatis in *-eus* pro *-eius* (p. CXXI);

eo in **Eocimila*
ia in *Cirtiatus* *Viamus* *Vianeglus* *Viriatus*
io in *Tiogilus*
ui in *Elguismio* (quod Celticum esse probabile est)
ue in *Catuenus*

Quod *i* duplex scribitur inter duas vocales, ut in *Aiio*, et ipsum inde a Caesaris aetate a

grammaticis quibusdam Romanis praecipiebatur; sed potest etiam apud Iberos semivocalis vel spirantis sonum indicare.

Mutati vocalium soni exemplum maxime conspicuum nomen ducis est a Polybio et Livio frequenter in Scipionum historia memoratum, ab illo Ἀνδοβάλης et Ἀνδόβαλος, ab hoc constanter *Indibilis* scriptum, quamquam in Mandonii fratris nomine consentiunt; puto Livium auctorem Graecum ex annalibus Romanis tacite correxisse. Comparanda *Astapa Ostippo* oppidi nomina, quae supra (p. CVI) memoravimus.

Transeunt mediae in tenues et versa vice fortasse

in	*Ambatus*	*Ambadus*
	Bodo	*Boutius* (simodo haec recte componuntur)
	Pellus	Βέλλοι (nam *b* litterae sonus videtur Iberis defuisse)
	Tritaius	*Tridallus*

Βέλλοι Polybii etiam cum Pelendonibus videntur componendi. Deinde *b* in *v* transiit vel *v* in *b* ut apud Romanos inter vocales (cf. p. CVII); v. c. in *Lobesus Lovessius*. Transiit denique

l in *r*	in	*Melmandus*	*Mermandus*

Acuuntur scribendo praeter *m* et *n*, *l* et *r*, *s* et *t*

Acco	*Arcco*	*Caccossa*	*Docquiricus*	*Tavacca*
Cuccio	*Duccius*	*Pedaccianus*		

Rarae sunt aspiratae in proprie Ibericis, ut in

Chalaetus	*Calchisia*	Κόλιχας	*Insghana*	*Urchatetellus*
Chalbus	*Chilasurgun*	*Culcha*	*Urchail*	

nam vetusta regum nomina *Habis* sive *Abis* et *Arganthonius* vix huc trahenda sunt. Certa *f* litterae exempla nulla: nam **Aefes* C. 5085 corruptum est (fortasse ex *Aetes*); *Sufun* mulieris nomen fortasse Africum (p. CXIV). Ab *r* incipiunt *Ranto* et *Retugenus* sola; hoc certe Celticae originis, ut *Retus* praenomen peregrinum (C. X 8054 7 *a–c*) et derivationis forma Celtica indicant (cf. etiam *Reita* vir. C. V 3743 *Reitagenus* supra p. CXX adn. 158 *Retimarus* C. III 3645). Nam **Raerus* **Rappa* incertissima sunt.

Etiam *x* litterae, tam frequentis in Celticis, ut in *Divixtus Craxus*, exempla proprie Iberica nulla habemus, si excipiuntur *Luxinius* regulus Carmonensis apud Livium XXXIII 21, 7 et nomina locorum pauca, quae supra composuimus (p. CVIII); in Aquitanicis *x* frequens est, ut infra videbimus.

A duabus consonis item pauca incipiunt

Blecaenus	*Bloena*		
Claetus	*Cleta* [169])	*Cloutius*	*Clutamus*
Plandica	*Plendus* cf. *Pelendones*		
**Promut*	*Progela*		
Tridallus	*Tritaius Triteus* cf. *Tritalico* gens		

quorum aliquot Celticis adscribuntur probabiliter.

Rarae consonarum coniunctionis, sed quae Iberis propria videtur fuisse, haec sunt exempla

Atlondus	*Atnaeninis*	*Nitliata*	*Latnastus*	*Etpastus* cf. *Apastes*
**Catuenus*	**Ocmugilis*	*Sucninus* cf. fons	*Ameucnus*	
Licirnus	*Mernus*	*Mermandus*	*Melmandus* [170])	
Elguismio	*Ialglius*	*Ildrons*	*Maqleda*	*Vianeglus*
Melgaecus	*Pelgus*	*Pelsina*		

cum *Melso* Asturae fluvio,

Macpos	*Mebdus*	*Meddus*	*Valoddus*	*Talticus*	*Veroblus*

---

169) pro *Calaetus*; vide supra p. CXVIII.

170) Cf. *Memandus Ledari* p. CXXI adn. 160.

Comparanda etiam *Mundas* fluvius Lusitaniae et *Munda* Baeticae oppidum, *Vindius* mons. Radices nominum varias non recensui; una cum locorum et deorum nominibus coniunctas exhibent indices, unde facile perspicere licet.

b. Gallica Ut in locorum deorumque nominibus Iberos cis Pyrenaeos vestigia sermonis patrii reliquisse vidimus (§ 35 et 39), ita etiam inter hominum nomina quaedam eiusdem originis esse consentaneum est. Tamen hic quoque in tanta utriusque linguae obscuritate cavendum est, ne Celtica pro Ibericis, Iberica pro Celticis habeantur, cum praesertim non raro in Aquitania nomina Iberica cum Celticis coniuncta exstent in eisdem familiis. Scilicet gentes aliquot Ibericas antiquiores ibi inter Celticas recentiores et cum his mixtas habitasse non mirabimur. Sane ut populus Celtarum olim in Hispaniam pervenerat, ita postea homines Gallos in Hispaniam singulos et Hispanos similiter singulos in Galliam vicinam transmigrare potuisse et certo non raro transmigrasse facile concedemus. Etiam in inscriptionibus Galliae cisalpinae reperiuntur Ibericae sine dubio originis nomina *Maela Medama Reburrus Viriata*; scilicet hominum Hispanorum, qui eo venerant. Non raro igitur quae pro Ibericis quaeque pro Celticis habenda sint dubii haeremus. In universum autem quae non Celtica sed Iberica sunt ipsa formarum raritate distinguuntur. Aut enim tota differunt a vere Celticis, aut propter radices, e quibus derivata videntur, Ibericis similiora sunt quam Celticis, quorum terminationes interdum sequuntur. Interdum etiam contrarium accidit: radices Celticis similes sunt, terminationes Ibericis. Similia supra in locorum nominibus Celtibericis observavimus (§ 35). Itaque in componendo indice nominum Aquitaniae et Narbonensis Ibericorum (III II *b*) hanc mihi legem scripsi, ut omitterem quaecumque e consensu testimoniorum in Gallia cisalpina et transalpina, item in reliquis regionibus Celticis reperta pro vere Celticis habenda sunt, reciperem ea sola, quae aut e regionibus olim ab Iberis habitatis earumque vicinia proveniunt, aut similitudine cum proprie Ibericis aperta commendantur. Unde ex Narbonensi perpauca tantum admisi. Pleraque praebuerunt syllogae inscriptionum Aquitanicarum, quas supra (p. CIX) enumeravi. Addidi pauca ex ephemeridibus Francogallicis et ex Holderi thesauro. Nomina Aquitanica aliquot composuit iam Luchaire in libro studiorum item supra (p. LXXXV) iam indicato; sed complura postea accesserunt. Inscriptiones Burdigalenses a Camillo Jullian collectas etiam Ibericae originis nomina exhibere exspectaveris; sed vir doctus cum de lingua titulorum illorum diceret (*Inscr. de Bordeaux* vol. II p. 470 ss.), quaestionem de incolarum Burdigalensium origine et nominibus absolvere noluit. Sane ab erroribus in materia indigesta adhibenda vix cavebis; tantam autem nominum copiam congessi, ut satis inde proprietates grammaticae cognosci possent, etiamsi quaedam sine dubio me fugerunt. Quae inter Aquitanica illa occurrunt Celtica in indice quidem posui, quia conferunt ad Celtica in Hispania ipsa cum Ibericis mixta sive Celtiberica melius cognoscenda; sed sedulo ab Ibericis distinxi. Certo Iberica vix puto me omisisse; quamquam praestat peccare omittendo quam cumulando incerta et aliena.

Atque ut hic quoque incipiamus a terminationibus derivationibusque, pauca exstant terminata

in *-aius*: *Attaius* *Condaius* *Dunaius* *Illaius*

fortasse Celtica omnia (cf. p. CXXI); *Dunaius Duniosus* certe comparanda sunt cum *Duno Dunno* C. V 5618 6935 et cum *-dunum* vocabulo noto.

Rara et incerta sunt terminata

in *-aus -ous -eus*: *Heraus* (nisi dei nomen est) **Annous* *Andostea* *Borseus* (*Borsei* genet.)

Quae paullo frequentiora terminantur

in *-ius:*	*Abarcerius*	*Asspercius*	*Erdemius*	*Tarcius*
	Aedunnia	*Bonxorius*	*Noniconius*	*Urius*
	Anderitia	*Dannonia*	*Senius*	

partim Celticae partim Ibericae originis videntur, sed adsimilata formis Romanis.

Derivationes in Hispania frequentes in *-aecus -aegus -ecus -icus* desunt omnino, si unum exceperis Celtice sonans

Epaimaigus

Perpauca terminantur

in *-anus:*	*Erianos*	*Sorinianus*		
-enus:	*Aturenus*	*Cunduesenus*		
-inus:	*Conisouinus*	*Silabina*	*Sorinus (Sorine)*	*Tautinus*
-onus (onius):	*Dannonia*	*Ennebonus*	*Noniconius*	

Atque haec quidem omnia Romanum potius exemplum sequi videntur. Diversa contra et omnino Iberica sunt cum suffixis *-ann, -enn, -inn, -onn, -unn* formata, virorum

Odannus	*Orgoannus*			
Andostennus	*Belexennis*	*Cisonten*	*Sembetennis*	*Senhennis*
Bihoscinnis	*Torsteginnus*			
Andoxponnus	*Axionnus*	*Axionnis*	*Cissonbonnis*	*Senedonna* mul.
Sosonnis	*Votonna* vir.?			
Aedunnia	*Edunnis*			

virorum et mulierum

Acan..	*Ilahanni* dat.				
Accaten	*Bonten..*	*Cisonten*	*Ilahanten*	*Nahantenn*	*Sembetten*
Edunn					

quibuscum fortasse coniungenda sunt item mulierum

in *-en, -enis (-inis):* *Aldeni* *Anderesini* (cf. *Anderitia*) *Ereseni* *Neuresini*

Etiam haec flexionis forma (dativi sunt) potest orta esse ex imitatione flexionis graecissantis nominum in *-e* (*enis eni* cet.), quae nota est. Sed subsunt sine dubio formae peregrinae, quibuscum fortasse comparanda sunt nomina Iberica mulierum in Hispania *Galduriaunin* et *Sufun*; nisi hoc Africum est. Cum nominibus virorum in *-onnus -onnis* conferri potest *Abionnus* C. 5708.

Paene nulla exstant nomina formata

in *-atus -etus -itus -itius -utius:*

Anderitia *Atturita* *Soemuti* genet. *Toceta*

nam *Inescato* sive *Nescato* mulierum, *Lohitto* Ibericum, *Adeituus* (fortasse Celticum) huc non pertinent.

Rara etiam sunt et ab Hispanicis Celticisque diversa formata

in *-acus -acco -agus:*	*Attacco*	*Hannac..* cf. *Hannaxsius*	*Sanuacus*	*Unagus* cf. *Unagilla*
-ecco -icco:	*Ombecco*	*Iricco*	*Sembecconisa*	*Senicco*
-oco:	*Borroco*			
-uca -uccus:	*Bulluca*	*Leduccus*		
-augus:	*Sintaugus*			

(the *-ecco -icco* row also has *Siricco* in the last column)

Haec ex parte Celticis similia sunt, quibuscum etiam aliqua ex parte conveniunt

Asspercius *Indercus* (*Indercillus Intercillus*) *Laurco*

Desunt excepto uno formata in

-ancus: *Serranco*

Inter nomina formata

in *-adio -adus -edo:* *Dannadio* *Hotarzaradus* *Indedus* *Onatedo* *Sembedo* cf. *Saleduna Senedonna*

in *-alus -alis -ellus -illus -illo -olus -ullus:*

Actalus	*Urupalis*	*Baesella*	*Igillus*	*Mogillo*	*Unagilla*
Horeola	*Ogilolus*	*Bussullus*			

Iberica et Celtica videntur mixta esse. Iberica omnino sunt frequentia formata

in *-ar -arr -er -err -or -urr -ur:*

Bihotarris	*Bontar*	*Hanarrus*	*Hontharrus*	*Hotarrus*
Ocar..	*Orcotarris*	*Orcuarus*	*Orgnarra*	*Senarrus*
Etaroherrus	*Ohasseris*	*Osaherr...*		
Bonnoris	*Harsoris*			
Leiturro	*Sinturo*			

Solum *Eliamarus* Celtice terminatur; sed etiam *Cucurus* potest Celticae originis esse, cf. *Cucalo* C. V 5227 *Cucutus* 5714. Iberica item sunt pleraque

in *-asus -assus:*	*Aucasus*	*Tugassus*			
-aisis -aisio:	*Bilaisis*	*Bilcaisio*			
-esis:	*Argesis*				
-isus -iso -issus:	*Ahoissus*	*Haloissus*	*Lemiso*	*Lohisus*	*Sembecconisa*
-osis -ossis -oxsis:	*Barhosis*	*Dunohoxsis*	*Herossis*	*Ulohoxsis*	

Contra

in *-osus -ossus:* *Andosus* *Bortossus* *Condannossus* *Duniosus* *Ilunnosus*

Celticis similiora sunt. Sed cum iuxta

-ixus -issus, *Andosus* et *Andoxus* (*Andoxponnus*), *Belex* et *Belest*(*us*)

et praeterea

Iluberrixo Anderexo[171])	*Hannaxsus*	**Uiiaxsio*	*Uriaxe*
Bihoxsus	*Odoxus*	*Cambuxa*	*Titiluxsa*

deinde:

Bonxsus *Bonxso* *Bonxsorius* *Monsus* *Narhonsus* (cf. *nerhncen* Nummi n. 1)

exstent. *x* et *ss* variant, ut in Latinis; unde hic quoque Celtica et Iberica fortasse aliquando licebit distinguere.

Frequentia sunt nomina virorum

in *-o* et *-on:*	*Ai..o*	*Danno*	*Ebel*[*o*]	*Sorolito*	
	Axto	*Derro*	*Elo*	*Totto*[172])	
	Attaco	*Boneco*	*Halsco*	*Laurco*	*Serranco*
	Belexco	*Borroco*	*Hanaco*	*Talsco*	
	Iricco	*Ombecco*	*Senicco*	*Sirico* (*Siricco*)	
	Bilcaisio	*Dannadio*	*Serio*	**Uiiaxsio*	
	Onatedo	*Sembedo* (cf. *Donnedo* C. V 5596)			
	Bonxso	*Illixo*	*Ombexo*	*Sembexso*	*Senixso*
	Borso	*Lemiso*			
	Leiturro	*Sinturo*			
	Cison[173])	*Lohitton*	*Osson*		

iuxta quae raro, ut in Hispanicis, etiam formae exstant

in *-us:* *Bonxso* *Bonxsus* *Borso* *Borseus* *Hanaco* *Hannaxsus*

et genetivi

in *-oni,* non *-onis:* *Dannoni* *Eloni*

[171]) *Escuñau, Val de Aran* Fita *bol. de la Acad.* III 1883 p. 135 XI 1887 p. 327.

[172]) *Totto* Celticum videtur; cf. Tottus C. III 5479 et *Touto Toutus*, quae supra p. CXIX composui.

[173]) Vix comparaverim *cisium* vocabulum Gallicae originis, quod carpenti genus significat.

Rara contra sunt nomina simplicia (praeter in *-ius* terminata, quae supra composui)

in *-us* (*-os*): *Batrus* *Derus* *Harspus* *Hortus* *Sambus* *Sendus* *Tarros*
Conus *Hannus* *Harsus* *Monsus* *Sembus* *Sorus*

si recte ex genetivis in *-i* nominativos ita formatos esse concludimus.

Atque *Batrus* (cf. *Batro* C. III 5235) et *Sorus Sorinus Sorinianus Soriolito* cum *Consoranis* populo fortasse Celtica sunt; cf. *Surus* Roschach n. 160 Sacaze *hist. de Luchon* p. 42. 54 C. V 1393 4271 7229 III 3164 (Tribocus) cet. *Suricus* C. V 4856 III passim *Surilla* cet. *Surito* C. XII 4476, quae omnia a Syris omnino diversa sunt.

Donnus nobile est in Alpibus Cottiis nomen (cf. C. V 7231 7232 et 5335; *Donnedo* C. V 5596): redit autem C. XII 3591 et apud Sacaze civit. Consor. p. 10, 47. *Donnia* apud Bladé p. 118, 30. Itaque etiamsi Celticum fortasse nomen non est, tamen multo minus Ibericum putabimus, sed potius Alpinum Ligusticumve.

Multa praeterea sunt virorum nomina varie formata in *-es* sive *-is*

Bonnoris *Edunnis* *Gelais*
Belexennis *Sembetennis* *Senhennis* *Bihoseinnis*
Andoxponnis *Axionnis* *Cissonbonnis*
Bihotarris *Halscotarris* *Hontarris* *Hotarris* *Orcotarris*
Etaroherris *Ohasseris* *Osaherr...*
Argesis *Barhosis* *Bilaisis* *Herossis* *..arbelsis*
Atixsis *Berhaxsis* *Bonnexis* *Dunohoxsis* *Ulohoxsis*

quae videntur composita esse ex parte cum *Tarros* nomine (Bladé p. 26. 19).

Denique quae in *x* exeunt:

Bambix *Belex* *Bonbelex* *Erdabelix* *Harbelex* *Holox*

et quorum genetivi tantum traduntur in *-igis*:

Belheiorigis *Dannorigis* *Dunohorigis* *Origis* *Toutanorigis*

Iberica videntur esse, quamquam in *-rix* exeuntia admonent Celticorum, quae notissima sunt et nuper collecta explicataque ab H. d'Arbois de Jubainville (supra p. XCVI adn. 118). Cum *Ildrons Vatinons* Ibericis componenda sunt *Arirhons Narhonsus* Aquitanica.

Mulierum praeterea hic quoque virorum similes formae sunt.

Peregrinae omnino sunt formae supra (p. CXXIX) memoratae muliebrium

in *-en*: *Accaten* *Bonten..* *Hahanten* *Nahanten* *Sembetten*

cum *Cisonten* viri, ut videtur.

Accedunt formata

in *-o*: *Anderexso* *Erhexso* *Gerexo* *Hautenso* *Oiso*
Annicco *Germo* (sive *Cermo*) *Inescato* *Nescato*
Oro *Sentro*

Verum *Diseto* C. V 6025 XII 3602 *Suaducco* C. XII 3608 *Suaduttio* C. V 3552

Celtica potius sunt. Deinde Ibericae originis possunt esse formata

in *-u*: *Hunnu*

in *-x*: *Adcorix* *Silex* (cf. *Bonsilexsi*)

Solitum muliebrium exitum habent formae variae hae:

in *-a*: *Aterta* *Bulluca* *Hanna* *Horcola* *Siora* *Sulla* *Tleisa*
Saleduna *Senedonna* sive *Senodonna* *Silabina*
Belexseia *Lexeia* *Talseia*
Cambuxa *Sembeeconisa* *Uriaxe* *Titiluxsa*

et paucae, quorum dativi tantum traditi sunt,

in *-es -is*: *Baiexei* *Bonsilexsi* *Hahanni*

Hae fere sunt formarum varietates. Sonorum proprietates si respicimus, redeunt quae observavimus in proprie Ibericis sive diphthongi sive vocalium coniunctiones (praeter *-aius* et *-eia* terminationes)

ai, ae:	*Aedunnia*	*Baiexei*	*Bilaisis*	*Bilcaisio*	*Epaimaigus*	*Gelais*
ei:	*Adeituus*	[*A*]*rvereiho*	*Belheiorigi*	*Leiturro*	*Tleisa*	
au:	*Aucasus*	*Hautenso*	*Heraus*	*Laureo*	*Tautinus*	
oi, oe:	*Ahoissus*	*Haloissus*	*Lohitton*	*Oiso*	*Soemutus*	
eu:	*Neuresini*					
ou:	*Toutanorix*					
oa, ua:	*Orgoannus*	*Orcuarus*	*Orguarra*	*Sanuaeus*		
io:	*Siora*					

e quibus *ou* et *ou* fortasse ad Celtica pertinent.

Consonae geminantur in radicibus *ill- bull- sull-*, *borr- derr-*, *ann- hann- hunn- bonn- dann-*, *ciss-*, *att- ett- itt-* (*Lohitton*), *acc-* et in derivationibus, quae supra composuimus *-arr -err -urr*, *ill-*, *-ann -enn -onn -unn*, *-iss -oss*, *-acc -ecc -icc -ucc*; atque haec omnia secundum consuetudinem scribendi Latinam.

Quod *f* et *r*, *s* impura initio vocabulorum omnino desunt, non mirabimur ut in proprie Ibericis; memorabile videtur, quod etiam *p* initio nusquam exstat. Nam *Paloni* genet. apud Frossard *dieu Erge* p. 13, 18 Celticum videtur comparato *Pallo* nomine C. III 5109.

Ut in proprie Celticis *x* frequenter scribitur aut *xs* in terminationibus:

-axe
-ex -exis -exo
-ix -ixis -ixo -ixus
-ox -oxis -oxo -oxus
-uxa

quae promiscue et iuxta *-issus -ossus* videntur usurpata fuisse: item in

Bonxso	*Bonxsus*	*Bonxorius*
Axionnus	*Lexeia*	
Belexco	*Atioxtus.*	

Inprimis autem observanda est *h* litterae in scribendo frequentia, quae fortasse et ipsa eo ducit, ut recte statuisse videamur (supra cap. III § 6 p. XL et cap. IV § 6 p. LXVI) H litteram scripturae Ibericae re vera aspirationem significare, non *e* vocalem. Legitur autem *h* in radicum

initio:	*Hahan-*	*Han-* (*Hann-*)	*Halsco-*	*Har-*	*Hautenso*
	Heraus	*Herossis*			
	Honthar-	*Hotar-*	*Horeola-*	*Holox-*	*Hunnu*
inter vocales:	*Hahan-*	*Nahan-*			
	Ohasser-	*Osaherr..*			
	Bihoscinnis	*Bihotarris*	*Bihoxsus*		
	Ahoissus				
	[*A*]*rvereiho*				
	Ettaroherri..				
	Lohisi	*Lohitton*			
	Dunohorigis	*Dunohoxsis*	*Uloh oxsis*		
post *t*:	*Hontharris* (cf. *Hotarris*)				
post *n*:	*Senhennis*				
post *l*:	*Belheiorigis*				
post *r*:	*Avirhons*	*Barhosis*	*Berhaxsis*	*Erhaxso*	*Narhousus*

Enoto denique consonarum coniunctiones quasdam rariores

Aldeni	*Bilcaisio*	*Halsco*	*Talsco*	*Talsca*	*Tleisa*
Andexponnis	*Atioxtus*	*Axto*			
Harspus	*Harsus*	*Hotarzaradus*			
Bonxsus	*Bonsilexsi*	*Monsus*	*Narhonsus* cf. *Acirhons*		
Amobnus	*Aterta*	*Torsteginnus*			

Atque in his quoque sive formationibus sive scripturis insunt praeter nota ex Graecis Latinis Celticis (*Amobnus* fortasse Celticum est) singularia quaedam, quae ad linguae Ibericae proprietatem referre licebit.

Ut hodie quoque tres diversae exstant in provinciis Vasconum Hispanorum quae dicuntur dialecti sive linguarum formae diversae, quibus accedit quarta quae in Aquitania usurpatur, ita nomina haec Aquitanica et Narbonensia locorum deorum hominum ex unius quidem linguae radicibus videntur provenisse, sed multa tamen habent sibi propria.

45. Formationis varietatem minime exhausimus. Augeri enim possunt nominum formae vetustae ex accurata observatione nominum propriorum aetatis mediae, quae hodie quoque inter Hispanos vigent pleraque. Sane nemo adhuc exstitit nec inter Hispanos nec inter exteros, qui vastam nominum propriorum Hispanorum copiam colligeret, secundum genera disponeret, e variarum linguarum colluvie, quas paeninsula in se recepit, quantum fieri posset explicaret. Quaestio difficilis propterea, quod non solum Punica Graeca Gallica Latina segreganda sunt, id quod supra fecimus in nominibus vetustis componendis, sed etiam Gotica et Arabica. Ceterum totius quaestionis fundamentum necessarium adhuc desideratur: sylloge instrumentorum veterum a saeculo sexto septimove incipientium. Quis enim ex Hispaniae sacrae voluminibus quinquaginta, ex conciliorum Hispanorum collectionibus, e chronicorum librorumque varii generis aliorum multitudine nomina propria facile conquisiverit? Nec multum prosunt Thomae Muñoz liber quamvis utilis, quem supra memoravi (p. XC adn. 111) nec Cyriaci Michaelis Vigil operosa monumentorum Asturicorum collectio[174]. Manifestum autem est incipiendas esse quaestiones etymologicas non a nominibus hodiernis multifariam mutatis, sed a vetustioribus, quae in subscriptionibus conciliorum atque actorum publicorum privatorumque, in albis ecclesiarum et monasteriorum servata sunt. Id quod facere neglexit Iosephus Godoy Alcántara, qui cum susciperet tractare argumentum grave, opusculum confecit lectu non iniucundum, sed nec plenum nec accuratum[175]. Multo etiam minus Aug. Frid. Pott praestitit, cum in libro suo de nominibus vasto et indigesto etiam Hispana hic illic tetigit Diezium potissimum secutus[176]. Quae idem postea occasione sive oblata sive arrepta de nominibus Vasconicis scripsit[177], vix ullam habent utilitatem; constitit enim in formis noviciis, quas ultra omnem exspectationem breviatas corruptas mutatas esse a viris doctis Hispanis didici. Itaque multum abest, ut ex nominum noviciorum oceano expiscari iam liceat quae ad Iberos veteres referenda sint aliqua cum confidentia. Tamen exempla quaedam eius generis hic adnotanda visa sunt non studiose quaesita, sed quae memoria et una cum sylloge mea inscriptionum Hispaniae christianarum collectiones Muñozii et Vigilis obtulerunt: in Asturia enim et Callaecia Hispaniae christianae incunabulis nomina vetusta pleraque superesse, Arabica nulla, consentaneum est. Testimonia nominum singulorum non adscripsi, cum partim frequentissima sint,

Nomina recentiora

[174]) *Asturias monumental, epigráfica y diplomatica* voll. 2 Oveti 1887 8) (pp. XV 638 XXXIV 556; vol. tabb. 186 fol.

[175]) *Ensayo histórico-etimológico-filológico sobre los apellidos castellanos por José* Godoy Alcántara Matriti 1871 (pp. 271 S.), quod opus ab academia linguae Hispanae praemio ornatum est.

[176]) *Die Personennamen, insbesondere die Familiennamen .... von Aug. Friedr.* Pott cet. edit. II Lips. 1859 (pp. XVI 721 IV 15 S.), v. e. p. 563. Cf. censura Ernesti Windisch *Jenaer Literaturzeitung* 1875 p. 452.

[177]) *Ueber vaskische Familiennamen* cet. *von A. F.* Pott Detmold 1875 (pp. V 41) S. In sermonem Hispanum vertit A[illegible] de Ugarte, *sobre los apellidos vascongados ... por A. F.* Pott cet. Bilbao 1887 (pp. V 4[illegible]) S.

Sunt autem haec:

Alvarus, Albarus (Alvarez)	*Nunio (Nuñez)*
Asur, Asurius, Ansurius	*Ordonius (Ordoño)*
Aznarius	*Ovcco*
Cerevellus (Zerbello)	*Podengo (Podenguiz)*
Eneco (Ennego, Iñigo)	*Ranimirus (Ramiro)*
Didacus (Didaz, Diego)	*Sancius (Sancho)*
Gamus (Gamiz)	*Sonna* vir.
Garseas (García)	*Suarius (Suaro Suero Suarez)*
Gomus (Gomez)	*Tellus (Tello)*
Guteres (Gutierre)	*Vascus (Gasco)*
Ildefonsus (Alfonso)	*Velascus (Velasquiz Velazquez)*
Melendus, Menendus	*Uxoa (Ochoa)*
Munio (Muñiz)	*Xemenus (Ximenez)*

Quod inter nomina haec vetustissimae nobilitatis interdum patronymica tantum (in *-iz* et *-ez*) propagata sunt in aevum recentius non mirabimur. Supra (p. CXXI. CXXV s.) vidimus *Maelo* et *Paciaecus* supervixisse in *Mello* et *Pacheco* formis recentioribus, fortasse etiam *Coëlus* in *Coello* (*Coelho*). *Cerevella* clarissima femina est in titulo christiano (inscr. christ. n. 66). *Didacus* nomen miror a linguarum Romanicarum doctoribus quibusdam adhuc derivari a *San Thiago Diago Diego*, cum frequens sit ita *Didacus* scriptum in instrumentis multis, de quorum fide nulla est dubitatio, inde a saeculo octavo[178]). Iuxta *Gamus* vel *Gamo* exstant *Gamio Gamius* (inscr. christ. n. 190). *García* et *Ochoa* nomina inter Vascones clara fuisse creduntur antequam fides christiana ad eos pervenit, atque hoc Vasconice lupum (unde apud reliquas gentes *Lope Lopez* non minus inclaruerunt), illud ursum significare, pastores vero Astures locis quibusdam vulpem dicere *garcía* disco a Michaele de Unamuno professore Salmanticensi. Ferarum nomina Iberos vetustos sibi dare solitos esse supra adnotavi (§ 41 p. CXVI). Ut iuxta *Munio* recentius *Munnus* vetustum nomen, ita *Nunnus* fuit fortasse iuxta *Nunio*, quamquam exempla vetusta non suppetunt. *Podengo* a *Bodencus* Padi nomine vetusto fortasse Celtico vix diversum est. Praeter *Sonna* viri exstat *Sonnica* aut viri aut mulieris nomen in corona Toletana saecul iseptimi (inscr. christ. n. 160). *Suarius* vix videtur componendum esse cum *suero* vocabulo Hispanico, quod serum (*Molke*) significat; quamquam video illud peregrinae originis existimari a quibusdam[179]): comparari potest *Suarica* in titulo Divionensi (*Acad. des Inscr.* 1885 p. 225). *Vascus* sive *Vasco*, postea *Guascus Guasco* non videtur diversum esse origine a Vasconum nomine. *Velascus* nomen inde a saeculo decimo clarum, apud Portugallenses *Vaasco Vasco*, a *Vela* derivatum censet Unammo, quod et ipsum nomen vetustum sit Ibericae originis, cum *belia* Vasconice corvum significet, neque ex *Vigila* contractum; formatum est ut *Menosca Osca Virovesca Vobesca* locorum et *Comenesci Orgenomesci Vascones* gentium populorumve nomina[180]). Originis Romanae, ut *Lope* a *Lupus*, ita *Lain Lainez* (*Flainiz*) est e *Flavinus Flainus* (inscr. christ. n. 146) breviatum.

Incertae, sed fortasse Ibericae originis sunt nomina gentium vetusta *Giron Haro Ortiz Quiros*. Ex Aquitania *Hortus* nomen enotavi; *Quiros* Querquernorum admonet; *Giron* et *Haro* a locis ducta videntur. Idem de *Aguirre* gentis nomine statuit Unammo; Vasconice enim planitiem signi-

[178]) Unamuno apud P. de Mugica *grammatica del castellano antiguo* p. 65. Recte de *Diaz* iudicat I. Cornu in Groeberi *roman. Philol.* I p. 773.

[179]) G. Baist in Groeberi *roman. Philol.* I p. 692.

[180]) De *Velascus* nomine dixit qui me consuluit Car. Justi in libro suo egregio, quem supra (p. CXXI adn. 161) iam memoravi, de Didaco Velazquez pictore claro vol. I p. 109.

ficare (ut *paramus* supra § 24 p. LXXXII). *Tamayo* et ipsum nomen vetustum aperte cum Tamaganis et *Támega* fluvio cohaeret.

Accedunt mulierum nomina ex instrumentis et titulis haec:

Argilo	*Istorna* insc. christ. n. 82	**Quistricia*	insc. christ. n. [illegible]
Geloira	*Macona* „ „ n. 51	*Sarraruirega*	„ „ n. 1[illegible]2
Gredo	*Marispalla* „ „ n. 135	*Tuga*	„ „ n. 1[illegible]3
Ilduara (*Hilduarens* inscr. christ. n. 92)	*Quinigia* „ „ n. 31	*Valuppiana*	„ „ n. 73

Argilo Uxamensium Argaelorum nomen vetustum videtur servasse. *Ilduara* et *Istorna* cum *Ildrons* viri et *Isturgi* oppidi nominibus conferri possunt; nisi hoc a *sturnus storno estornino* avis nomine derivandum.

De *Urraca* voce Iberica supra dictum est (§ 25 p. LXXXIV). *Geloira Geluira* transiit in *Elvira*, quod infimae Latinitati itemque scriptoribus Arabicis et ipsum *Iliberris* urbis nomen est, casu fortasse vel consulto nomini muliebri adsimilatum. Reliquorum quoque nomina similia vetustiora non desunt. Sunt alia nomina vetusta non pauca, de quibus dubites utrum pro Goticis habenda sint an pro Ibericis: sed talia ulterius persequenda relinquemus eis, qui origines linguae Hispanae hodiernae investigandas sibi proposuerunt.

46. Ex hac vero nominum varietate aut lucem accipiunt aut corrigi possunt quae apud scriptores veteres solos servata sunt nomina regum et ducum, nisi prorsus fabulosa sunt et a Graecis poetis et scriptoribus aut ficta omnino aut nimis libere mutata; ut, quae ex parte iam memoravimus, Nomina servata apud scriptores veteres

Arganthonius *Gargoris* *Gerontes* *Geryon* *Habis*

Insunt etiam in illis quaedam Celtica potius regulorum, ut

Bilistagus *Indo* *Indortes* *Istolatius* *Moeniacoeptus* *Vismarus*

quorum paenultimum fortasse a Romanis fictum vel Latino sermoni adsimilatum est, ut indicaret qui moenia exstruere coeperit vel a quo moenia exstrui coepta sint. Mutata etiam videntur

Abilyx *Aletes* *Alorcus* *Audas* *Rhetogenes* sive *Rhoetogenes*

Sane *Aletes* ab *Aletius*, *Rhetogenes* a *Retugenus* non videntur diversa esse: de quibus supra diximus (§ 42 p. CXVIII. CXX). Αὔδας Diodori Appiano Αὔδαξ est a Romano eius auctore puto mutatum. De Andobale et Intibili item modo diximus (p. CXXVII); *Abilyx* Polybii, Livii *Abelux* cum *Avelus* componendum videtur, scilicet fortasse ex **Avelucos* breviatum. Mutata praeterea sunt a Graecis:

Ἀστόλπας	Καραύνιος (Ῥητογένης)	Κούριος	Λιτέννων	Ὀρισσών
Αὔαρος	Κόλιχας	Διτάλκης sive Διτάλκων	Μένουρος	Πεύκινος
Βορίανθος	Κοννόβας	Λεύκων	Νικορόντης	Ταύταμος

a Romanis:

Baesadines	*Chalbus*	*Culcha*	*Moericus*	*Pyrresus*
Budares	*Corbis*	*Edesco* (Ἐδεκών)	*Olonicus*	*Thurrus*
Cerdubetus	*Corcibilo*	*Hilernus*	*Olyndicus*	

Comparanda sunt *Avarus* cum *Aviratus*, *Borianthus* cum *Borea*, *Careunius* cum *C*[illegible] *Caricus*, *Connobas* cum *Conoba* oppido, *Ditalces* cum *Tittis* populo et *Titulcia* oppido, *Edeco* cum *Eneco* (p. CXXXIII), *Leuco* cum *Lucco*, *Litenno* cum *Litugenus* Celtico, *Orisso* cum *Orises Orsua*, *Tautamus* cum *Tautius*. E Latinis componi possunt *Baesadines* cum *Baesisceris*, *Budares* cum *Bedero*, *Cerdubetus* cum *Corduba*, *Chalbus* cum *Calabius* et *Chalybs* Graeco, *Corbis* et *Corcibilo* cum *C*[illegible] *Corbolius Corentispo Coronerus*, *Hilernus* propter terminationem cum *Mernus*, *Olonicus Olyndicus* cum *Olintigi* sive *Olontigi* oppido, *Pyrresus* cum *Pyrenaeo* monte, *Thurrus* cum *Turia* fluvio et cum *Turaius Tureus* nominibus.

Consulto neglexi nomina Hispanis suis indita a Silio poeta, quae aut libere omnino ficta sunt ad exempla Graeca (ut *Aconteus Draces Gyas Lygdus Phorcys Theron*) et Latina (ut *Burrus Caeso Glagus Metiscus Murrus*) aut e populorum locorumve nominibus notis (ut *Alabis Balarus Vetto Ilerdes*) atque plerumque e longinquo tantum cum vere Ibericis congruunt. De *Imilce* Hannibalis uxore Castulonensi supra (p. CXIV) dictum est nomen fictum videri ad exemplum Africanum Imilconis; semel (XVI 46. 47) nomen vere Ibericum *Larus* (C. 5597) Silius invenit; casu puto, scilicet Larum patriorum memor.

Haec potiora sunt, quae ex ultimo hoc nominum genere ad linguae Ibericae proprietates perspiciendas discuntur. Multa praeterea omisimus, quae ex accurata cum linguis Italicis Celticisque comparatione aliquando fortasse indidem elucebunt. Ita quae cum linguis Ligurum Venetorum, quam voluerunt. Etruscorum Ibericae intercedunt rationes ex hominum nominibus eruendas aliis relinquimus; ut supra iam fecimus in nominibus geographicis disputandis. Illud tantum observamus, cum Etrusca Ibericam, quantum quidem divinare potius licet quam iudicare in tanta utriusque obscuritate, nullo omnino vinculo videri coniunctam. Tria tantum in magna nominum Ibericorum multitudine inventa sunt Etruscis similia:

Lucumo C. 984 *Sisanna* C. 2051 2368 *Sisen*[*na*] 5450 *Tarquinus* C. 2430 cf. *Tarq...* 2227

Sed homines singulos Etruscos in Hispaniam pervenire potuisse in illa hominum cuiusvis originis colluvie, qualem etiam provinciarum urbes primariae prae se tulerunt inde fere ab aetate Augusti, quis negaverit? Id quod cadere existimo in L. Valerium Lucumonem illum tituli in Baetica reperti n. 984. *Sisanna* vero semel mulieris nomen (n. 2368), quod in Etruscis in *-erna -enna -ina -inna* masculinis omnibus nunquam observatum est, ex *Siseanba* Iberico fortasse casu tantum Sisennae Etrusco simile evasit. *Tarcinus* C. 3984 (nam pro *Targellius* n. 338 legendum potius *Tacillus* n. 5230) cum *Tarracone Tarraga* oppidorum vocabulis fortasse cohaerens scribendo tantum Tarquinios Etruscos videtur aequasse. Adde *Tarcius* C. XII 3965. Neque magis cognata esse apparent, quae ex inscriptionibus Etruriae septentrionalis innotuerunt vocabulorum nominumque formae Venetis nuper tributae[181]); immo, similiter atque Ligurum nomina geographica, de quibus supra dictum est (p. XCVII), ab Ibericis prorsus diversa sunt.

Flexiones 47. Iam si alia nulla exstarent sive indicia sive argumenta, e quibus iudicium ferri posset de linguae Ibericae cum stirpis Indogermanicae reliquis cognatione, confidenter similiter atque Ligurum et Etruscorum pronuntiare liceret ab omnibus illis diversam. Sed tamen restat observatio quaedam a viris doctis Hispanis facta, quae si vera esset, aliter iudicare nos cogeret.

Pronum enim erat in clausulis quibusdam, quae satis frequentes sunt in nominibus geographicis nummorum Ibericorum et inscriptionum Latinarum Hispaniensium, agnoscere flexionem nominum Ibericam a Graeca Latinaque non admodum diversam. Quod cum fugere non posset acumen Fitae et Berlangae, efficere inde illi studuerunt, linguam Ibericam Indogermanicae linguarum stirpi re vera adnumerandum esse. Visae enim sunt *-es -is -s* terminationes, de quibus supra dictum est (§ 36 p. CI et 37 p. CIII), convenire cum nominativis Latinis numeri singularis vel pluralis in flexione consonantica sive in tertia declinatione, *-quos* terminatio cum nominativo singularis flexionis in *o* sive declinationis secundae (nam de accusativo pluralis certo cogitandum non est), *-quom -co -cum* et fortasse etiam quae in *-n* exeunt *-qn -thn -tn -hn -in* clausulae (v. supra § 12. 13 p. LXXI) cum genetivo pluralis. Multo sane minus credemus *-qm* esse *cum* praepositionem Latinam, *cn* ξύν Grae-

[181]) Vide C. Pauli *altitalische Forschungen* vol. III *die Veneter und ihre Schriftdenkmäler* (cum tabb. 9) Lipsiae 1891 (pp. XIV 456) 8.

cam; quod Phillips coniecerat. Sed tamen si recte cum Humboldtio statuimus linguam Vasconum hodiernam, quae a linguis Indogermanicis toto caelo diversa est, originem ducere e vetusta Iberorum, difficile admittemus ex clausularum illarum cum formis Indogermanicis similitudine levidensi, quae fortasse aut casui aut imitationi formarum Latinarum tribuenda est, quaestionem tam gravem diiudicari posse. Ad rem sane facit, ut comparemus cum formis illis Ibericis in *-quom* exeuntibus gentium indicationes in inscriptionibus Latinis observatas permultas, quarum indicem subieci[182]).

in *-co*:		in *-qum*:		in *-cum* (*-cu*):		in *-cun*, *-gun* *-gu*:	
**Contucianco*	3120	*Abliqum*	5738	*Abboiocum*	6894	*Aulgigun*	6338*k*
Docilico?	2816	*Abliq(um)*	2817	*Acceicum*	865	**Balatuscun*	2795
Eburanco	2823	*Acciq(um)*	5784	*Acticum*	5781	*Boddegun*	5718
Eturico	6310	*Aelariq(um)*	3062	*Amaonicum*	5773	*[Bodde]cun*	5723
**Irrico*	2843	**Aparraq(um)*	2569		(= 2739)	*Celtigun*	6293
P..iganco	2803	*Bedaciq(um)*	5789	*Aminicum*	5862	*Chilasurgun*	1087
Taurico	6295	*Caecanq(um)*	2476	*Aucieicu*	5321	*Veliagu*	5715
Vailico	2771	*Ceceiq(um)*	5762	*Avelicu[m]*	5350		
Urcico?	2818	*Clounioq(um)*	77	*Auvancum*	2827		
Tirtalico	6338*dd*	*Comenesciq(um)*	2729	*Calnicum*	2825		
		Cossouqum	2847	*Canbaricum*	3074		
		Couneidoq(um)	5779	*[C]oronicum*	2745		
		**Etommoq(u)m*	6338 *h*	*Corovescum*	5730		
		Manuciq(um)	6338*cc*	*Elaisicum*	5034 5763		
		Lanciq(um)	3088	*Lancicum*	2671		
		Leran[i]qum	2737	*Longeidocum*	3121		
		Segossoq(um)	5790	*Mesicum*	3135		
		Venniq(um)	5789	*Metturicum*	5834 (= 3044)		
		Uloq(um)	6311	*S[e]aniocum*	2838		
		..otaliq(um)	2761	**Tamnicum*	5786		
		..rioq(qum)	6338*kk*	*Tediv[i]an[c(um)]*	2903		
				Tritalicum	5077		
				Vellic(um)	6297		
				...auc(um)	2823		
				...avum	6338 *r*		
				..eicum	5780		
				..i]c(um)	5797 (= 2849)		

Similia sunt praeterea:

Turaesamicio 5819 — *Dagencium* 3082

Adde etiam ex titulis Ibericis:

anucom, lamaticom n. LVII v. 6. 7 — *teucaecom, teucom* n. XLVI v. 9 XLVII v. 4

Atque comparanda haec esse cum genetivo plurali Latino, docent exempla vocabulorum quae gentibus diserte tribuuntur:

gens Abilicorum	2698	gens Pintonum	365
gens Ablaidacoru(m)	5731 (= 2710)	gens [R]atrium	5479
gens Avolgigorum, Aulgigun	2633 6338	gens [R]etiano[r]um	5479
gens Cabruagenigorum	2633	gens Vaccaeorum	4233. 6093
gens Cantabrorum	4192. 4233	gens Zoelarum	2633
gens Pembelor(um)	5729 (= 2707)	gens Viromenicorum cf. Veronigoru	5741. 5714
gens *Peniorn(m)	5736	gens Visaligorum	2633

[182]) Numeri sunt inscriptionum editarum in C. I. L. vol. II: *indicat lectionem non usque quaque certam, quod tamen de terminatione non valet.

Praeterea comparanda sunt nomina hominum sive illa sunt adiectiva ethnica similiter formata haec:

Alb...auca	2855	Caenicus	763
Ambirodacus	4306	Caravanca?	6298
Argamonica	2856	Caricus	899 2928 2954 cf. 5732 (= 2714)
Argilicus	5615 (= 2468)	Ceccus?	943
Arronidaeci	2697	Dessica?	2861
Bundalicus	2785	Pellicus	3166
Caelenicu[s]	2568	*Plandica	2860
Caledige?	6299	Vatricus	2807

aliaque eius generis quae supra composuimus (p. CIV).

Terminationes similes redire in titulis aliquot Ibericis infra (p. CXL) videbimus.

Alterum igitur utrum statui potest, aut Iberos imitatos esse formas Romanas, aut casu formas Ibericas convenisse cum Romanis. Si in nummis Ibericis ut in Graecis Latinisque nomina gentium et oppidorum re vera aut nominativo casu aut genetivo ponebantur, id quod Berlangae visum est probabile esse, terminationes illas ex imitatione usus Romani putabimus derivatas esse. Contra si adiectiva ethnica potius habendae sunt aut ex compositione quadam cum adverbiis ortae, veluti Ἀθήνηθεν et Ἀθήνησι et similia, Romanis propter soni similitudinem quandam fortasse cum genetivis in *-om* et *-um* componi posse visae sunt ideoque in formas eius generis Latinas vertebantur. Itaque hae certe formae cognationem linguae Ibericae cum linguis Indogermanicis minime probant.

Neque aliter iudicandum est de aliis quibusdam formis. In titulis enim Latinis in Lusitania repertis satis vetustis, i. e. aetatis fere Augustae, nomina hominum in *-ius* vel *-us* terminata genetivum habent in *-is*

Duris 2370 *Loncinis* 5718 *Modestis, Slaccis* 455 *Viriatis* 5246

Etiam nomina peregrina in *-is -ns* desinentia *Icstnis Ildrons* cet. supra dixi (p. CXXV) genetivos esse posse. In Baetico ab *Atitta* viri nomine genetivus *Atitta* est, non *Atittae* C. 1087. Ibericum *aiuni* n. XXVI 6—10 comparatum est supra cum *Aio Aioni* formis (p. CXXIV). Semel in titulo Lusitano, si modo recte traditur, dativus est

avuncului 5350

Erunt fortasse qui haec componenda esse existiment cum patronymicis sermonis Hispani novicii, ut *Gamiz Muñiz Lainez Velazquez* et similibus, quas formas miramur adhuc a linguarum Romanicarum doctoribus quibusdam ad linguam Goticam referri. Sed formationes illas omnes ad rusticam barbariem sermonis Latini, non ad Ibericam originem referendas putamus. In inscriptionibus igitur Latinis flexionis proprie Ibericae vestigia nulla supersunt; ut consentaneum est.

Haec igitur omnia ad rem non faciunt.

Linguae Ibericae indoles

48. Nomina locorum populorumque deorum hominum ea, quae litteris Ibericis scripta vel sermone Iberico concepta in nummis et inscriptionibus exstant, vidimus (§ 1—23) differre paene omnia graviter ab eis formis, quas Graeci Romanique nominibus illis dederunt. Immo proprias leges aperte sequuntur in vocalibus vel omittendis vel scribendis, in consonantibus adhibendis et vario modo coniungendis. Vocabula sane appellativa, quae aut apud scriptores veteres aut in lingua hodierna sive Hispanorum sive Vasconum servata sunt (§ 24), et ipsa nobis visa sunt pleraque mutata esse pronuntiando vel scribendo ad exemplum sive Graecum sive Romanum. Sed restant vocabula Iberica, quatenus cognosci possunt, in inscriptionibus Ibericis servata, quae accu-

ratius considerentur. Ea certe probabile non est mutationes subiisse qualescunque, sed genuinam linguae Ibericae indolem nobis praebere putanda sunt. Itaque quod supra fecimus (p. LXXIV ss.) ut sonorum Ibericorum proprietates ex nummorum potissimum vocabulis derivaremus, iam ita supplebimus, ut inscriptionum quoque vocabula examinemus.

Sonorum ipsorum usus non videtur differre ab eis proprietatibus, quas supra enucleavimus. Terminationes vero si respicimus sunt quidem quae sive cum Graecis Latinisque sive cum Indogermanicis reliquis videantur convenire. Sed eiusdem atque illas significationis esse probari nequit.

Ut a vocalibus incipiamus, nummorum quidem vocabula in *-a* terminata oppidorum nomina esse probabile est, ut supra vidimus (v. p. LXXIV). Sed incertum num eiusdem generis sint vocabula haec terminata

in *-a:*	*ampilua* n. XLVI v. 12	*l̆iccarca* n. XIII *a* 7
	aua n. XLVI v. 7	*lops*[*a*] n. XXXVII
	crouceaimaca n. LVII v. 8	**muniamia* n. XLIX *f*
	erca n. XXXV v. 3	*qrtca* n. XXXV v. 2. 7 cf. XXXIX 6—9
	**goemina* n. XLVII v. 1	
	ĭrasihca n. XXXV v. 2	*uela* n. XXXV v. 3

Atque haec quidem vocabula, quamquam ex parte non satis certae lectionis, tamen certi ambitus sunt; incerti, quae uncis inclusi, ut in Indice I, cum interpunctio desit, haec:

[*a*(*do*)*ninena* n. LXXII 22–30]	[*sarona* n. LXIV 17–22 LXIX 8–13]
[*aĭqgtegia* n. XXXII v. 10]	[*sere*(*g*)*e*(*a*) n. XXVII 8–14]
[*duisica* n. XLII *a*]	[*šho*(*e*)*a* n. LXXII 6–10]
[*eocatgla* n. XXXIV 58–64]	[*šodana* n. LXI 41–46]
[*ĭkqcuara* n. LXI 1–8]	[*sug.sĭsa* n. LXV 15–22]
[*krica* n. XXXIV 14–16]	[*thiracaca* n. LXI 33–40 *thhiara* n. LXIV 1–6 *th*(*hi*)*ra* n. LXV 1–5]
[*nuruca* n. XXXVI]	

Formationis atque flexionis Ibericae cum viderentur imaginem praebere non infidelem, subieci reliquarum terminationum indiculos, in classes certarum et incertarum divisos. Atque terminantur

in *-e:*	*asthkiccaie* n. XXII v. 2 1–9	*krikarsense* n. XXII v. 3 19–28
	ĭithsmiecarse n. XXII v. 4 21–32	*ultheraicase* n. XXII v. 3 29–[illegible]
	ĭlcatne, ilcatnde n. XXVIII. XXIX 9–16	*ureecerere* n. XXII v. 1 24–31
	dotee n. V	
Incerta haec sunt:	[*acarece* n. XIII *b* 27]	[*nuce* n. IV]
	[*eqticace* n. XXXIV 1–6]	[*qecatque* n. XXXIV *a* 31–37]
	[*equlee* (*pšrulee*) bis n. LVIII]	[*qucuence* n. XXXIV *b* 15–21]
	[*ice* n. XIII *a* 4]	
Certa in *-i:*	*doenti* n. LVII v. 5	**letsitei* n. LXXVI
	indi (*ini*) n. XLVI XLVII saepius	**nimidi* n. LIII *a*
	iumeoci n. L v. 2	*reamnicori* n. LVII v. 4
Incerta in *-ĭ:*	[*aiuni* n. XXVI 6–10]	[*hocnui* n. LXI 9–14
	[*cecani* n. XIII *b* 27]	[*iki* n. XIII *a* 5]
	[*conpši* n. XXXVIII 1–6]	[*s*(.)*sthnqcati* n. XXXIV *a* 49–57]
	[*enupli....* n. X]	[(*s*[illegible](*h*)*kpi* n. LXV 6–14]
	[*hceoni* n. LXIII 1–5]	[*sauoni* n. LXII [illegible]]
	[*hkonthi* n. LXIV 23–28 LXIX 14–19]	[*zi.qezi* n. XXXIV *a* 75–81]
	[..*ieriri* n. XXVII 19–24]	
in *-ai:*	*aurunikiccai* n. XXII v. 1 32–42	*ilakqiai* n. XIX
	[*aiceecrai* n. LXII 1–9]	[*tirapursa* n. LXXIV 16–2[illegible]]

in *-ei:*	*cecei* n. XXXV v. 1	*lutacei* n. XXXV v. 2
	kduei n. XXII v. 2 20–23	
in *-ii:*	**quo-oqih-mii* n. XLIX *e*	[*ca*(*r*)..*ĭi* n. XLII *b*]
in *-oi:*	*reaicoi* n. LVII v. 9	*caeilobricoi* n. LVII v. 11
in *-oe:*	*cariqoe* n. XXXV v. 5	*mlaihonoe* n. XXXV v. 3
	crougintoudadigoe n. XLVIII	
in *-ui:*	*iltrazui* n. IV	*šhueisui* n. XXXV v. 3
	[*iqnuciui* n. XV 1–8]	[*laoš*(*u*)*i* n. XX 6–11]
in *-o:*	*argtco* n. XXII v. 4 1–6	*petrauio* n. LVII v. 9
	arimo (*arimom*) n. XLVI v. 5	*pracsondo* n. XLVI v. 5
	**cacalehao* n. L	*rurse..co* n. XLVI v. 11
	**eoho* n. VIII	*sintamo* (*sintamom*) n. XLVII v. 5
	(*il*)*drho* n. XXXI *a* 1–4	**xoelouc-uo* n. LIV
	[*apišno* n. LXII 49–59]	[*hkonthĭ-šo* n. LXIX 14–21]
	[*cohqo* n. LXXI 20–24]	[(*g*)*oinaio* n. XXXII v. 7]
	[*eito* n. XXXIV *a* 38–41]	[*thohino* n. LXIII 13–18]
	[*hesanersaeo* n. LXI 15–25]	
in *-u:*	**adu* n. VII	*eosu* n. XXII v. 2 28–31
	aduniu n. XXII v. 2 15–19	*ildu* n. XV 9–11
	aiau n. XXXVI	*išŭu* n. XIII *a* 6
	andlsldu n. VI	*krkrhniu* n. XXII v. 3 1–8
	daiemsu n. LVIII quater	*qšhiu* n. XXII v. 3 9–13
	ecariu n. XXII v. 2 10–14	*shsinpuru* n. XXII v. 2 32–40
	[*ĭohuiu* n. LXXI 1–6]	[*ulrĭ*(*o*)*u* n. XXXII v. 5]

Atque haec quidem vocabula aliqua ex parte possunt comparari cum formis Indogermanicis variis. Multo id minus dici potest de terminatis in consonantes, in quibus interdum ne illud quidem certo statui potest. utrum plene exhibeantur an breviata. Unde ab eis terminationibus incepi, quae possunt plenae esse ideoque aliquam habent similitudinem cum Indogermanicis. Terminantur autem

in *-m:*	*anucom* n. LVII v. 6	*lamaticom* n. LVII v. 7	*teucaecom, teucom* n. XLVI v. 9 XLVII v. 4
	arimom (*arimo*) n. XLVII v. 2 XLVI 5	*etadom* n. LVII v. 9	
	carlaepraisom n. XLVI v. 3	(*u*)*edagarom* n. XLVI v. 8	*sintamom* (*sintamo*) n. XLVII v. 3. 5
	(*a*)*doahmim* n. LVIII v. 1	*enupetanim* n. XLVII v. 1	**rdeom* n. LV
	ĭithgm n. XXII v. 3 14–18	*ithsm* n. XXII v. 2 24–27	*nurim* n. XLVI v. 10
	ancnunarum n. LVI v. 3	*fiduenearum* n. LIII *a*	**bnodm* n. LV
	iunoueamuaearum n. LVI v. 1	*iunomeirurnarum* n. XLIX *a*	*tarboum* n. LVI v. 3

Comparandae sunt hae terminationes cum eis, quas supra p. CXXXVII composui.

Sequantur terminata

in *-s:*	*muitieas* n. XLVI 4	*porcomioveas* n. LVII v. 10	*secias* n. XLVI v. 4
	dcepuraies n. XXII v. 4 11–20	*oleš* n. XXI	*thces* n. XXXV v. 7
	ceciš n. XXXV v. 5 bis	*šeqpririš* n. XL *bis*	
	caluš n. XVIII 1–4	*lkemos* n. XII cf. *Garos* n. XLIV v. 1	
	areqratokš n. XXXV v. 1	*tcerseks* n. XXXV v. 3	
	augš n. XXXV v. 2	*thiuhreigš* n. XXXV v. 8 cf. [*ceqs* n. IX]	
	(*z*)*ĭrtaims* n. XXII v. 1 1–8		
	citgrs, hlhrtgrs n. XXV 14–19 1–8		
	[*catdgas* n. XXXIV *a* 44–49]	[*kricamoas* n. XXXIV *a* 14–22]	[*muceas* n. XXXIV *b* 28–33]
	[*isĭdois* n. XXVII 1–7]	[*thsotqos* n. XXXIV *a* 7–13]	
	[*lticš* n. XLII *b*]	[*thsš* n. LVIII quater]	

in *-n:*	*goaercan* n. XLI	*grsk(o)ian* n. XXV 6–13	*qrtcan* n. XXXV v. 6
	**beockoen* n. LV	*thĭnen* n. XXXI a 5–9	*xomokmen* n. LV
	inĕin n. XXIII 11–15	*glešĕin* n. XV 12–18	*uninaunin* n. XLIV v. 2
	nereildun n. XXIII 16–23 (cf. n. XXXI)	*siedun* n. XXIII 6–10	*veaun* n. XLVI v. 7 ..*ineatuhn* n. L v. 4
	elasuchn n. XXXV v. 6	*thln* n. XXVI 17–19	*šdn* n. XXXV v. 6
	nerseatn (*nersnatn*) n. XXVIII. XXIX 1–8	*sinektn* n. XXII v. 1 17–23	*shsirn* n. II
	[*ancsaaren* n. XLIII]	[*dcoauen* n. LXII 28–34]	[...*en* n. XXXII]
	[*agodonin* n. LXII 41–48]	[*iščotĭn* n. XXXII v. 8]	[*laĭpnĭn* n. LXIII 6–12]
	[*pona(te)koin* n. LXXII 11–20]	[*šaulein* n. XIV 13–19]	
	[*dalakon* n. LXI 26–32]	[*ukošaon* n. LXIX 1–7]	
	[*ilctithriqn* n. LXXIV 6–15]	[...*guthn* n. XXXII v. 1]	

De *-cn* (n. XII), *-ĭn* (n. XIII *e*) et similibus dixi supra p. LXXI.

Quae sequuntur terminata in *-c -k -g -q* possunt pro breviatis haberi secundum ea quae observavimus de terminatis in *-om -um -un* et similibus (supra p. CXXXVII). Sunt autem haec:

ĭiseac n. XXVI 11–16	*castlosaic* n. XLV v. 3	*aredc* n. VI XXIII	*are.dc* XXVI[183])
grsk n. XXV 6–9	*leiceica(p)k* n. XLII *a*		
aicag n. XXII v. 4 7–10	*un-ng* n. XLIX *b* LI		
apliq n. XIV 4–8	*cathdloq* n. XXIV 3–8	*atnq* n. VI	*arcidlsq* n. XXIV [illegible]
auedunic n. XXXII v. 9	*ucasunic* n. XXXII v. 6	*duthoc* n. LXX 1–5	*špan(?)dac* n. LXII 20–27
lncanik n. XLI	*hceq* n. LXIII 19–21		

Restant terminata

in *-h:*	*aĭricimth* n. XXII v. 1 9–16	[*parlh* n. LXI 52–56]	[*sacarilh..* n. VII]
	caruh n. XXXV v. 1. 7		
in *-l:*	[*igl* n. XIII *d* 2]	[*ĭsdĭl* n. XXXVIII]	[*qerol* n. LXXIV 1–5]
in *-r:*	**eahr* n. XIII *d* 1	*celdr* n. XVIII 5–9	*laur* n. VI
	[*he(..)dutrar* n. XXXIV *a* 65–74]	[*oahur* n. LXXII 1–5]	
	[*lurtekcr* n. XXXIV *a* 23–30]	[*q(l)oaalr* n. LXXI 25–30]	[*ulkoethor* n. LXXI 7–14]
in *-d:*	[*lehd* n. I] [*ĭnoshcad* n. IX]	[(*ce*)*td* n. XXXII v. 3] **niminid* n. LIII *a*	[*nisaanen(ĭ)d* n. LXII [illegible]]
in *-t:*	*unininit* n. XLIV v. 4	*sierouciut* n. XLIV v. 5	*hlhrt* n. XXV 1–5
	[*caggrat* n. XXXIV *b* 22–27]	*stheica(t)* n. XXXIV *b* 1–5	..*ues(.)dot* n. XXXII v. 4

Formationis leges quasdam in terminationibus illis sane deprehendimus; sed quae de linguarum origine et cognatione decidere solent flexionum formae, i. e. generis numeri casuum personarum, nondum detectae sunt. Desunt inprimis verbi formae certae et vocabula numeralia. Vocabula vero pauca, quorum significationem divinare licuit (supra § 23), velut *aredc* cum similibus (n. VI XXIII XXVI *arethg* n. VII *areqd* n. XLII a *arcidlsq* n. XXIV *argico* n. XXII v. 4 1—6 *areqrads* n. 79 *areqratokš* n. XXXV v. 1) et *ilcatn*, *ĭlcatne*, *ĭlcatnde* (n. XXXI b XXVIII XXIX) *qrtca* (n. XXXV v. 2. 7 cf. XXXIX 6—9), qualem formam grammaticam habeant ignoramus.

Probavisse nobis videmur linguam Ibericam unam fuisse per totam paeninsulam et in Galliae regionibus adiacentibus, quas olim Iberi habitaverunt, neque mixtam cum Celtarum, qui regiones tantum aliquot Hispaniae occupaverunt vestigiaque linguae propriae reliquerunt in nominibus locorum deorum hominum Celtibericis. Linguam autem illam apparet secutam esse leges formationis et flexionis diversas non tantum a Graecis Latinisque, sed etiam ab eorum populorum, quos Iberis aliquando vicinos fuisse scimus, quatenus de linguis eorum iudicare licet: Venetos dico Ligures Etruscos Celtas. Itaque Humboldtii sententia de linguae Ibericae indole a reliquis Indogermanicis diversa videtur omnino confirmari. Restat una quae de linguae Ibericae vetustae origine et indole quaestionem absolvere possit lingua Vasconum hodierna: quam idem Humboldtius, quamvis nondum plene edoctus de Iberorum antiquorum monumentis, filiam Ibericae vetustae esse iam recte pronuntiavit.

183) Cf. *arethg* n. VII, *argico* n. XXII v. 4 1–6.

Itaque quae in grammatico hoc prolegomenon capite exposuimus speramus fore ut suppeditent. quae Humboldtium necessario latebant, atque faciant ad imaginem linguae Ibericae aliquanto clariorem, quam adhuc fieri potuit, adumbrandam. Sane imaginem illam umbrae similiorem esse quam corpori vivo probe intellegimus. Inscriptiones novae maioris quam quas in hac sylloge composuimus ambitus — nam vere bilingues vix sperare audemus — sine dubio aliquando prodibunt, si modo quaerentur perite et constanter. Interim umbrae, quam depinximus, vitam fortasse inspirabunt qui Humboldtio duce linguae Vasconum hodiernae formam, quatenus recuperari potest, vetustissimam comparare suscipient cum reliquiis a nobis collectis lectis explicatis.

ADDITAMENTUM

Communis syllogarum epigraphicarum sors est, ut antequam imprimi desierunt desierint plenae esse. Eam haec quoque sylloge perpessa est. Scilicet postquam addenda mea et corrigenda impressa sunt (infra p. 212—214), adfertur scriptoris Arthuri Engel numismatici Parisini officiosa benevolentia relatio eius de itineribus duobus Hispanis a. MDCCCXCI susceptis[184]). Quae itinera quamquam aliarum rerum, imprimis nummorum causa suscepta erant, tamen etiam de monumentis Ibericis nova quaedam docuerunt.

Ad n. XXXIV Exempla duo alia paterae eius, quam Segoviensem dixi, scriptor (p. 29) vidit alterum Lucenti apud Salvatorem Llopis, Ilici alterum apud Petrum Ibarra, scilicet ex eadem forma matrice profecta; unde apparet recte me de origine Segoviensi dubitasse. Exempla nova patriam potius indicant locum aliquem esse Celtiberiae meridionalis. Minime vero inde sequitur pateram non esse antiquam, sed fictam temporibus recentibus titulosque eius Ibericos conflatos ex Iosephi Velazquez libro de alphabetis Ibericis (supra p. V adn. 14); ut visum est numismaticis, quos omnes Pyrrhoneos esse nimiumque interdum diffidere novimus. Neque enim inde desumptae sunt litterae titulorum illorum Ibericae, ut comparatio docet, et totum opus fraudes Hispanicas, admodum rudes omnes, ita superat simplici quadam elegantia (id quod imago demonstrat infra proposita p. 167), ut pro certo statui possit neminem ibi unquam exstitisse qui talia fingeret. Exempla autem duo Hispanica ut cum Parisino comparentur optandum est, si forte litterae in illo detritae clarius appareant.

Ad n. XIX* —XL* Praeterea scriptor ter iter fecit molestissimum, quod ipse suscipere non potueram (v. C. II p. 955), ad Collem Sanctorum prope *Montealegre*. Quo de itinere quae vir doctus exposuit accuratissime et iucundissime (p. 49—87) plane confirmant quod infra dixi (p. 207 s.), scilicet inter res vere antiquas inmixtas esse fraudes plurimas. Pertinaci enim pervestigatione perfecit, ut clare iam appareret unde fraudes illae originem cepissent. Scilicet contigit ei detegere virum qui ante hos viginti circiter annos fraudes manu sua confecerat adhuc vivum, quamquam fraudium fructu non exiguo spoliatum et Lucenti in hospitio pauperum degentem. Vincens Juan y Amat nomen ei est fuitque horologiorum artifex in Yecla urbe; unde non mirabimur inter alia horologium eum fecisse Graecis litteris inscriptum (C. II 518*). Fraudium investigationem quatenus magna cum sagacitate perfecerit Engelius exponere non est huius loci; inscriptiones, quae in monumentis illis leguntur, etiam in genuinis, Aegyptias Graecas Ibericas Latinas recte mecum existimat damnandas esse omnes.

Ad p. 214 Quae ante a. 1886 in *Frailes* vico provinciae Malacitanae reperta est tabella parva aenea litteris fugientibus et incertis inscripta — servat eam qui invenit vici eius incola —, eam frustra in sylloge mea quaerent qui noverant; scilicet litterae, quas scariphatas exhibet versibus undecim, Cuficas esse pronuntiaverunt viri eius scripturae peritissimi, veluti Joh. Euting Argentoratensis.

Ad prolegomena hac subnatae sunt adnotatiunculae.

Ad p. LXXXVII § 27. Nominibus geographicis in Africa et in Hispania similibus addi fortasse possunt Βόριν s. Βόρον Mauretaniae Caesariensis mons, quem cum Pyrenaeo composuit Kiepertus (*Lehrbuch der alten Geographie* p. 479), Δύρις Atlantis nomen barbarum (Strabo XVII 3, 2) cum Durio fluvio, Saldae oppidi cum Salduba fortasse comparanda.

Ad p. CXIV § 40b. Nomina hominum Africana non multa, quae in Hispania observata sunt, una cum locorum compluribus, quae supra (p. LXXXII) composui, aliquanto maioris momenti esse videbuntur ad cognationem inter aborigines Africos et Hispanos diiudicandam, si vera sunt, ut videntur vera esse, quae de linguarum Vasconicae et Libycae similitudine nuper observata sunt a Georgio von der Gabelentz collega meo linguarum multarum perito[185]).

[184]) *Rapport sur une mission scientifique en Espagne* [1891] (*Extrait des Nouvelles Archives des Missions scientifiques et littéraires, tome III* 1892, cum tabulis II) *par* M. Arthur Engel Parisiis 1893 (pp. 111) 8.

[185]) *Baskisch und Berberisch von* G. von der Gabelentz *Sitzungsberichte der Berliner Akademie* 1893 p. 593—613.

INDEX AVCTORVM

Numeri sunt adnotationum et paginarum

PARS PRIMA

N V M M I

Quae de origine aetate pretio generibus varietatibus nummorum Hispaniae antiquae aut certo explorata sunt aut probabiliter statui possunt, ea paene omnia debentur Iacobo Zobel. Usus quidem est cum fide eis, quae antea de nummis Italicis et Hispanicis a viris doctis observata sunt, praesertim a Delgado, sed ita usus est, ut proprio Marte rationem primus monstraret universam, qua observationes illae de rebus diversissimis a multis institutae apte inter se coniungerentur recteque adhiberentur. Zobelium igitur potissimum secuti, errores autem eius non multos vitantes neque ea neglegentes, quae ab Emmanuele Berlanga et a Caelestino Pujol observata sunt ad Zobelii opiniones vel augendas vel refellendas, ea breviter comprehendimus, quae ad syllogen hanc inscriptionum in nummis exstantium intellegendam necessaria sunt.

Quinque secundum aetates in Hispania antiqua nummorum genera distinguuntur, nummi Graeci antiquissimi, nummi Punici antiquissimi, nummi Carthaginienses, nummi proprie Iberici et Latini provinciae citerioris, nummi Punici Iberici Latini provinciae ulterioris.

I. Nummi Graeci antiquissimi.

Antiquissimi omnium, quos in Hispania in usu fuisse intellegimus, nummi Graeci sunt in ora maritima orientali non raro singillatim inveniri soliti coloniarum Phocaeensium, quae in Italia fuerunt, Veliae Posidoniae Cumarum Neapolis Phisteliae Allifarum Uriae, deinde Capuae Nolae Nuceriae aliorumque aliquot eius regionis oppidorum. Eos imitantur nummi Graeci et Latini antiquissimi in ipsa Hispania cusi. Nummi argentei parvi eiusdem atque illi rationis, ut pondera docent a Zobelio examinata, iam in oppidis Graecis orae Ligusticae et Gallicae cusi etiam ad oram Hispanam interdum pervenerunt, ut exspectaveris. Certum est praecipue Massaliam eius generis nummos cudisse permultos, qui per Galliam Narbonensem regionesque vicinas frequentissimi erant. Thesauri nummorum eius generis quattuor adhuc reperti annis 1850 prope Rhoden, a. 1862 prope *Morella* in regione Castellonis *de la Plana*, a. 1868 iuxta *Pont de Molins* prope *Figueras* (de quo dixit Pujol *memorial numismatico* III 1873/75 p. 16 ss.), a. 1877 prope Tarraconem accuratius descripti sunt. Ei cum nummis Massiliensibus multis et coloniarum illarum Italicarum etiam Siculos aliquot Selinuntis et Emporitanos antiquissimos continebant. Qui nummi si comparantur cum aureis et argenteis a Carthaginiensibus in Sicilia cusis aetate Pyrrhi Agathoclis Hieronis, apparent cusi esse versus finem saeculi urbis Romae quinti et initium sexti vel tertio ante Chr. n. saeculo, id est ante foedus cum Carthaginiensibus a Romanis a. 528 u. c. 226 a. Chr. ictum, quo Hiberus fluvius terminus inter utrumque populum factus est. Rationem sequuntur Punico-Siculam ab Attica non diversam, quam Carthaginienses in Sicilia adhibuerunt in nummis aureis et argenteis cudendis, postea in Italia in argenteis. Eiusdem fere aetatis nummi sunt rari illi, in quibus foedera inter Emporias et Massaliam facta, item cum Ilerda et Sagunto videntur indicari (infra n. 5 *d e h* 18—21; n. 30 *a*). Etiam drachmae Rhodienses antiquae Iberice inscriptae (n. 3*b*—[illegible]) ad foedera cum gentibus vicinis facta referuntur probabiliter.

Nummos hosce Graecos statim secutae sunt inde fere ab a. 513 u. c. 241 a. Chr. drachmae Emporitanae et Rhodienses primum Graece, deinde Iberice inscriptae, nummi autem aerei multo pauciores (n. 3—6); propter varietatem et frequentiam inde a saeculo ante Chr. n. tertio usque ad dominationis Romanae tempora in usu fuisse apparent.

Nummi hi Emporitani et Rhodienses et ipsi iam sequuntur rationem Punico-Siculam, quam Zobelius dixit, non Phocaeensem; propter rationes videlicet mercaturae. Comparuerunt praeter singillatim repertos in thesauris tribus detectis a. 1851 in montibus *de San Llop* prope Gerundam, a. 1867 ad *Cortell* prope *Castellon de Ampurias*, a. 1872 in *las Ansias* vico provinciae Gerundensis (v. Pujol *memorial numismatico* III 1873/75 p. 170 ss.). In quibus cum drachmis Graecis iam denarii aliquot Romani inerant vetustiores, i. e. saeculi ab u. c. sexti ineuntis. [illegible] tantum partes huius seriei adhuc prodierunt; nummus integer nondum comparuit. Nummus Emporitanus aureus unicus, qui repertus esse dicitur, a Lorichsio solo memoratus, propter typos secundum Zobelium in Gallia cusus, utrum

omnino extiterit necne, in incerto relinquo. Aliarum praeterea civitatium Hispanarum nummi Graeci nulli extant; nam quae fuerunt emporia vetusta Graeca a Massiliensibus ibi condita Callipolis, quam Barcinonis loco sitam fuisse probabile est (siqua fuit omnino), Hemeroscopium, Alonae, ea nummos proprios non habuerunt. Sed supparis aetatis semis Ilerdensis videtur esse, qui imitatur typos Emporitanos (n. 5 *h* 24). De Dianio, quod nunquam Artemisium fuit, dixi ad n. 99.

II. Nummi Punici antiquissimi.

Qui in serie Emporitanorum et Rhodiensium desunt nummi integri eiusdem rationis, ei comparent inter Gaditanos et Ebusitanos. Facile enim intellegitur eadem fere aetate Carthaginienses, cum interim partem insularum maris interni atque orae Hispanae orientalis et meridionalis occupavissent, nummos ibi emisisse eiusdem qua antea in Sicilia rationis. Nummi igitur Punici antiquissimi in Hispania cusi Gaditani argentei et aerei sunt, in adversa caput Herculis et in aversa thynnum habentes, cum inscriptionibus Punicis variis, quae tamen omnes nomen oppidi *agadir* continent (n. 154), itemque Ebusitani anepigraphi cum tauro et cabiro sive Baal deo coxim sedente; in aereis Ebusitanis inscriptio Punica *aibusos* est (n. 112). Nummi huius seriei non victoriati sunt Romani, ut Massilienses recentiores et Saguntini, sed drachmae; quod pondera docent. Seriem autem efficiunt nummi Punico-Hispani una cum Emporitanis et Rhodiensibus hanc: nummi aurei simplicis pondo gr. 5 (Carthagine), aurei duplicis gr. 10 (Carthagine, Ebusi, et fortasse Emporitanus), nummi argentei simplicis gr. 5 (Carthagine, Gadibus, Emporiis, Rhodae et in variis oppidis Ibericis), nummi argentei duplicis gr. 10 (Carthagine et Ebusi), nummorum argenteorum partis dimidiae gr. 2.50 (Carthagine, Ebusi, Gadibus), quartae gr. 1.25 (Ebusi); praeterea nummi duplicis gr. 10 partes vigesima quinta gr. 0.40, quinquagesima gr. 0.20, centesima gr. 0.10 tantummodo Gadibus cusae sunt.

III. Nummi Carthaginienses Hispani.

Hamilcar et Hasdrubal maior Barcidae postquam regnum in Hispania constituerunt et Carthaginem novam condiderunt circiter a. 529 u. c. 225 ante Chr. n., paene necessario putandi sunt etiam nummos inde emisisse, ubi argentum abundabat. Seriem nummorum in Hispania repertorum, qui sine dubio Hispaniae tribuendi sunt, Barcidis vindicavit argumentis certis Zobelius (v. n. 96 *a*). Prodierunt illi ex duobus potissimum thesauris, altero ad *Almazarron* prope Carthaginem invento a. 1861, qui defossus videtur esse inter a. 544 u. c. 210 a. Chr. et 548 u. c. 206 a. Chr., altero prope *Cheste* in provincia Valentina a. 1864 reperto, defosso illo inter a. 535 u. c. 219 a. Chr. et 540 a. u. 214 a. Chr. In eo quem priore loco dixi nummi Carthaginienses soli, in altero etiam Emporitani aliquot, Rhodienses, Romani fuerunt unaque etiam massae argenti fusi (gr. 8.70), quales antiquitus in Hispania in usu fuisse probabile est.

IV. Nummi Iberici et Latini provinciae citerioris.

Qua ratione Hispaniae in provinciae formam redactae sint, inter omnes constat. Romani enim, cum in Hispania, ut Livius refert (XXXIV 13, 7), Carthaginiensium imperatores et exercitus essent, ipsi nullum in ea militem haberent, tamen in foedere a. 526 u. c. 228 a. Chr. n. cum Carthaginiensibus icto addere hoc voluerunt, ut imperii sui Hiberus fluvius esset finis. Excipiebatur autem, si quidem verum est, quod ipsi Romani postea sibi Saguntinisque videntur persuasisse, Saguntum oppidum quamvis trans Hiberum situm. Quod postquam ab Hannibale a. 535 u. c. 219 a. Chr. expugnatum est, Cn. et P. Scipiones inde ab eo anno Hispanos coeperunt debellare; a. 537 u. c. 217 a. Chr. Tarraconem muniverunt, Saguntum a. 540 u. c. 214 a. Chr. restituerunt. Atque Scipiones fratres illi quidem a. 543 u. c. 211 a. Chr. ab Hasdrubale filio victi mortem obierunt. Sed P. Scipio is, qui postea Africanus dictus est, a. 544 u. c. 210 a. Chr. Carthagine nova capta Poenos e paeninsula expulit, Gades usque arma protulit; unde a. 548 u. c. 206 a. Chr. Hispania in provinciae formam redacta est. Ab hac fere aetate, certe postquam inde ab a. 557 u. c. 197 a. Chr. praetores in utramque provinciam mitti coepti sunt, etiam nummos argenteos et aereos Romanis aequales ibi cusos esse probabile est. Neque enim, ut consentaneum est, nummi Graeci et Punici, quibus Hispani tum utebantur, nec massae argenti ac fortasse etiam aeris fusi commercio cum Romanis in dies efflorescenti sufficiebant. Eo autem facilius nummi Romani apud Hispanos diffundebantur, quod antiquitus nummi Campani ibi noti erant, ut vidimus, et quod pondere singuli didrachmas Carthaginienses, bini drachmas Emporitanas et Rhodienses duas aequabant. Paullo postea etiam denarii Romani quadrigati et partes eorum victoriati, hi et ipsi, ut Zobelius primus observavit (in epistula a. 1864 ad ducem de Blacas scripta, quae inserta est Mommseni historiae monetae Romanae ab illo in sermonem Francogallicum versae, vol. II Parisiis 1870 p. 101—107), Capua oriundi, satis frequenter in oram Hispaniae inlati sunt. Inde Sagunti cusi sunt primum

victoriati vetustiores (gr. 3.41), deinde recentiores (gr. 2.92 et 2.65) et semivictoriati, quorum tamen unus tantum adhuc prodiit, una cum moneta aerea (v. infra n. 40). Formae litterarum in nummis hisce Saguntinis observatae ad reliquorum aetatis minus certae origines et varietates accuratius definiendas praecipuam utilitatem habuerunt. Praeter Saguntum civitas Hispana nulla victoriatos emisit; drachmae Emporitanae et Rhodienses pondere videntur similiores factae esse denariis Romanis, qui crescente iam in dies frequentia apud Hispanos in usu esse coeperunt. Unde facile explicatur, quod inde fere a Tarracone oppido a Scipionibus munito a. 537 u. c. 217 a. Chr. etiam in ipsa Hispania, ubi metalla argenti et aeris, ut dixi, abundabant, Tarracone primum (n. 21), deinde Celsae (n. 33) et apud Ilergetes (n. 31), postea Sagunti (n. 40) et Saetabi (n. 43), tum etiam in regionibus versus meridiem sitis Carthaginiensi (n. 101) et Accitana (n. 115), deinde fortasse ab a. 548 u. c. 206 a. Chr. Oscae (n. 47) aliisque in oppidis Celtibericis denarii et asses cudi et emitti coepti sunt, quos Romani propter similitudinem typorum litterarumque Ibericarum ignorantiam uno argenti Oscensis nomine comprehendebant. Nam Oscensis nomen inde repetendum esse, quod nummi illi omnes lingua Osca, i. e. Vasconum, inscripti sint, id quod dubitanter Humboldtius proposuit (p. 58 libri sui de aboriginibus Hispanis), probabilitate caret. Nummi hi frequentes sane non cusi sunt a magistratibus Romanis, ut Zobelius opinabatur, quos typis linguaque Iberica unquam usos esse credi nullo modo potest, sed a populis Ibericis permissu magistratuum Romanorum, ut etiam Latini aliquot *ex s. c.* se cusos esse ipsi indicant, velut Toletani (n. 110); rationem vero sequuntur Romanam, cum ad commercia cum Romanis exercenda tributaque eis pendenda destinati essent. Unde iam ante adventum Romanorum cusi esse credi non possunt; quae Berlangae opinio erat. Quinarii antiquiore modo aetate et quattuor tantum locis, Tarracone (n. 21) Ilerdae (n. 30) Sesarsae (n. 51) Turiasone (n. 60) emissi sunt; sestertii in Hispania reperti sunt nulli. E nummis aereis dupondii Sagunti tantum emissi sunt et Emporiis, asses ubique et multis locis soli, plerumque una cum eis semisses, raro trientes, paullo frequentius quadrantes, rarissime sextantes unciaeque; hae Tarracone tantum.

Pondere et metallo nummi Hispani in universum prorsus similes sunt Romanis eiusdem aetatis: discrimina quaedam a Zobelio observata hic omitti possunt. Denarii Iberici magnam partem subaerati sunt; atque pertinent subaerati illi tam ad antiquissimam aetatem quam ad recentissimam. Quae media interposita est aetas subaeratos raros habet. Litterae singulares in adversa potissimum nummorum Ibericorum additae quid significent adhuc nos latet, ut exposuimus prolegomenon cap. IV ante § 1; certe pretium generaque, ut in nummis Romanis, non videntur indicare. Sane globuli interdum, ut in assis Romani partibus, additi sunt ex illarum videlicet imitatione, potissimum in Tarraconensibus; sed rationem certam cum nummorum generibus convenientem frustra in eis quaerimus. Moneta aerea Hispana plerumque signis eius generis omnino caret. Pondus

Typi quos dicimus in antiquioribus potissimum a Graecis sine dubio artificibus ad exempla Graeca Romanaque sollerter et non raro pulchre caelati, in universum tantam praebent similitudinem, ut inde argenti Oscensis nomen generale explicetur. In parte adversa nummi tantum non omnes habent caput imberbe iuvenis, dei videlicet alicuius Hispani sive Herculis sive Mercurii. Berlangae regulorum capita visa sunt; minus probabiliter, propter exempla Graeca, in quibus eius generis imagines non sunt. Inter nummos circiter sescentos caput illud cernitur in circiter quadringentis cum varietatibus quibusdam formae, capillorum, diadematis, chlamydis, monilis vel additorum vel omissorum. Multo minus frequens est caput barbatum (centum circiter exemplis inter sescentos), in universum recentius quam imberbe, exceptis nummis duobus antiquissimis Tarraconensi (n. 21) et [illegible] (n. 101). Caput mulieris cum galea (Minervae) Emporiis solis et in locis Galliae Narbonensis vicinis, cum galea alata (deae Romae), item velatum (vel Cereris vel Proserpinae vel Dianae) multo rarius invenitur. Typi

In parte aversa nummi paene omnes equitem habent, scilicet denarii quinarii asses. In Tarraconensibus quibusdam et in Iclonensium (n. 115) solis eques equum alterum freno ducit. Typus et ipse ex imitatione nummorum Campanorum ortus est, ut observavit Zobelius. Delgado equitem Pollucem solet appellare; sed cum scriptores Graeci antiquissimi γυμνῆτας dixerint Iberos propterea quod nudi, i. e. thoracem loricamve ignorantes, equis vehebantur (unde hodie quoque lingua Hispana eques est *ginete*), videtur repraesentatus esse eques indigena. In antiquissimis orae maritimae palmam humero gerit, indicium puto foederis cum Romanis facti; in reliquis hastam, interdum ramum, gladium iaculum hamum sive fortasse fundam. Praeterea durabant typi veteres in regione Emporitana pegasi cum capite ex genio alato sedente formato, tauri et leonis; in dupondiis Saguntinis prorae Romanae, lupae in nummis Ilerdae (n. 30) et Iliturgitanis (n. 119). Castulo Baeticae vicina sphingem alatam habet (n. 118), quae redit in Iliberritanis (n. 128) iuxta triquetram, incertae utraque significationis.

Semisses in aversa equum nudum habent plerique currentem, gradientem Tarraconenses (n. 21); reliquae assis partes vel stantem vel pascentem. In regione Emporitana etiam semisses typos vetustos servant tauri, equi marini vel tauri marini, in Numantina galli, in Saguntina delphini, in Oscensi pegasi, in Castulonensi tauri.

Triens in regione Emporitana leonem, Tarracone equum stantem et olfacientem caput taurinum, in reliquis paucis equum currentem habet.

Quadrans solet habere pegasum dimidium, in regione Emporitana leonem, in Oscensi equum currentem, Emporiis et Tarracone gallum, Ilurone (n. 44) delphinos duos.

Sextans in ora Catalauniae sola repertus semper delphinum habet, uncia Tarraconensis unica adhuc nota equum salientem.

Signa varia, quae caput adversae comitari solent, veluti quadrupedes aper leove in regionis Emporitanae nummis, auris humana in Iluronensibus, spica in Iessonensibus, clava caduceus alia eius generis, quamquam sine dubio non carent certa quadam significatione, tamen qualis illa fuerit cum erui vix possit, silentio hic praeteribimus. Ad genera nummorum singula, origines, aetates accuratius definiendas suam illa habent utilitatem. De litteris adversae singularibus Ibericis, quae et ipsae, ut supra monui, quid significent incertum est plerumque, dictum est in prolegomenon cap. IV ante § 1.

Inscriptiones Ibericae in adversa nummorum parte frequentes, in aversa desunt nusquam. Variant secundum loca in facie monetae, in quibus collocatae sunt, deinde ipsa collocationis forma, utrum recta an curva sit, utrum continuo scriptae an divisae in lineas duas aut distributae inter adversam et aversam, denique utrum lineam habeant infra positam necne. Haec omnia ad nummorum genera distinguenda digna quidem sunt observatione neque vero hic accuratius persequenda videntur. Quaestionem de inscriptionum significatione, cum apte cohaereat cum universa de scriptura Iberica, in prolegomenon capite quarto iam tractavimus.

Nummi provinciae citerioris bilingues, Gilitani Osicerdenses Saetabitani Saguntini, et Latini non multi (undeviginti oppidorum) similes primo in universum sunt Ibericis, deinde sensim novos typos exhibent.

V. Nummi Punici Iberici Latini provinciae ulterioris.

In provinciam ulteriorem per commercia urbium vetustarum a Phoenicibus in ora maritima conditarum, veluti Abderae Malacae Gadium, arma moresque Romani facilius intraverunt quam in citeriorem bellicis expeditionibus occupatam. Inde illud explicatur quod nummi argentei rationis Romanae in ulteriore provincia cusi sunt nulli: nisi forte denarii Victoriam habentes bigis insistentem sive bigati, frequentissime in Baeticae regionibus reperiri soliti, in Hispania ipsa cusi sunt; ut suspicatus est Zobelius (cf. Mommsen-Blacas *histoire de la monnaie romaine* II p. 262 n. 59 III tab. 25, 1). Convenit sane, quod idem vir doctus observavit, quod iuxta 'signatum Oscense' in triumphis annorum 559 u. c. 195 a. Chr., 560 u. c. 194 a. Chr., 574 u. c. 179 a. Chr. etiam 'signatum bigatorum' ex utraque provincia captum esse narratur. Sed denarii illi ad monetam proprie Hispanam non magis pertinent, quam alii eiusdem generis (v. Mommsen-Blacas l. s. s. II p. 533—539 et *annali dell' inst. archeol.* 1863 p. 73 ss.) denariive etiam recentiores Cn. Domitii Calvini cos. a. 714 'Osca' inscripti (n. 47) et Emeritenses P. Carisii (n. 185).

Nummi aerei inde ab initio provinciae ulterioris ibi cusi, asses et dupondii cum partibus assis, omnes antiquitus unciales fuerunt, ut numismatici dicunt, postea semunciales. Metallum et pondera eorum nondum satis accurate examinata sunt; sed visi sunt Zobelio dupondii tantum antiquissimi esse, asses non descendere infra annum circiter 580 u. c. 174 a. Chr.; postea semisses tantum frequentiores, rariores quadrantes et sextantes sunt. Litterae, quae in eis apparent inscriptae X (Carbulae Iliberri Obulcone Uliae) A (Caurae Ilipae Iliplae Ituci Laeliae Myrtili Onubae Orippone) denarii partem decimam et assem, S (Carteiae Cunbariae Olontigi Siaro) semissem videntur designare. Raro quadrantes globulis tribus (Carteiae Ilipae Obulcone), sextantes duobus (Carteiae et Salaciae) indicantur.

Typi non eiusdem atque in nummis citerioris provinciae aequabilitatis sunt, sed quam maxime variant. Secundum regiones varietates quaedam distinguuntur, quas infra exposui accuratius. Ita in Baeticae superioris regione orientali, quae hodie provinciae est Cordubensis et *de Jaen*, in adversa nummorum caput mulieris est, quam Venerem Phoeniciam esse suspicati sunt viri docti Hispani; nescio an recte. In provincia Granatensi, quae nunc est, et occidentem versus usque ad Baetis fluvii ostia caput virile praevalet galea tectum sive Martis sive Mercurii sive alius cuiusdam dei. Sed exstant in eiusdem regionis nummis etiam capita alia, quae videntur Iovis Apollinis Cereris Romae. In ora maritima ab Abdera usque ad Gades caput Herculis frequentissimum est, in Lusitania inferiore redit in Salaciensibus solis, si modo recte a Zobelio eo referuntur (n. 188); praeterea Vulcani atque Veneris habentur. In locis denique mediterraneis Baeticae occidentalis nummi in adversa capita nulla habent, sed typos varios: racemum uvae, spicam, glandem, delphinum, taurum stantem, equitem.

In aversa parte nummorum aliquot, qui sunt regionum provinciae citeriori finitimarum, eques hastatus est non absimilis eius, quem in altera provincia frequentissimum esse vidimus. Iliberritani (n. 128), ut iam dixi, sphingem alatam habent et triquetram. Regiones Baeticae superioris orientales provinciarum Cordubensis et *de Jaen* atque praeterea Gaditana taurum habent stantem et piscem aliquem, Hispalensis et Olbensis spicam, ora maritima thynnum et delphinum, sive singulos sive binos.

Inscriptiones Punicae sunt in urbium Phoeniciarum nummis vetustioribus. Abderae (n. 136) Sexi (n. 137) Malacae (n. 138) oppidi incerti (n. 139) Gadium (n. 154) Ituci (n. 156) Olontigi (n. 157), ut exspectaveris, in posterioribus Latinae exceptis Malacitanis et urbis incertae (n. 139). Propriae Ibericae in nummis Iliberritanis (n. 128) tantum et Salaciensibus (n. 188), quos putamus, sunt; praeterea magistratuum nomina, ut videntur, multa in Obulconensibus (n. 120) Ibericis litteris scripta sunt. Regionis Asidonensis oppida decem, quae infra indicavi (n. 142. 145—153), nummos habuerunt bilingues, scilicet Iberice scriptura adhuc ignota et Latine inscriptos. Nummorum reliquorum omnium inscriptiones Latinae sunt; litterarum formae interdum satis vetustae, veluti ᐱ (n. 121) ⱶ (n. 177) et saepius ᒥᒋᐣ, Θ, ǁ pro E.

Ad origines et aetates nummorum definiendas inter omnes constat magni momenti esse, ut certo statuatur ubi illi aut maiore numero una defossi sint aut singillatim detegi soleant. Composuit Zobelius quae de nummis Ibericis una in thesauris repertis innotuerunt non multa (*estudio* I p. 194 ss.). Denariorum Celsitanorum sive Oscensium n. 47, qui omnium longe frequentissimi sunt, thesauri reperti sunt duo, in *Ferrer* provinciae Caesaraugustanae loco alter, alter prope Numantiam; hic igitur satis longinque ab urbe patria. Una reperti sunt a. 1779 in regione Vasconica inter *Bilbao* et *Munguia* oppida ad montem *Lejaiza* prope *Larrabizua* denarii multi (de numero non satis constat) Celsitani n. 47 Arsahenses n. 52 Irsonenses n. 54 Aregradenses n. 79 Segobrigenses n. 89, id est regionum longe dissitarum inde ab Osca usque ad regni Valentini terminos. Prope *las Casetas* provinciae Caesaraugustanae vicum a. 1862 thesaurus prodiit nummorum, quorum numerus ignoratur, Segobrigensium n. 89 et Aregradensium n. 79; quae oppida et ipsa longe inde distant. Sunt autem denarii illi cum Celsitanis inter frequentissimos. In ulteriore provincia in thesauro Castulonensi, reperto a. 1618 et descripto a marchione de la Aula (v. inscriptionem n. XLI), cum denariis Romanis aetatis liberae rei publicae 683 defossis circa a. 660 u. c. 94 a. Chr., inventi sunt denarii Iberici octo, id est Celsitani duo n. 47 Ilergetum n. 30[b] Arsahensis n. 52 Irsonensis n. 54 Aregradensis n. 79 Contrebiensis n. 100 Ielonensis n. 115; frequentes omnes et ex citerioris regionibus admodum diversis oriundi. Prope Hispalim in *Villa del Rio* a. 1874 denarii Romani circiter quingenti reperti sunt defossi paullo post thesaurum Castulonensem et cum illis Iberici 107 Ielonenses n. 115, i. e. ex oppido citerioris ulteriori provinciae finitimo. Denarii reliqui quamquam in certis quibusdam regionibus videntur frequentiores esse quam in aliis, quantum indicare licet (vide e. c. adnotata ad n. 101), tamen in universum omnes promiscue per totam provinciam citeriorem, paullo rarius in ulteriore comparent. Sed antiquitus iam et per aevum inferius universum huc illuc transferebantur, ita ut e locis, ubi casu primum observati sunt, de vera origine certi paene nihil concludi possit. Probabile est argentum Oscense per Hispanias totas promiscue in usu fuisse. Loca inventionis

Monetae aereae raro in thesauris defodiebantur, in universum autem minus late propagatae sunt quam argenteae. Anno 1850 Tarracone asses Cessetanorum, qui ibi cusi sunt, circiter mille una reperti sunt (v. adnotata ad n. 21). In *Zuera* oppido inter Caesaraugustam et Oscam sito a. 1866 cum uno Celsitano n. 47 asses reperti sunt circiter nonaginta inscripti omnes ᗅᑎᑋᐟᕼᗐ *klighm* n. 50; unde Zobelius oppidum, ubi illi cusi sint, ibi prope fuisse conicit probabiliter, quamquam de nomine non recte statuit (v. adnotata ad n. 50). Eius generis reperta ad originem nummorum definiendam alicuius momenti sunt; in universum autem quae adhuc comperta sunt de thesauris nummisve singulis inventis exiguam habent utilitatem. Etenim etiam monetae aereae vetustae Ibericae et Romanae usque ad recentissimam nummorum Hispanorum mutationem inter rusticos certe Hispaniae orientalis promiscue currebant; id quod nummorum collectores observaverunt omnes. Fieri potest, ut nova reperta nova et certiora nos doceant; ut nune res est, alia circumspicienda sunt argumenta ad quaestionem hanc de origine nummorum singulorum solvendam.

Secundum pondus (in antiquissimis grave, deinceps sensim decrescens), artificium (in antiquioribus rude, typos exhibens prominentes, aversam cavam, postea elegans, postremo neglegens), litterarum formas (de quibus dictum est accuratius capite prolegomenon tertio), loca inventionis, quatenus in censum veniant, ut vidimus, alias denique rationes, quae in singulorum nummorum descriptionibus exponentur, aetates, quibus nummi Iberici et Latini in Hispania cusi sunt, quattuor a Zobelio distinctae sunt argumentis evidentibus. Aetates

I. Inde a foedere a. 528 u. c. 226 a. Chr. cum Saguntinis facto cusi ibi sunt victoriati et semivictoriati 528 226—
antiquissimi: Tarracone, Celsae, Ilerdae nummi aerei vetustissimi. 540 214

c. 540/214— c. 550/204 II. Expeditionibus Cn. et P. Scipionum, deinde C. Claudii Neronis et P. Scipionis Africani effectum est, ut cis et trans Hiberum populi complures Hispani devincerentur, Carthaginienses ex Hispania expellerentur, foedera populorum Hispanorum cum Romanis multa fierent. Nummi huius aetatis paullo frequentiores sunt, ut exspectamus, in regione cisiberica, in reliquis rariores.

550/204— 600/154 III. Postquam utraque Hispania in provinciae formulam redacta est, nummi a populis permultis emissi sunt tanta abundantia, ut aliquando terminum huic libertati positum et Oscae soli ius monetae emittendae permissum (v. n. 47) videatur consentaneum esse.

600/154— 682/72 IV. Per bella cum Lusitanis et Celtiberis gesta, bello deinde Sertoriano denuo nummi Iberici multi videntur emissi esse in regionibus, quae antea eis caruerant. Una cum nummis eius aetatis, artificii illis neglegentissimi, comparent primi Latini tantum inscripti citerioris Cluniae et Toleti, hi *ex s. c.* cusi (n. 110). Aetate
622/133 vero Gracchana nummi autonomi Iberici in Hispania emitti desierunt. Inde ab ea aetate, ut docent thesauri tum defossi, nummi Romani soli in Hispania usurpabantur.

Nummorum Iberice inscriptorum omnium recentissimus as Osicerdensis bilinguis est, qui Caesaris denarium aliquem imitatur (n. 36).

Nummi Latini provinciae citerioris antiquissimi videntur esse aerei Valentini, cusi illi annis circiter 616 u. c. 138 a. Chr. ad 621 u. c. 133 a. Chr. (v. n. 97). Eidem fere aetati asses Saguntini cum partibus suis tribuuntur probabiliter, primum Iberice inscripti, deinde bilingues (n. 40 *cc—kk*), item Emporitani Latini (n. 5 *k*) et Iliturgenses (n. 119).

A C. Caesaris dictatoris aetate usque ad imperatoris Gai Caesaris, potissimum Augusto et Tiberio imperantibus, cusi sunt nummi aerei Romani in variis provinciae citerioris oppidis (cum Ebuso sunt oppida viginti et unum) typis primum variis, qui ex parte similes sunt antiquiorum Iberice inscriptorum; quos hic non enumero. Inde ab a. 739 u. c. 16 a. Chr. capita imperatorum in adversa repraesentantur vel mulierum virorumve domus imperatoriae. Nomina oppidorum in aversa parte solent inscripta esse, additis plerumque coloniae, municipii, urbis vocabulis nominibusque magistratuum, duovirorum, quinquennalium, aedilium. Haec breviter adnotavisse sufficiat; nam inde a Florezio et Eckhelio nota sunt.

Nummi provinciae ulterioris Punici et Iberici, praeter Gaditanos paucos argenteis coaevos et fortasse Ituci- tanos, incipiunt a provincia instituta. Obulconenses antiquissimi aetati, quam supra definivimus, secundae, artificio
550/204— 600/154 accurato quamvis barbaro facti circiter saeculo u. c. sexto medio et extremo, reliqui saeculo septimo tribuendi videntur. In nummis Latinis litterarum formae, de quibus supra dictum est, et sermonis proprietates quaedam, velut diphthongi hic illic usu antiquiore scripti *ai* et *oi* (ut in *Aipora Iloiturgense* vocabulis), cum aetate reliquorum conveniunt.

Ordo.

Delgado Nummis Hispanis siquis recte uti volet, ei in enumerandis ordinem locorum unice sequendum esse post Eckhelium demonstratione non eget. Non ignorabat hoc Delgado proposuitque divisionem geographicam secutus locorum nomina certa, typos, artificium, inscriptionum Ibericarum clausulas. Citerioris provinciae nummorum sex partes esse voluit, quae sunt I. Catalauniae a Rhode et Emporiis ad Tarraconem et Ilerdam cum inscriptionibus in ‹Ν desinentibus; II. Edetaniae a Sagunto ad Saetabim cum clausula HΝ; III. Bastitaniae ab Ilici fere ad Carthaginem novam cum clausula ΚΝ; IV. regionis Oscensis, cui nummos tribuit Ibericos plurimos, clausulas habentes varias; V. regionis Celticae septentrionalis, quam dicit, sive Aragoniae altae (quae infra Pompaelonensis dicta est) cum clausulis ΧΜ et ϟ; VI. regionis Celtibericae orientalis (quae nobis infra Numantina est) cum clausula ΧΨ. Ulterioris provinciae septem partes esse voluit I. Lusitaniae meridionalis, II. regionis Bastulo-Phoeniciae circa Baetis ostia, III. Phoeniciae a Gadibus ad Abderam, IV. Libyphoeniciae regionis Asidonensis, ad quam nummi eius oppidi reliquorumque vicinorum bilingues pertinent, V. Baeturiae i. e. Baeticae septentrionalis et Lusitaniae orientalis, VI. Turdetaniae locorum circa Hispalim sitorum, VII. regionis Turdulae a Corduba ad Obulconem. In descriptione autem nummorum ipsa Delgado ordinem hunc geographicum, utpote magna ex parte dubium neque satis commodum, sequi noluit; sola divisione in citeriorem et ulteriorem provinciam contentus loca singula composuit secundum ordinem litterarum.

Berlanga Paene eandem distributionem Berlanga commendavit. Incipit a regione proprie Iberica I., coniungens Delgadi partem primam et quartae aliquot loca nummosque in ea comprehendit Aragoniae altae usque ad Tarraconem, quae clausula in inscriptionibus utuntur ‹ϟ et similibus. Sequuntur II. regio Edetana fere ut a Delgado circumscripta cum clausula Χ‹, III. Bastetano-Contestana, a Saetabi fere ad Murgim cum Iliberri et Castulone,

cum clausula ΣM, IV. Celtiberia a Caesaraugusta ad Cluniam, Delgadi partis tertiae et quartae similis, cum clausula KN; V. Celtica complectens regiones maxime occidentales a mari Vasconico ad Calagurrim sitas cum clausula XN; VI. Galliae Narbonensis a Ruscinone ad Massaliam cum clausula ΣΨ; denique VII. Obulconensis. Clausulas vocabulorum varias ad nummorum origines definiendas aliquod momentum habere non nego: neque vero probabile est per regiones integras unius tantum flexionis vocabula in usu fuisse. Etiam reliqua indicia, typi, inscriptionum collocatio, quamquam paullo maioris momenti quam clausulae, tamen caute adhibenda sunt.

Sane magna ex parte tutius videtur esse in enumerandis nummis Ibericis et Latinis ordinem tantum Pujol sequi alphabeticum: ut nuperrime fecit Pujol. Sed tamen aliquid audere praestat in his quoque nummis ordinandis et explicandis, similiter atque in consularibus Romanis factum est. Hoc Zobelius sensit: etenim quamvis Zobel minime ignarus multa adhuc restare incerta, tamen omnia quae huc faciant indicia respiciens caute simul atque audacter ordinem constituit geographicum eum, qui ex rei ipsius natura videretur consequens esse. Eum ego, ut in aliis, sequor nominibus tantum partium singularum hic illic mutatis paucisque aliter distributis, quae infra suis locis explicata sunt et excusata.

Necessarium enim inprimis videtur, ut unus aliquis ordo certus quamvis in singulis nondum a dubitatione omni liber recipiatur. Nam cum nunc habeamus Delgadi alphabeticum locorum, Zobelii duplicem geographicum et inscriptionum (in tabulis in fine adiectis), denique a Caelestino Pujol propositum inscriptionum secundum ordinem litterarum dispositarum, qui nummorum Hispanorum collectiones vel possident vel curant, quo ordine in scriniis nummos disponant et ubi reperiant ab aliis descriptos incerti haerent.

Incipimus igitur a regionibus maxime versus orientem et septentriones sitis eis, unde Iberos aliquando provenisse atque in paeninsulam immigrasse probabile est, et procedimus meridiem versus et occidentem usque ad ulterioris provinciae confinia. Similiter in ulteriore a septentrionibus et oriente, ubi cum citeriore cohaeret, versus meridiem et occidentem progredimur. Eundem ordinem infra in inscriptionibus Ibericis componendis sequimur. Provinciae utriusque loca quo modo distribuenda visa sint infra exponetur suis locis. Hic illud praeterea monendum est, quod Delgadum et Zobelium secutus praeter Graecos et Punicos, quibus careri omnino non posse manifestum est, etiam nummos Latinos omnes in syllogen hanc recepi. Scilicet cum bilingues eorumque similes, id est Latini propter typos cum Ibericis artissime coniuncti, necessario proponendi essent, mere Latini praeter nomina locorum peregrina, quae ad linguam Ibericam cognoscendam faciunt, et ipsi vocabula et nomina propria quaedam Iberica continent atque etiam eo memorabiles sunt, quod quae oppida aetate Romana nummos emiserunt, ea etiam antiquitus floruisse nummosque emisisse probabile est; ut infra videbimus in multis eorum, veluti in Carthaginiensibus (n. 96) et Accitanis (n. 113. 115).

Nummorum inscriptiones iam a. 1860, quo anno primum in Hispaniam veni, e numotheca regii musei Berolinensis descriptas et ex Florezii Eckhelii Saulcyi Boudardi Lorichsii voluminibus excerptas mecum tuli. Matriti schedas meas comparavi cum exemplaribus servatis in numotheca regia Hispana, apud Delgadum, cuius etiam schedas excutere mihi licuit (ut dixi in prolegomenon cap. I § 24), Zobelium, alios. Quidquid praeterea nummorum videre potui in itineribus per paeninsulam factis adnotavi. Schedis meis meisque consiliis usus Zobelius studia numismatica suscepit eo cum fructu, de quo supra exposui (in prolegomenon cap. I § 25), et e museis Europae numismaticis paene omnibus exemplaria excussit plurima, quae mecum communicavit vel charta et pulvere plumbi expressa vel stanno. Secuti eum sunt simili studio Berlanga (proleg. cap. I § 26) et Pujol (ibid. § 27). Quaecumque a viris illis doctis reique nummariae Hispanae admodum gnaris collecta sunt ex exemplaribus nummorum, quae aut ipsi possident aut viderunt testes oculatissimi, ea consentaneum est a me adhibita esse in hac sylloge conficienda. Unde de legendis inscriptionibus nummorum, quorum permulta plerumque extant exemplaria per multas collectiones sparsa et a multis viris saepissime examinata, iam nulla vel paene nulla exstat dubitatio. Tamen ubicumque dubitatio suborta est de rebus quibusdam minimis, de collocatione inscriptionum litterarumve singularum, de signis adiectis et similibus, coniuncta Zobelii Berlangae Pujol opera, qui mea causa examinaverunt exemplaria ea, ad quae aditus mihi ipsi iam non patebat, iam effectum est, ut lectio undique certa et stabilita esset. Itaque scito nummos Graece, Punice, Iberice, Latine inscriptos, qui infra proponuntur, aut ipsum me vidisse omnes et descripsisse aut accepisse descriptos a testibus, de quorum et fide et intellegentia nulla est dubitatio, videlicet a Delgado Zobelio Berlanga Pujol. Neque vero adscripsi musea singula, in quibus nummi singuli adservantur sive publica, quae omnibus patent, sive privata non multis nota, exceptis nummis quibusdam vel unicis vel rarissimis: talia enim numismaticis relinqui possunt. Nummorum vero imagines vel omnium vel plurimorum aut in aes incisas aut photographice expressas addere non

licuit propter impensas tali operi necessarias: sed cautum est, nisi fallor, ut quidquid in nummis scriptum exstat, plene et accurate repraesentaretur in hac sylloge. Typi Iberici in huius operis usum me curante fusi varietates quidem scripturae omnes, quae secundum aetates potissimum non exiguae sunt, imitari nequeunt; sed tamen singularum litterarum formas quanta fieri potuit fide exhibent.

Inscriptiones

In inscriptionibus nummorum proponendis, ut brevitati simul et perspicuitati consuleretur, has secutus sum leges inde ab Eckhelio inter numismaticos vigentes et observatas in corporis inscriptionum volumine primo, quod nummorum Romanorum inscriptiones exhibet. Qui in margine laevo praecedunt numeri Romani, indicant aetates quattuor a Zobelio, ut supra dictum est, distinctas, ad quas nummorum singulorum originem referre licet cum probabilitate. Deinde praescriptae sunt indicationes generum (drachma denarius quinarius victoriatus as semis cet.). Typi describuntur breviter, ita ut nummi agnosci possint in tabulis numismaticorum et in scriniis museorum. Ubi nihil adnotatur, scito capita equites cet. dextrorsum repraesentata esse. Omisi plerumque signa vel symbola addita in utraque nummorum facie aliasque minutias numismaticas, quae quamquam minime spernendae et ad nummorum genera origines aetates discernenda interdum utilissimae, tamen ad linguam inscriptionum intellegendam minoris momenti sunt. Scribuntur autem haec epigraphicis potius quam numismaticis. Cuius descriptio praecedit, nummi facies adversa est; aversa ita indicatur)(. A parte dextra inscriptiones Ibericae perscriptae sunt litteris Latinis; de scribendi ratione in formis Latinis ab Iberica diversa dixi in prolegomenon capite quarto. In nummis Latinis imperatorum indicandis potius quam describendis summa, ut par erat, brevitate usus sum. Infra indicantur ubique auctores, qui nummos ediderunt, praecipui, de quibus dictum est in prolegomenon capite primo. Adiectae sunt adnotationes, ubi opus erat, breves, epigraphicae de lectione et palaeographia inscriptionum, numismaticae de nummorum generibus, origine, frequentia, historicae et geographicae de locis, quibus tribuuntur.

HISPANIA CITERIOR

Provincia citerior, ad quam pertinent nummi Iberici longe plurimi, si sequimur naturam locorum finesque, qui creduntur a natura ipsa positi esse, nec respicimus nisi eam paeninsulae universae partem, unde nummos Ibericos provenire constat, neglectis reliquis regionibus, facile distribuitur in partes quattuor. Quae sunt I. ora maritima orientalis, II. Celtiberia septentrionalis, III. Celtiberia interior, IV. Celtiberia meridionalis ad provinciam ulteriorem vergens. De hac distributione paene convenit inter numismaticos, si potiora spectamus: neque dubitari potest quinam inter nummos Ibericos tribuendi sint partibus provinciae citerioris prioribus tribus: de quarta dubitari potest, ut infra exponetur.

I. ORA MARITIMA ORIENTALIS

Litus maris interni constat antiquitus habitatum fuisse a populis Ibericis inde ab ostiis Orani fluvii, qui postea Ledus dictus est oppidumque Montis Pessulani in Gallia Narbonensi praeterfluit, usque ad promunturium navis *(de la Nao)* hodie dictum, quod est a Carthagine nova meridiem versus; exinde enim ulterioris provinciae populi incipiebant ab Iberis proprie dictis diversi. Iberorum incolarum vetustorum vestigia supersunt minime dubia fluviorum montium populorum locorum nomina, quae Ibericae originis esse exposuimus in prolegomenon capite quarto. Dominationis Ibericae testimonia certa praeterea sunt arces vetustissimae Tarraconis Sagunti Saetabis aliorumque oppidorum, praeter nummos titulosque Ibericos inscriptos, quos infra composuimus. Celtas in regiones illas non pervenisse eo demonstratur, quod nomina locorum Celtica in iis prorsus nulla inveniuntur, si unam exceperis Segobrigam, de qua dicetur infra accuratius (n. 89). Occidentem versus quatenus Iberorum sedes paterent, nummi Iberici demonstraverunt. Nam si lineam ab ora paeninsulae septentrionali inde fere a loco quodam inter *Bilbao* et *Santandèr* oppida medio deducimus per fontes Hiberi fluvii Matritum et Toletum tangentem et deinde iuxta citerioris provinciae, quae postea fuit, fines et Granatam descendentem ad oram Hispaniae meridionalem non procul ab *Almeria* urbe versus orientem, regiones includimus, intra quas nummi Iberici proprie dicti soli comparuerunt. In regionibus paeninsulae versus septentriones et occidentem sitis nummi Iberici nulli unquam reperti sunt.

Orae maritimae orientalis quattuor regiones distinxi, Zobelium in universum secutus, in singulis nummis attribuendis et in ordine observando hic illic ab eius rationibus discedens. Constat inter omnes regioni Emporitanae quam dixi (I) tribuendos esse nummos, qui exempla Massiliensium et Graecorum ex Magna Graecia imitantur, Narbonenses ex Gallia, ex Hispania Emporitanos et Rhodienses una cum Ibericis propter typorum similitudinem cum eis coniungendis. Praecedere volui in singulis regionibus nummos locorum eorum, quorum collocatio aut certa est aut probabilis, ordine eodem geographico, quem sequuntur regiones. E quindecim locis huius regionis quinque tantum noti sunt (n. 1—5). Sequitur regio Tarraconensis (II) cum locis plus minusve certis sex (n. 16—21), incertis octo (n. 22—29). Regio tertia Ilerdensis est (III), cuius septem oppida aliunde novimus (n. 30—36), tres ignoramus (n. 37—39). Quarta est Saguntina (IV), quorum locos quattuor collocare licet vel certo vel probabiliter (n. 40—43); reliquos tres (n. 44—46) ignoramus.

De typorum inscriptionumque varietate in nummis observanda quae necessario adnotanda sunt, adnotabuntur ad regiones singulas.

I. REGIO EMPORITANA

E gentibus Ibericis, quae ab Orano fluvio usque ad Pyrenaeos montes habitaverunt in provincia, quae postea fuit Gallia Narbonensis, ad exemplum Massiliensium nummos Graecos emiserunt oppida populive hi quos infra scripsi:

Betarrates-Baeterrae. Avieni Besara; v. Saussaye *numismat. de la Narbonnaise* p. 182 tab. XXI: Boudard p. 246 ss.; Robert *numismat. de Languedoc* p. 512 s.

Caenicetes; Saussaye p. 103 tab. XIII; Robert p. 512.

Longostaletes; v. infra n. 2.

Namasatae, siquidem qui Nemauso nomen dederunt. Ibericae originis creduntur recte, ut puto: Saussaye p. 155 tab. XIX—XXI; Robert p. 492 ss.

Samnagetae; Saussaye p. 99 tab. XIII 1—3.

Segobii; Saussaye p. 121 tab. XIV; Feutrier *rev. numismatique* VII 1842 p. 5—11, qui Segobrigiis Galliae Narbonensis hos nummos tribuit.

Tricorii; Saussaye p. 117 tab. XIV; nisi hi potius Galli fuerunt.

Nummi Latini oppidorum huius regionis praeterea exstant Agathae Avennionis (Saussaye p. 137 tab. XVI) Cabellionis Cavarum Massiliae Rigomagi (non Ruscinonis) Sextantionis; denique qui Oxybiis populo Ligustico dubitanter tribuuntur (Saussaye p. 108 tab. XIII).

Cum illa Galliae Narbonensis parte coniungenda visa est Zobelio mihique Hispaniae regio contigua circa Rhoden et Emporias; unde comprehenditur hoc capite ora maritima inter Ledum et *Ter* fluvios, qui Gerundam praeterfluit; in qua regione qui ab oriente venerunt Graeci et Romani primum cum Iberis conveniebant. Comitatum Ruscinonensem *(el Rossellon)* usque ad a. 1659 Hispaniae partem fuisse notum est. Massiliam cum Hispanis amicitiam iunxisse testatur Trogus (Iustin. XLIII 5) atque docent nummi Rhodienses et Emporitani (n. 3 et 5).

Nummi Iberice inscripti *untcescen* Unticescensium sive Indicetum (n. 4. 6—9. 13) tribuendi sunt gentibus illis, quae circa Emporias habitaverunt, Ethruthruensibus qui videntur Rhodae accolis (n. 4). quibus et ipsis societas aliqua fuit cum Unticescensibus et Narbonensibus (n. 1. 2. 14). In nummis Emporitanis Graecis praeterea nomina exstant Iberice scripta multa, sive illa gentium populorumve fuerunt et ipsa vel circumiacentium vel foederatorum, ut Ilerdae fortasse et Sagunti (n. 5 *d e*), sive fortasse magistratuum (n. 5 *h* 1—63). Etiam in Rhodiensibus, qui multo minus frequentes sunt, nomina inveniuntur Iberice scripta, quae certa ratione explicari nequeant (n. 3). E reliquis civitatibus regionis eius claris et aliunde notis una Narbo nummos Ibericos habuit, si modo recte ei tribuuntur *nerhncen* inscripti (n. 1); ut equidem mihi persuasi. In nummis illis Nerhoncensium sive Narbonensium indicantur civitates aliae complures aliunde non notae, quae in vicinia sitae videntur fuisse et societate vel clientela cum illa coniunctae, *purpcen* (n. 2) et *tuiš* (n. 14). Cum Unticescensium coniuncta sunt in nummis nomina aliarum aliquot gentium fortasse vicinarum *edr* et *edn* (n. 4. 6), *adkles* et *tkri* (n. 7), *isqrkleš* et [illegible] (n. 8), *lug* (n. 9), *šerga* (n. 13); quae nomina omnia aliunde nota non sunt. Aliqua cum probabilitate soli nummi *purpcen* Iberice inscripti, Graece vero Longostaletum (n. 2), tributi sunt Perpiniano oppido ita excusato [illegible] antiqua appellato; nam videtur nomen hoc ab illo aliquo modo derivatum atque cum Nerhoncensium propter viciniam coniunctum esse. Deinde huic regioni adscripsimus propter typorum similitudinem et originem, quatenus certa est, et quod inscriptum habent praeter nomen *edr* vel *edn* vel *e*, ut Unticescenses, *l.s* inscriptos (n. 10), *pricaitn* (n. 11), qui cum Brigantio Narbonensis oppido componi solent, *šellucen* (n. 12). Denique in fine additi sunt nummi aliquot Iberice inscripti, qui videntur imitationes esse barbarae e Gallia Narbonensi oriundae (v. Zobel *estudio* II p. 20 cf. 221), inscripti *acoequtn* (n. 15 *a*) *ierh* (*b*) *iee* (*c*) *laphl* (*d*) *gerk* (*e*) [illegible]... (*f*) [illegible] (*g*). incerto nomine (*h*).

Terminationibus utuntur similibus *nerhncen purpcen šellucen untcescen*, *acoequtn* [illegible]: deinde *adkles isqrkleš*, *tuiš*. Contra *lug(a) šerga untga* fortasse nomina sunt plena: [illegible], si recte legimus, a reliquis differunt. Duo nomina coniuncta sunt in *iltr-aredu*, quae redeunt infra n. 30 et 23.

Drachmae Emporitanae et Rhodienses vetustae Graecam omnino artem indicant. Sane non aequant pulchritudine nummos Graecos Italiae inferioris et Siciliae; tamen prope ad eam accedunt. Asses in Gallia Narbonensi cusi caput mulieris habent velo tectum, in Hispania galeatum Minervae, ante quod nomen inscriptum

est; in aversa Gallici taurum currentem, Hispanici pegasum currentem, cuius caput ex Amore vel Genio alato sedente formatum est, raro leonem stantem, cum signis variis et interdum etiam cum nomine aliquo inscripto. Semisses Gallici habent equum marinum, Hispani taurum, trientes leonem currentem, quadrans gallum stantem, sextans equum currentem vel protomen equi.

Inscriptiones adversae ante caput exstant, aversae plerumque supra lineam, quae in antiquissimis quibusdam et recentissimis deest. Ubi duae inscriptiones sunt, altera in Gallicis infra lineam, in Hispanicis supra imaginem collocata est.

1. NERHNCEN

NARBO

II.	As	*a*	caput Minervae			
			)(taurus currens	ИᚠᐊHИ<И	*nerhncen*	
	Semis	*b*	caput Minervae	⊨<<		*ecc*
			)(pegasus	NᚠᐊHИ<N	*nerhncen*	
		c	caput Minervae	ᚠI		*ei*
			)(pegasus	ИᚠᐊHИ<И		
III.	As	*d*	caput Minervae	⊨I		„
			)(taurus currens	И⊨ᐊHИ<И	„	
III.	As	*e*	caput Minervae	⊨I		„
			)(taurus currens	..MH.. И⊨ᐊHИ<И	*šh-nerhncen*	
	As	*f*	caput Minervae	⊨I		„
			)(taurus currens	И⊨ᐊHИ<И	*nerhncn*	
III. IV.	As	*g*	caput Minervae			
			)(taurus currens	N⊨ᐊHИᛗИ	*nerhncen*	
III. IV.	As	*h*	caput Minervae			
			)(taurus currens	И⊨ᐊHИ	*nerhn*	
IV.	Semis	*i*	caput Minervae			
			)(pegasus	И⊨ᐊHИ<И	*nerhncn*	

Sestini p. 172 tab. VI 16—17; Saulcy p. 128, 105; Lorichs tab. XLVI 1—6; Boudard p. 84. 237 tab. XXVIII 1—15 XXIX 1. 2. 4. 6—8. 10. 11 (inde Phillips *Stammes- und Städtenamen* 1871 p. 394ss.); Heiss p. 434 tab. LXV 1—10; Robert *numismat. de Languedoc* p. 516 tab. IV 22—24; Delgado III p. 467s. tab. CXCIV. CXCV 1—11; Zobel II p. 26, inscr. 28. 29. 33—36. 55—57; Pujol *epigr.* n. 197 d—f.

Delgado legit *nerencen*, Zobel *nerhoncen;* atque post *rh* fortasse *u* vel *v* audiebatur, unde *rb* oriri et *Nerhua* Iberorum Hecataeo eiusve auctoribus *Narba* fieri potuit. Antiquior *e* forma ᚠ est, recentior ⊨. De nexibus litterarum hic tantum obviis ᛉ (n. 13) et ᛗ (*g*) pro *ce* et *nce* dixi in prolegomenon cap. III. Ad *b* cf. << 43 f. Caput in exemplaribus quibusdam *a* magis Mercurii visum est Zobelio (II p. 219) et simile eius, quod est in n. 2 *b c*.

Sestini Nardinium (Ptolemaei II 6, 33), Saulcy Nerios Plinii sive Νέριον ἄκρον Strabonis et Ptolemaei (II 6, 2) memoraverunt. Ad Narbonem primus rettulit Boudard, quamquam non recte legit; recte autem observavit, nummos hosce communes esse in Gallia Narbonensi, in Hispania raros. Propter ipsam multitudinem certo tribuendi sunt civitati alicui primariae. Probaverunt Boudardi opinionem Delgado et Zobel. *Naro* nominis formam fortasse non casu servatam esse apud Avienum or. marit. v. 587 Hold. recte observavit Sanpere *rev. de ciencias hist.* III 1881 p. 116ss. Elesyces, quorum oppidum fuit Narbo post Kiepertum (p. 161), qui Narbonem cum Norba composuit ab Humboldtio (p. 62) inter nomina Iberica relata (perperam puto, nam potius Italica est), Narbaeos Hecataei Ibericae stirpis esse etiam Müllenhoffius intellexit D. A. I p. 186s. Humboldtius inter nomina Iberica similia Nerium promunturium Strabonis (III 1, 3. 3, 5) et Nerios Melae (III 6, 11) et Plinii (IV § 111), Nerva flumen Ptolemaei (II 6, 7), Müllenhoffius Narbasos Gallaecos Ptolemaei (II 6, 48) proferunt. Narbone Ibericae aetatis vetustissimae vestigia nulla superesse non mirabimur (v. CIL XII p. 52). Nam quod miles legionis IV Macedonicae olim Hispanae ibi memoratur (CIL XII 4366), item homines oriundi Tarracone (4377), Bergusia Ilergetum (4529), Segobriga (4536), vel nominibus Hispanis, veluti Pellii (4408) Litugena (5022, nisi haec Celtica potius) Callaeci libertus (4508), ex vicinia Hispaniae explicatur.

2. Purpcn

II.	As	*a*	caput Minervae	⊧I	*ei*
			)(taurus currens	ΓΥ Γ<Ν — ΝΓ◁ΗΝ<Ν	*pu pcn — nerhncen*
III. IV.	As	*b*	caput Mercurii	ΒωΚΙΟϹ	Βώκιος
			)(tripus	ΛΟΓΓΟϹΤΑΛΗΤωΝ — ΓΥ♀Γ	Λογγοσταλήτων — *purp*
	As	*c*	caput Mercurii	ΛΟΥΚΟΤΙΚΝ	Λουκότικ(νος)
			)(tripus	ΛΟΓΓΟϹΤΑΛΗΤωΝ — ΓΥ♀Γ	Λογγοσταλήτων — „

Saussaye *numismatique de la Gaule Narbonnaise* p. 186 s. tab. XXIII; Boudard p. 246 tab. XXVIII 9. 10 tab. XXIX 4 *(b)* p. 267 tab. XXXVIII 9 *(a)*; Heiss p. 435 tab. LXV 7 (b), p. 438 tab. LXVI 1. 2 *(a)*; Robert *numismat. de Languedoc* p. 505 ss.; Delgado III p. 469 tab. CXCV 1. 2; Zobel II p. 26, inscr. 30. 42. 43; Pujol *epigr.* n. 192 *(b c)* 197 c *(a)*.

a patopi legit Boudard et tribuit Baeterris suis. *b* ΓΛ♀Γ *parp* Heiss. In nummis *a* Zobelio in exemplaribus paucis, quae vidit, post priores duas littera una visa est deesse; unde hos quoque nummos eidem loco tribuit atque *b c*. Longostaletes (Λογγοσταλῆτες) ubi sedem habuerint ignotum est; nominantur in nummis eorum Graecis praeterea reguli, ut videntur, nominibus Celticis Bocii et Lucoticni. Ad Perpinianum *(Perpignan)* inscriptionem Ibericam primus rettulit Saulcy probante Zobelio. Nomen fortasse origine cohaeret cum urbis vetustae Pyrene ab Avieno dictae or. marit. v. 558 ss. et cum montibus Pyrenaeis.

3. Rhode

I.	Drachma	*a*	caput nymphae (Arethusae)	ΡΟΔΗΤΩΝ	Ροδήτων
			)(rosa		
II.	Drachma	*b*	caput nymphae	ΥΥSΟΤΟ⋀ΝϹ	
			)(rosa		
		c	caput nymphae	?Om Ч	
			)(rosa		
		d	caput nymphae	Λm ΛΝ	
			)(rosa		

Florez III p. 114 tab. LXV 8. 9; Eckhel I p. 55; Heiss p. 55. 84. 85 tab. I 1—9 (Rhode); Pujol apud Delgado III p. 332 ss. tab. CLXI 1—14, *epigr.* n. 55—57; Zobel I p. 56 s. tab. VII 3.

b Delgado n. 10; Zobel I p. 56; Pujol *epigr.* n. 56. Antea legebatur ОᴼᐱSΟΤΟ≀ΛΛ< sive ΥΥᐱΟΤΟᐱΝϹ.

c Delgado n. 8; Heiss tab. I 5; Zobel I p. 57 tab. VII 3; Pujol *epigr.* n. 55. Zobel aliique antea legerunt ИШОС (inverse) sive Θ⋀VШ.

d Delgado n. 9; Pujol *epigr.* n. 57, qui apud Delg. errore dederat m ΛΝᴼ; nunc autem vidit initio vestigia Λ litterae.

Drachmae Rhodienses vetustae et optimae imitantur typos Siculos, ut Emporitanae; rosa aperta est, quattuor ramusculis quadrifariam divisa a parte externa.

In nummi *a* exemplari aliquo collectionis Vidal Barcinonensis, in quo caput nymphae sinistrorsum spectat, Pujol, qui edidit *rev. de ciencias historicas* I 1880 p. 472, indicavit mihi se observavisse litteram minutissimam Graecam inter capillos nymphae; qualis fuerit non meminit.

E drachmis Rhodiensium derivatos esse nummos argenteos non inscriptos antiquissimos, qui reperiuntur in Gallia Narbonensi, demonstravit Robert *numism. de Languedoc* p. 457, 8; quae in aversa eorum crux visa est esse, rosa est barbare formata.

4. Ethrthr — Edr...in

II.	As	*a*	caput Minervae	ΥΝΨ<ϟ<Ν	[illegible]
			)(pegasus	⊧XIΝ	[illegible]
		b	caput Minervae	ΥΝΨΕ≀ΕΝ	[illegible]
			)(leo currens	⊧XD	[illegible]
	As	*c*	caput Minervae	ΥΝΨϹϟϹΝ	„
			)(leo currens	⊧XD	„

II.	As	*d*	caput Minervae			
			)(leo currens	⊫XD		*edr*
	Semis	*e*	caput Minervae	↑ИΨ<ϟ<И	*untcescen*	
			)(taurus currens	ᚠØDØD		*ethrthr*
	Triens	*f*	caput Minervae	↑ИΨ<ϟ<И	„	
			)(equus marinus	ᚠØDØD		„
	Quadrans	*g*	caput Minervae	↑ИΨCϟCИ	„	
			)(leo currens	ᚠX		*ed*
	Quadrans	*h*	caput Minervae	↑ИΨ<ϟ<И	„	
			)(leo currens	⊨ —		*er*
II. III.	Sextans	*i*	caput Minervae	↑ИΨ<ϟ<И	„	
			)(gallus stans	⊨ —		„

Lastanosa p. 39, 104: Sestini p. 172 tab. VI 16. 17; Saulcy p. 109. 90 et p. 182, 92. 94; Boudard p. 250. 286. 289; Heiss p. 93 tab. III 47. 49. 51—53 IV 38—40. 45 LXV 2—4. 6. 7. 10 LXVI 1; Pujol *memorial numismatico* III 1873—75 p. 65 ss., idem *rev. de ciencias hist.* I 1880 p. 545 ss., idem apud Delgado III p. 240 ss. tab. CXLIX 1—5, *epigr.* n. 99 *a b* 100 *a b* 101. 102 *a—c* 103. 182 *h i j n o*; Zobel I p. 55, 27. 56 II p. 26 s. cf. p. 219, inscr. 19. 20. 21. 22. 54. 58. 65. 66. 67.

Propter locum inscriptionis etiam nummus *a* huic seriei videtur addendus, quamquam typus Minervae a reliquorum differt. Cf. n. 6 *k*.

Quod variant, ut videntur, X et Ø (in *e f*), dignum est observatione: vide prolegomenon cap. III § 15. Cum ⊫XD cf. clausula inscriptionis nummorum Saguntinorum n. 5 *e* 40 *b—r*; unde hic quoque fortasse ⊫ *ce* est, ut *cedr* legendum videatur. Sed ᚠ et ⊨ idem significare possunt. De *edhn* (n. 53. 58. 67) *edin* n. 4. 6 *edr* n. 4 *er* n. 1. 2. 4. 9. 11. 12. 43 *l e* n. 4. 7. 40 *i* dixi prolegomenon cap. IV in. Zobelius breviatum in syllabis illis putat latere nomen Ethruthruensium, quod fortasse Graecos induxit, ut propter soni aliquam similitudinem Rhodae nomen Graecum oppido inderent. Sed hoc incertum est. Coniunctio vero cum Indicetibus et frequentia nummorum indicat locum populumve fuisse non ignobilem.

5. Emporiae

I.	Trihemiobolia, tritemoria	*a*	caput Palladis, nymphae (Arethusae), cet.)(taurus facie humana, capita animalium, capra, delphini, cet.	ΕΜΠ, ΜƎ, ΜΕ, ΕW, Ε, ΕΜ	Ἐμποριτῶν
II.	Trihemiobolia	*b*	caput iuvenis imberbe diadematum vel laureatum, mulieris, Palladis, cet.)(quadratum incusum, cancer, amphora, eques, cet.	ΕΜ, Ε Μ, ᒣΜƎ, ΕW	„
III.	Trihemiobolia	*c*	caput Palladis, viri barbati, Apollinis laureati, cet.)(taurus facie humana, capra, gallus, caput Gorgonis, eques, cet.	ΕΜ, Ε Μ	„
	Tritemorium	*d*	caput imberbe)(rota quattuor radiorum, lupus	ᚺᛚΨϙX	*iltrd*
	Tritemorii pars dimidia ($^1/_{16}$ drachmae)	*e*	typus incertus)(protome equi	DD≷⊨ᚠXᵒᐱX	*arsecedrgd*
IV.	Aureus (gr. 8.86)	*f*	caput nymphae (Arethusae))(pegasus	ΕΜΠΟ	Ἐμποριτῶν

Drachmae	*g*	caput nymphae (Arethusae) cum delphinis tribus)(pegasus primum capite equino, deinde capite formato ex genio sedente alato	ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ, ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ	Ἐμπορίτων
	h	caput nymphae (Arethusae) cum delphinis tribus)(pegasus capite formato ex genio sedente alato	inscriptiones Ibericae n. 1—63	
	1		ΡΗ^↑ΜΜΗ	*ah.un.sh*

Heiss p. 89 tab. II 23; Delgado n. 164; Zobel n. 18 tab. VI 11; Pujol *epigr.* n. 1.

ᖇΗ↑ΝΙΜΗ Heiss, ΠΗΛ↑ΝΠΜΗ Zobel. Pujol adnotat litterarum primam certe Ρ esse, non Π.

| | 2 | ᐅ⩚ϙSΘX | *aursthd*

Pujol *bol. de la Acad.* V 1884 p. 354 (61), *epigr.* n. 2.

Particula huius inscriptionis est fortasse quam Zobel exhibet n. 36 ↑ϙ. Pujol eam omisit, utpote incertam.

| | 3 | DϙξΡΙΜΝ | *arsa..n*

Delgado n. 148; Zobel n. 2 tab. VI 5; Pujol *epigr.* n. 3 (adn. ad n. 33).

Οϙ cet. Delgado, ᐅϙ cet. Zobel. Zobelii tabulam accuratam esse testatur Pujol; D prior margine infra pedem amisit, altera magis Ρ quam ᐅ videtur. Pujol nummum Valentiae ex sylloge Cerda emit putatque ad Saguntum referendam esse inscriptionem. Cf. *arsecedrgd* supra *e*.

| | 4 | CΠ϶ΜΟΗ | *eprsoh?*

Delgado n. 169; Zobel n. 31; Pujol *epigr.* n. 4[a].

ΣΠ9ΜΟΗ Zobel.

| | 5 | ⊏Π϶ϙΟΗ | *eprsoh*

Delgado n. 170; Pujol *epigr.* n. 4[b].

| | 6 | CΜΟC↑Η | *csocuh*

Delgado n. 173; Zobel n. 6 tab. IV 14; Pujol *epigr.* n. 6.

ξΜ9C↑Η Zobel.

| | 7 | C7Π1ΗΟΜ | *crplhos*

Heiss p. 89 tab. II 24; Delgado n. 172; Zobel n. 7; Pujol *epigr.* n. 5.

Cf. Zobel n. 33 ...ΝΟΜ.

⊏϶Π1ΝΟΜ Heiss, ⊏9Π7ΗΟΜ Zobel.

| | 8 | ⊏ΜΤ϶ΜRC | *cstrs.*

Delgado n. 171; Zobel n. 21 tab. VI 17 et n. 45; Pujol *bol. de la Acad.* V 1884 p. 350, *epigr.* n. 7

ξΜΤΩᐅRC Zobel n. 21, ⊏ΜΤ϶ᐅΛC idem n. 45. ⊏Μ?Γ⊏ΤΤ Pujol *bol.*

| | 9 | ⊏ΠΖΜᐁ | *cstqsa?*

Delgado n. 68; Zobel n. 43 et melius I p. 87 tab. VI 16; Pujol *bol. de la Acad.* V 1884 p. 350, *epigr.* n. 8

ξΠΖΜᐁ Zobel, ⊏ΠΖΜ ᐁ in tabula. ⊢Μ⩘ΜᐅPujol *bol.*; idem in n. suo 23 eadem fere legi observat

| | 10 | <ΛΟCΩΙΜ | *clo.gs*

Delgado n. 167; Zobel n. 19 et I p. 87 tab. VI 12; Pujol *epigr.* n. 9.

<ΛΟ<ΩΙΜ Zobel.

| | 11 | Χ϶Η | *dih*

Delgado n. 144; Zobel n. 39 et melius p. 59; Pujol *epigr.* n. 10.

⫤ЧΗ Zobel n. 39, ΧЧΗ id. p. 59.

| | 12 | | XH | *dh*
Pujol *bol. de la Acad.* V 1884 p. 354, *epigr.* n. 11.

| | 13 | | ⊧MIИTAI | *ešintlĭ*
Lorichs tab. XLVI 7; Heiss p. 89 tab. II 25; Delgado n. 179; Zobel n. 30; Pujol *epigr.* n. 12.

EMЧΛΛH Heiss (cf. n. 4 Ethruthruenses). In exemplo Delgadi n. 179 insculptum est in aversa ⊭ПII.

| | 14 | | ⊧⊲ΓΛM | *erplš*
Delgado n. 143; Pujol *epigr.* n. 13.

| | 15 | | ⫤ϩИM | *šnge*
Delgado n. 175; Zobel n. 20 tab. VI 9; Pujol *epigr.* n. 14ª.

Zobel prorsus similiter descripsit ⫤ϩVM; in tabula eius non satis accurate exhibetur. Sinistrorsum procedere et legendam esse ⊭ϟVM observat Pujol. Puto potius ita MИϟ⊭.

| | 16 | | ⊦NΓHИ | *ehphn?*
Delgado n. 157; Zobel n. 25 et p. 59 tab. VI 13; Pujol *epigr.* n. 15.

Lectio non satis certa.

| | 17 | | X♀PXИH⊃ΓЧD | *qraqnh.lir*
Heiss p. 89 tab. II 30; Delgado n. 150; Zobel n. 17 et p. 206, 10 tab. VI 10; Pujol *epigr.* n. 16.

X♀YXИHПΓИD Heiss, X♀PXИMDΓЧD Zobel; Pujol initio X et sexto loco H certas esse affirmat.

| | 18 | | ЧΓΨ♀XMPΓΓЧ♀ИPЧ | *iltrdšalirnpi*
Pujol *epigr.* n. 17.

Zobel et Pujol olim inscriptionem eandem esse putabant atque denarii Ilerdensis et Salirinensium infra n. 29 *c*. Sed Pujol, qui drachmam possedit, inscriptionem longiorem esse animadvertit. Cum apices tantum litterarum magna ex parte distinguantur, tres litterae ultimae incertum manet utrum ИPЧ an Γ♀Ч fuerint; sola Ч ultima certa est.

| | 19 | | ЧΓΨ♀XMPΓΓЧ♀ | *iltrdšalir*
Lorichs tab. XLVI 8; Delgado n. 134; Zobel n. 1; Pujol *epigr.* n. 17ᵇ. Cf. n. 29 *a*.

| | 20 | | ЧΓΨ◇XM | *iltrdš*
Delgado n. 135; Pujol *epigr.* n. 17ᶜ.

Cf. n. 17 *a b*. И errore positam esse pro Ч adnotat Pujol.

| | 21 | | ЧΓΨ◇X | *iltrd*
Delgado n. 136; Pujol *epigr.* n. 18.

| | 22 | | ⫤ЧИ | *hne*
Delgado n. 145; Pujol *epigr.* n. 19.

Cf. Pujol n. 10 et 14ª. Sinistrorsum scripta, ut Pujol n. 14ª, supra n. 15.

| | 23 | | IЧ♀C////⟩⟩ | *iurc...*
Heiss p. 89 tab. II 29; Delgado n. 161; Zobel n. 37; Pujol *epigr.* n. 20.

IЧ♀<··I> Zobel.

| | 24 | | I♀CЧH | *ircnh*
Heiss p. 89 tab. II 27; Delgado n. 162; Zobel n. 13; Pujol *epigr.* n. 21.

Cf. Pujol n. 20, supra n. 23.

| 25 | ΙΜИΓΗΜ<Ο | isnahšcer

Delgado n. 160; Zobel n. 29; Pujol *epigr.* n. 22.

ΙΜЧΡΗΜΚΟ Zobel. Heiss p. 90 tab. II 32 habet clausulam hanc ИΕΦ.

| 26 | ΙΞШΖΜΡ | istgša

Delgado n. 163; Zobel n. 14 tab. VI 8; Pujol *epigr.* n. 23.

ΙΞΨΖΜΡ Zobel. *Istagesa* ut *Otogesa?*

| 27 | ΛΜΡΤΟΓΗΙ | lsatocelu

Delgado 158; Zobel n. 12 tab. IV 13; Pujol *epigr.* n. 24.

ΛΜΡΤΟΓИΙ Zobel et Pujol apud Antonium Delgado, qui tamen nummo denuo inspecto affirmat paenultimam certo Η esse, non И.

| 28 | ΛΗИΜ | ..lhgš

Delgado n. 142; Zobel n. 9 tab. IV 16; Pujol *epigr.* n. 25.

ИΝΗΜ Delgado; ΟΛΝΗΜ Zobel. Pujol adnotat Ο illam pedem esse equi, initium autem inscriptionis fortasse desiderari.

| 29 | ΛЧΗΥΗ | gunch?

Delgado n. 149; Zobel n. 38 tab. IV 15; Pujol *epigr.* n. 26.

ΞЧΗЧΗ Zobel.

| 30 | ΗΛΝΜΦИΛΙΦΕΜΡΡИ | hlgsrnlresain

Delgado n. 159; Zobel n. 5 tab. VI 7; Pujol *epigr.* n. 27[a].

ΗΛΗΜΦΡИΟΧΙΟΜΡΨИ Zobel; Pujol ita exhibet ΗΛΗΜΦИΠΙΠΓΙΕΜΡΡИ et adnotat, cum legerit inscriptionem una cum Arturo Pedrals et Raimundo de Siscar, peritissimis nummorum viris, convenisse inter eos legendum esse, ut dedi. Cf. n. 18. 19.

| 31 | ΝΛΝΜΝΦΨИ | hlhšhrtn

Delgado n. 139. 140; Zobel n. 28; Pujol *epigr.* n. 27[b].

ΗΡΗΜΦΡΧΧ Zobel; nisi diversa est omnino.

| 32 | ΗΛΗΜΗΦΨИ | hlhšhrtn

Delgado n. 141; Zobel n. 4 et p. 59; Pujol *epigr.* n. 27[c].

Vidi ipse et contuli a. 1861 apud Antonium Delgado.

| 33 | ΗΟΝΙΕ | hrn'e
| | ΗΟΗΙΓ |

Heiss p. 89 tab. II 28; Delgado n. 155. 156; Zobel n. 3 et p. 59; Pujol *epigr.* n. 28.

ΝΦΗΡΓ Heiss, ΗΟΗΙΕ Zobel n. 3. ΗΦΗИΕ Zobel p. 59.

| 34 | ΝΙΜΡΙ | lisn

Pujol *rev. de ciencias hist.* I 1880 p. 549, *epigr.* n. 29.

| 35 | ✱ΟΡΡΗΡ | krailn

Pujol *bol. de la Acad.* V 1884 p. 350 tab. VI 63, *epigr.* n. 30.

| 36 | ΠΛΡΡΗ | pln.h?

Zobel n. 8 tab. IV 15; Pujol *epigr.* n. 31.

De prima littera Zobel dubitat, num Μ fortasse habenda sit.

| | 37 | | П˙ʍ·ꞱꞱ | *pštt?*

Delgado n. 138; Zobel n. 47 tab. VI 20; Pujol *epigr.* n. 32.

..П. ⲠᴼΛΛ Zobel; Pujol affirmat errasse Zobelii artificem neque aliter atque supra dedi legi posse litteras minimas.

| | 38 | | O^NMM | *olhšš*

Lorichs tab. LXXXVIII 11; Delgado n. 184; Pujol *epigr.* n. 33.

Cf. Pujol n. 25 (supra n. 28), quam non diversam esse putabat Zobel.

| | 39 | | OHΘ | *oho*

Pujol *epigr.* n. 34, qui dicit ineditam esse syllogae suae primamque litteram incertam.

| | 40 | | OY, OY, ON | *ou, on*

Heiss p. 90 tab. II 34; Delgado n. 182. 183; Zobel n. 10; Pujol *epigr.* n. 35^{ab} 36.

ΘY Zobel.

| | 41 | | Θ | *o*

Pujol *epigr.* n. 37, qui adnotat nihil praeterea in nummo fuisse.

Quam Zobel exhibet n. 34 ♀, fortasse non diversa est. Pujol eam omisit.

| | 42 | | ≷ПIN | *spin*

Delgado n. 146; Zobel n. 22 tab. VI 18; Pujol *epigr.* n. 38.

≷ПPN Zobel; sed Pujol affirmat paenultimam non P esse, sed I.

| | 43 | | ≷ꟼΛIΛHOM | *srlĭlhoš*

Delgado n. 153; Pujol *epigr.* n. 39.

| | 44 | | ≷ƖΚ<····X | *slc...d*

Delgado n. 151: Zobel n. 44 tab. VI 6; Pujol *epigr.* n. 40.

≷ƖΚCП..Ч Zobel; Pujol affirmat litteram ultimam X esse.

| | 45 | | ≷H♀..<Ƞ | *shr..ci*

Delgado n. 154; Zobel n. 11, 1 tab. IV 14; Pujol *epigr.* n. 41.

Pujol adnotat ♀ et < dubias esse. Cf. supra n. 1 *sh.*

| | 46 | | ≷HƖΚᴼMЧM | *shlošuš*

Delgado n. 152; Pujol *epigr.* n. 42. Cf. supra n. 1.

| | 47 | | WꞒDᛏ·ƝH | *šcau.nh*

Delgado n. 147; Zobel n. 23 tab. VI 19; Pujol *epigr.* n. 43.

Pujol affirmat paenultimam Ƞ esse, non T.

| | 48 | | ....Ψ♀Xᴼ | *..trdo*

Delgado n. 137; Pujol *epigr.* n. 44.

Cum lupae typus in hoc nummo ad Ilerdam ducat, componendam recte censet Pujol cum n. 18—19.

| | 49 | | ᛏ<ᑐΘᑐ♀ | *ucether*

Pujol *bol. de la Acad.* V 1884 p. 350, *epigr.* n. 45.

| | 50 | | CHΩ◇XII | ?

Lorichs tab. LXXVIII 13 (e Pellerino); inde Delgado n. 181 et Zobel n. 42; Pujol *epigr.* n. 46. Cf. n. 45. 46.

| | 51 | | CϘPC | ?

Heiss p. 90 tab. II 35; Delgado n. 174; Zobel n. 40; Pujol *epigr.* n. 47.
ΓΩΠC Heiss, si modo eadem inscriptio est; ↖ϘΡ< Zobel.

| | 52 | | ΓΜΠCC | ?

Heiss p. 89 tab. II 26; Delgado n. 165; Zobel n. 26; Pujol *epigr.* n. 48.
IΜΠΡΙΤΙ Heiss, ЄΜΠω Zobel, ut videatur Graeca inscriptio esse male repetita.

| | 53 | | ĀTI॥NO | ?

Delgado n. 180; Zobel n. 46 tab. VI 23; Pujol *epigr.* n. 49.
Incertae lectionis esse consentiunt auctores omnes.

| | 54 | | HO | ?

Delgado n. 187; Pujol *epigr.* n. 50.
Pujol nummum barbarum imitationem Gallicam esse putat.

| | 55 | | ...ΛΗΡ | ?

Pujol *epigr.* n. 51.
Drachma collectionis Cervera inedita; tituli initium periit.

| | 56 | | ...↑Ϲ≷∩ | ?

Delgado n. 178; Pujol *epigr.* n. 52.

| | 57 | | ...ϘΜШΝ | ?

Delgado n. 168; Zobel n. 35 et p. 88; Pujol n. 53.
..↑ΜΨΝ Zobel n. 35, ..ΥΜШΝ idem p. 88.

| | 58 | | ΡΧΣ | *aqg*

Zobel n. 16.
Pujol omisit, utpote incertam. Fortasse particula inscriptionis n. 16.

| | 59 | | ΡΜΡΝ | *lsln*

Zobel n. 41.
Pujol omisit.

| | 60 | | ΝΗΗΜ | *nhhs*

Zobel n. 15.
Pujol omisit, utpote incertam.

| | 61 | | ΚΑΤΟΙΛ | *klto..*

Zobel n. 24 tab. VI 21.
Pujol omisit utpote incertam. Lorichs tab. XLIX 16 ϡVΑΤ, eadem?

| | 62 | | ≷ϘΠΟ | *srpo*

Zobel n. 32.
Pujol omisit, utpote incertam. Cf. Pujol n. 47, supra n. 51.

| | 63 | | ΜΟϤΤΝΠ | *šortnp?*

Heiss p. 89 tab. II 22.
Zobel et Pujol omiserunt, utpote incertam.

Sextans | *i* | caput Palladis
| |)(equus currens | DX EM | *ad* Εμ(πορίτων)

LATINI

As	*k*	caput Minervae		EMPORIT
		)(pegasus		MVNICI
		ut supra, ante caput		QVAIC
				EMPORIT
		ut supra, ante caput	1)	C·CAT·C·O·CAB
				EMPORI
				C·CA·T·COCA
			2)	C·I·L·C·O
				Q·I·L·E·R
			3)	Q·C·INICOM REL
				Q·C·I·NICOM PFL
			4)	Q·CN C·GR·L·CFA
				CNCCRLCPA
				Q CNC·G·R·L·C·F
			5)	Q CN·C·P·C·M·A
				Q C·NC·PC·
				Q CN·C·P·C·M·A
				CN·C·P·C·MA
				Q·C·O·C·C·M·A
				Q CO DD M
			6)	C·P·C·MS·RQ
				C·S·B·L·C·M·Q
				C·TC·QCC·AR
			7)	L·C·C·R·Q
				L·M·RF·P·C·Q·
			8)	M·A·B·M·F·M·Q·
				M·A·B·M·R·M
			9)	M·O·L·A·Q
			10)	P·C·V·Q·C·C·Q
			11)	P·I·P··C·S·M·O
			12)	P·L·L·L

Florez II p. 409ss. tab. XXIV 1—12 XXV 1—8 III p. 56ss. tab. LXII 4. 5; Eckhel I p. 47—50; Lorichs tab. XLIX 1—17 (Emporitani Latini) LXIV 14 *(i)*; Heiss p. 86ss. tab. I—IV 1—69 (Emporiae); Pujol *memorial numismático* III 1873/75 p. 1—46. 65—95. 121—189 cum tabb. I. III. V; idem apud Delgado III p. 114ss. tab. CXXIV—CXLII 1—311; idem *rev. de ciencias hist.* I 1880 p. 545ss. III 1880—81 p. 142ss.; Joachim Botet y Sisó *noticia histórica de . . . Emporion* (Matriti 1875 pp. 147, 8.) cum tabb. VI nummos continentibus; Zobel I p. 26ss. 55. 59 tab. IV 1—18 V VI et II p. 28. 118 et *rev. de ciencias hist.* III 1880—81 p. 536ss., inscr. n. 71 *(i)*; Pujol *epigr.* n. 1—53 *(i)* 182 p *(i)*.

G. Phillips *über den iberischen Stamm der Indiketen* (1871) p. 761ss. ex Boudardo aliquot huius seriei titulos novit.

Inter nummos Graecos Massilienses insunt imitationes barbarae nummorum Emporitanorum et Rhodiensium. Videantur de eis *Descrizione d'alcune medaglie greche del museo del S. Barone Stanislao de Chaudoir* (cum tabb. VI) Florentiae 1831 (pp. VIII 126) 4. et eiusdem operis *corrections et additions* (cum tabb. V) Parisiis 1835 (pp. V 112) et *suppléments aux corrections* ibid. 1835 (pp. 28) 4.; deinde P. Ch. Robert in *annuaire de la société de numismatique* V 1877/81 p. 275ss.; denique J. Laugier *les monnaies massaliotes du cabinet de médailles de Marseille* (cum tabb. XVII) Massiliae 1887 (pp. 55) cum censura A. de B(arthélémy) in eodem *annuaire* XI 1887 p. 672.

Inscriptiones Ibericas, quae litteris minutissimis atque haud raro evanidis exstant in drachmis Emporitanis permultis, observatas illas ex parte iam a Lorichsio, plane et accurate primus composuit Pujol; unde Zobelii index augetur et corrigitur. Observavit autem Pujol titulos certos diversos n. 1—47, incertos octo n. 48—53, in

quibus eiusdem gentis, quae videntur, variae inscriptiones singulis numeris comprehensae sunt. Repetivi eos ego eodem atque Pujol ordine, ne difficilius quaererentur, sed numeris continuis adiectis. et addidi praeterea etiam minus certas Zobelii et Heissii. Quas enim Zobelius ex aliis auctoribus sumpsit incertas, item quam Heissius unam, eas in fine addidi. Insunt in illis inscriptionibus litterae aliquot Ibericae aliunde non notae, ex Punicis derivatae illisque simillimae; ut adnotavit Berlanga Hisp. anterom. p. 200. N. 58—63 quamvis admodum incertas non omisi, quia possunt aliquando exemplaribus melioribus vel confirmari vel redargui.

Pujol exhibet tesseras aliquot, quae videntur, exiguas ita inscriptas (C·R) et (ꟼ). DD. ꓷD. VO.

Inscriptiones Ibericae *d e*, item ex parte *h*, ut dixi, scriptae sunt litteris minutissimis et interdum lectu difficilibus; creduntur inesse gentium oppidorumque vicinorum nomina, sed possunt etiam esse nomina magistratuum. De *e* vide adnotata infra ad n. 40.

Nummi Emporitani Graeci typos imitantur non tam Massilienses quam Siculos et Italicos, ut Zobelius observavit. Amoris alati signum, quod locum capitis obtinet in pegaso, a Caelestino Cavedoni *bullettino dell' instit. archeol.* 1841 p. 79 ss. perverso acumine pro Chrysaore habitum est, propterea quod Chrysaoris Bithyniae oppidum nomen habuisset Ἰνδική, Emporiae autem Indicetum urbs fuisset. Signum illud quid significet ignotum esse recte monuit dux de Luynes *rev. numismatique* V 1840 p. 85—88. Delgado et Pujol solent cabirum dicere; Amorem esse indicavit breviter H. Riggauer *Zeitschrift für Numismatik* VIII 1880 p. 97 tab. I 28. Taurum facie humana redire in nummis Magnae Graeciae variis observavit Cavedonius *bullettino napoletano* nov. ser. III 1854 p. 62—65.

E thesauro a. 1880 prope *Segaró* reperto discimus Emporias nummos Graecos emisisse usque fere ad saeculum ante Chr. n. primum.

Nummi Latini inscripti sunt EMPORIAE)(MVNICI*pium*. Quod Lorichs in nummis quibusdam Latinis (tab. XLVIII 9) litteris Latinis Ibericas aliquot admixtas esse credidit MVNI<Ͷ et MNͶᚪ, erravit; sunt illi mere Latini, sed male lecti, ut adnotavit Delgado; habent enim MVNICI simpliciter, ut reliqui: cf. n. 5 *k*.

In Latinis *q(uinquennales)* significari creduntur; puto magis indicari *q(uaestores)*. QVAIC quid significet incertum; suntne et ipsi *quaistores*? DD saepius impressum est. Magistratuum nomina, quorum paria distinguuntur circiter duodecim, difficile leguntur; agnoscuntur *C. I(ulius) Nico(medes)*, *Cn. C(ornelius) P....* cet.

6. Untcescen

Indicetes

II.	As	*a*	caput Minervae			
			)(pegasus	↑ΝΨ<ϟϹΝ	*untcescen*	
	As	*b*	caput Minervae	⊭I		*ci*
			)(pegasus	↑ΝΨ<ϟ<Ν	–	
	Semis	*c*	caput Minervae	⊭		*c*
			)(taurus currens	↑ΝΨ<ϟ<Ν	–	
	Semis	*d*	caput Minervae	⊭		–
			)(taurus currens	↑ΝΨ<ϟ<Ν	–	
	Quadrans	*e*	caput Minervae			
			)(leo currens	↑ΝΨ<ϟ<Ν	–	
	Quadrans	*f*	caput Minervae	⊨		–
			)(leo currens	↑ΝΨ<ϟ<Ν	–	
III.	As	*g*	caput Minervae	⊨I		–
			)(pegasus	↑ΝΨ<ϟ<Ν (↑ΝΨ<ϟ<Ν)	–	
III. IV.	As	*h*	caput Minervae	⊭I (⊭)		*ci* (*c*)
			)(pegasus	↑ΝΨ<ϟ<Ν	*untcsen*	
III.	As	*i*	caput Minervae	⊭I, X		*ci, edn*
			)(pegasus	↑ΝΨ<ϟ<Ν	–	
	As	*k*	caput Minervae			
			)(pegasus	⊨XIΝ ↑ΝΨ<ϟ<Ν	*edn untcsen*	

Lastanosa p. 28. 42; Sestini p. 135 s. tab. VI 1; Saulcy p. 186. 141; Lorichs tab. XXV 9. 10; Boudard p. 222 tab. XXIV 12. 13; Heiss p. 210 tab. XXVII 1—3; Delgado III p. 110 tab. CXXIII 1. 2; Zobel II p. 88 [tab. VIII 8 nondum edita], inscr. n. 587—588; Berlanga Hisp. anterom. p. 87; Pujol *rev. de ciencias hist.* IV 1886 p. 153 s., *bol. de la Acad.* V 1884 p. 30, *epigr.* n. 89 *a—d*.

Ρ etiam D, Ψ et З etiam Ψ sive Ψ, З. ϟ sive Ƴ formas habent, ↑ etiam ↑. З pro *a* redit n. 1~~; est hic paullo rotundius, quam typo exprimitur.

Pujol novit asses quinque huius seriei diversos.

De Damania dixi ad C I L II n. 2960.

Quam Zobel II p. 88 ex imagine nummi alicuius male delineati gentem Danesonensium olim statuerat, eam non exstitisse, sed nummum illum esse Damanitanum prave lectum ipse demonstravit *rev. de ciencias hist.* II 1880/81 p. 536; cf. Pujol ibid. III 1881 p. 163 s., *epigr.* p. 356.

87. Nertpš

Nertobriga

III.	As	*a*	caput imberbe	Ν		*n*
			)(eques hastatus	ΝΕϘШΓΜ	*nertpš*	
		b	caput barbatum	Ν		"
			)(eques hastatus	ΝΕϘШΡΜ	"	
	Semis	*c*	caput imberbe	Ν		"
			)(equus currens	ΝΕϘШΓ	*nertp*	

Lastanosa p. 34, 74; Saulcy p. 175, 133; Lorichs tab. XV 1—3; Boudard p. 236 tab. XXVII 8—10; Heiss p. 189 tab. XXI 1. 2 (Nertobriga); Delgado III p. 313 tab. CLV 1—3; Zobel II p. 88 [tab. VIII 7 inedita], inscr. n. 578—581. 589; Pujol *epigr.* n. 141.

Nertobriga, cui nummos hosce primus tribuit Delgado, clarum Celtiberorum oppidum, quamquam nomen gerit ex parte sane originis Celticae, memoratur apud Florum II 17, 10, Appianum Iber. 48. 50 ubi Νεργόβριγα traditur, in itinerario inter Bilbilim (n. 85) et Segontiam (n. 95) alteram (p. 437, 4. 439, 2) et apud Ravennatem (p. 309, 15). Eadem fortasse indicatur litteris ΝΓ in Bilbilitano n. 85 *f*.

Forma nominis Iberica, *Nertopis*, si modo plena est, a Nertobriga adeo differt, ut terminatio Celtica videri possit alicui adiecta esse a Graecis Romanisve ad similitudinem nominum Gallicorum neque vero origine exstitisse. Nertopes fortasse erant gens Ibera, cuius oppidum Celtae Nertobrigam dixerunt. Nertobriga altera Baeticae (C I L II p. 125) diversa est.

88. Hrhšis

III.	As	*a*	caput imberbe		
			)(eques hastatus	HϘHΜΝ	*hrhši*
IV.	As	*b*	caput barbatum		
			)(eques hastatus	H◇HΜΝϟ	*hrhšis*

Lastanosa p. 29, 43. 44. 30, 49. 31, 58; Sestini p. 144 tab. VI 4; Saulcy p. 153, 121; Lorichs tab. XIX 1—4. 6; Heiss p. 189 tab. XXI 1—4 (Eresi); Delgado III p. 254 tab. CXLV. CXLVI 1—5; Zobel II p. 88, inscr. n. 575—77; Pujol *epigr.* n. 146 *a b*.

In uno apud Lorichs tab. XIX 3 impressum est sigillum H.

Delgado legit *herhesi* aut (!) *arse* atque, cum nummi hi frequentissimi sint in Aragonia, provenire eos putat ex Aragonia superiore. Cum typi eorum conveniant aliqua ex parte cum Bilbilitanis (n. 85), Damanitanis (n. 86), Titacorum (n. 76), Uxamensium (n. 74), Alavonensium (n. 32), Celsensium (n. 33), originem eorum Zobelius quaesivit in loco aliquo inter sex illos locos intermedio. Quod cum quadret aliquo modo in Segontiam eam, quae in itinerario collocatur inter Nertobrigam (n. 87) et Caesaraugustam (p. 438, 5 et 439, 3), diversam illam ab altera Segontia (*Siguenza*, v. C I L II p. 389) inter Caesadam et Arcobrigam (p. 436, 5 et 438, 12), H(o)rh(o)sitanos aliunde ignotos ibi caput habuisse idem coniecit. Haec tamen collocatio quam incerta sit apparet.

XI. REGIO SEGOBRIGENSIS

A Segobriga, de qua infra dixi (n. 89), incipit regio vasta a Celtiberis habitata, quae versus septentriones extenditur ad partem meridionalem provinciarum quae nunc sunt *de Soria* et *de Teruel* atque complectitur fere integras quae hodie dicuntur *de Cuenca* et *de Guadalajara*. Praeter Segobrigam situs vel certi vel paene certi sunt, quorum nummi propter typos huc pertinent, Argaeli cum Uxamensibus (n. 74) coniuncti (n. 90), Caisesenses, si recte ad Caesadam referuntur (n. 91), Concutenses (n. 93 cf. supra n. 53), Ercavicenses (n. 94), Iisenses (n. 91), Lacasetani (n. 95), Segontini (n. 95). Quibus interposui nummos duos minus certos inscriptos *krnešqn* (n. 92) et *icesanqm* (n. 93).

De nominum terminationibus haec observanda: *arcailiqš* n. 90 nomen formatum esse ut regionis Numantinae *ttaqš* n. 76 *aratqš* n. 78 *eoalaqš* n. 80 *ilaca[p]qš* n. 81 *lutaqš* n. 82, Calagurritanae *caluqriqš* n. 64 *lhuitšqš* n. 69, Turiasonensis *thitaqš* n. 62 *uaruqš* n. 63, Pompaelonensis *lipaqš* n. 55 *oelihqs* n. 56; nec absimilia esse *ušamus* n. 74 *uardus* n. 84. Cum *šeqprices* n. 89 comparanda *caraues* n. 71 *hilauces* n. 75 *hztces* n. 61. Huic etiam *šeqtas-lacas* n. 95 similia sunt. Deinde *qnkut* n. 93 et *knqd* n. 53 et 54 componenda sunt. Perscripta videntur esse *caišesa* n. 91 et *ercauica* n. 94, quod cum nomine oppidi Latino ad litteram convenit. Denique *iiš* n. 91, nisi breviatum est, cum *plplis* n. 85 *nertps* n. 87 *hrhšis* n. 88 aliquo modo convenit.

Caput habent nummi hi paene omnes imberbe, cum inscriptione breviata vel littera singulari et delphino uno plerique; pauci cum duobus delphinis tribusve. In aversa denarii et asses equitem habent ubique hastatum excepto uno Carnesium (n. 92), qui palmam gerit. Semisses equum currentem habent omnes sine signis. Excipiuntur nummi duo recentiores Segobrigenses (n. 89), denarius, in quo etiam Celsithanorum (n. 47) nomen exstat, et semis cum capite Romae et ΛΛ littera, qui in aversa leonem habet gradientem cum luna media.

Latini huius regionis exstant Segobrigenses et Ercavicenses, quos subiunxi Ibericis n. 89ᵃ et 94ᵃ.

89. ŠEQPRICES

SEGOBRIGA

III.	Denarius	*a*	caput imberbe	ΛΛ		*š*
			)(eques hastatus, equus	ΛΛΕΧΓΟΝ‹ϟ	*šeqprices*	
	As	*b*	caput imberbe	ΛΛ		„
			)(eques hastatus	ΛΛΕΧΓΟΝ‹ϟ	„	
IV.	As	*c*	caput imberbe	ΛΛ		„
			)(eques hastatus	ΛΛΕΧΓΟΝϟ	„	
	Semis	*d*	caput Romae	ΛΛ		„
			)(leo gradiens	ΛΛΕΧΓΟΝ‹ϟ	„	
	Denarius	*e*	caput imberbe	ΛΛ		„
			)(eques hastatus	ΛΛΕΧΓΟΝ‹	*šeqprice*	
	Denarius (subaeratus)	*f*	caput barbatum	✱Ν		*k(l-th)n*
			)(eques hastatus	ΛΛΕΧΓΟΝ‹ϟ	*šeqprics*	

Lastanosa p. 27, 32. 36, 87. 88. 223, 11; Sestini p. 171 tab. VI 15; Saulcy p. 36, 26; Lorichs tab. XL 1—10; Boudard p. 232 tab. XXVI 1—6; Heiss p. 265 tab. XXXIV. XXXV 1—14; Delgado III p. 377ss. tab. CLXX. CLXXI 1—6; Zobel II p. 92 [tab. VIII 10 nondum edita], inscr. n. 600—603. 611; Pujol *epigr.* n. 160 *a—c*.

Denarii hi post Oscenses (n. 47) omnium Hispanorum frequentissimi sunt, ut adnotavit Lorichs p. 86. ✱Ν redit praeterea n. 47. 48. 51. Subaeratum *f* ita exhibet Pujol, ΛΛΕΧΓΟΝ‹ Zobel. In *c* nexum ‹. Ε. ϟ litterarum clare ita perspici adnotat Pujol.

Segobrigae hos nummos primus tribuit Grotefend. Σεγοβρίγα τῶν Κελτιβήρων πόλις cum Numantia et Bilbili memoratur a Strabone (III 4, 13); caput erat Celtiberiae secundum Plinium, qui Segobrigenses inter stipendiarios conventus Tarraconensis numerat (III § 25). Ptolemaeus iuxta Ercavicam Celtiberis tribuit (II 6, 57). Praeterea *Sicobrica* apud Ravennatem in via Caraca Libisosam ponitur (p. 319, 11). Haec testimonia omnia ad unam *Segorbe* hodiernam spectare, quae nomen duxit ab urbis vetustae, dudum viris doctis paene omnibus, etiam Carolo Müller Ptolemaei editori recentissimo, probabile visum est. Zobelius cum Kieperto

(qui *Segorbe* hodiernam a capite Celtiberiae necessario diversam habendam esse putabat *zur Ethnographie der iber. Halbinsel* p. 150) aliisque duo statuit fuisse eiusdem nominis oppida, quorum alterum in *Segorbe* collocat, alterum magis circa Ercavicam in *Cabeza del Griego* (n. 94). Guerra cum caput Celtiberorum apud Valerium Maximum non Segobriga sed Contrebia dicatur (VII 4, 5 cf. II 7, 10), Plinii caput refert ad fines regionis eius, in quibus sita est *Segorbe;* nam ab ora venienti Celtiberia ibi incepisse dici potest aliquo modo. Sed Valerius eiusve auctor, Livius puto, urbem primariam aliquam, ut Contrebiam, caput dicere potuit sensu latiore, neque necessario unum tantum caput habuisse putandi sunt Celtiberi. Itaque mihi quoque nulla videtur causa esse, cur Segobrigam claram alio loco collocemus quam in *Segorbe.* Neque obstat quod memoria eius praeterea servata tantum est in titulis Tarraconensibus (CIL II 4191 4220 4222 4252), in quorum uno (n. 4252) Segobriga diserte tribuitur conventui Carthaginiensi.

Nummum *f* exstitisse re vera et a se visum esse affirmat Zobelius; neque probabilitate caret Oscam (n. 47) cum Segobriga foedus fecisse.

Nomen Segobrigae quamquam terminationem habet aperte Celticam ut Nertobriga (n. 87) aliaque eius generis oppidorum nomina multa, quae composui in prolegomenon cap. IV, tamen a radice Iberica potest derivatum esse, quae deprehenditur in nominibus Ibericis multis, veluti in Segusinorum et Segoviorum Alpium Cottiarum, Segobiorum sive Segobrigiorum Galliae Narbonensis, in Segeda Segia Segisama Segontia Segovia Hispaniae. Id quod non admodum raro accidisse Humboldtium secutus Kiepertus (*Ethnographie der iberischen Halbinsel* p. 155) exposuit. Itaque quamquam Celtas olim in has quoque regiones pervenisse probabile est urbemque condidisse et nominasse, tamen gentes prius Ibericas ibi sedisse ex ipso nomine Celtico fortasse sequitur (vide supra p. 12), etiamsi Humboldtius (*Urbewohner Hispaniens* p. 102) priorem nominis partem et ipsam Celticam esse putabat. Potest autem eadem *seg* radix tam apud Iberos Liguresve quam apud Celtas exstitisse. Neque quidquam obstat quominus statuamus oppidum a Celtis conditum in regione Iberica ab Iberis postea occupatum et habitatum fuisse.

89a. LATINI

As	*a*	caput imberbe	
		)(eques hastatus	SEGOBRIGA
Semis	*b*	palmae ramus	SEGOBR
		)(bos stans, astrum	
As	*c*	caput Augusti, Tiberii, Gai cum epigraphe	
		)(corona querna	SEGOBRIGA

Florez II p. 573 tab. XLIII 1—8; Eckhel I p. 56; Heiss p. 265ss. tab. XXXIV. XXXV 6—14; Delgado III p. 378ss. tab. CLXX. CLXXI 7—17.

In asse uno apud Lorichs tab. LXV 1 impressum est SE, in Gaii uno apud Florez tab. XLIII 7 TR (Turiaso?). Errore assem Brutobrigensem Segobrigae tribuit Grotefendius; vide infra n. 184.

90. ARCAILIQŠ

ARGAELI

III.	As	*a*	caput imberbe		
			)(eques hastatus	P◇Λᛘᛁᛘ-⧗M	*arcailiqš*
		b	caput imberbe	↑M	*uš*
			)(eques hastatus	P◇Λᛘᛁᛘ⧗M	„
	Semis	*c*	caput imberbe		
			)(equus currens	P♀Λᛘᛁᛘ⧗M	„

Lastanosa p. 33, 68 male; Saulcy p. 196, 156; Lorichs tab. XXVI 1. 2; Boudard p. 175 tab. XV 8. 11; Heiss p. 226 tab. XXIX 1. 2 (Aracili); Delgado III p. 13s. tab. LXXXVIII 1—3; Zobel II p. 16s. et 92, inscr. n. 592. 593. 610; Pujol *revista de ciencias hist.* II 1880/81 p. 548, *epigr.* n. 61 *a*—*c*, quem sequor.

Pro ᑭ etiam ᐅ, pro ◇ etiam ♀, pro ⧗ etiam X et ⧗ in his nummis legi Pujol testatur.

Uxamam Argaelam constat diversam fuisse ab Uxama Barca (v. C I L II p. 387); ad gentem illam, quam Argaelos Romani dicebant, hos nummos magna cum probabilitate rettulerunt Delgado et Zobelius. Praeter Uxamam ipsam, cuius nummos supra habuimus n. 74, etiam gentem Argaelorum nummos emisisse statuendum, unde nomen Uxamae in adversa tantum memorant. Zobelius oppidum eorum primarium fuisse coniecit Arcobrigam, quae a Plinio memoratur inter stipendiarios conventus Caesaraugustani (III § 24), a Ptolemaeo Celtiberis tribuitur (II 6, 57) ut Segobriga, in itinerario collocatur inter Segontiam *(Siguenza)* et Bilbilim (p. 437, 1. 438, 13 cf. Ravennas p. 309, 17). Cum situs prorsus conveniat, fieri sane potest ut in priore Arcobrigae nominis parte vetus Iberorum vox cum terminatione Celtica coniuncta exstet, ut in Segobriga Nertobriga similibus; atque haec cum Argaelorum nomine fortasse componenda est ut originis eiusdem.

91. CAIŠESA—ĬIŠ. CAESADA?

III.	As	caput imberbe	Іᛋᛗ	*ĭiš*
		)(eques hastatus	AᛋᛗE϶ᐅ	*caišesa*

Lastanosa p. 30, 51; Lorichs tab. III 8; Boudard p. 158; Heiss p. 228 tab. XXIX 1 *(Cisesa)*; Delgado III p. 39 ss. tab. XCIV 1—4; Zobel II p. 92, inscr. n. 597; Berlanga Hisp. anterom. p. 209; Pujol *epigr.* n. 81 *a b*.

Boudard l. s. s. citat tab. XXXIX 16, quae non exstat in opere eius; in tab. XXXVIII 15 est nummus Cascantensis. Pujol inscriptionem etiam ita exhiberi adnotat AᛋᛗE϶ᐅ.

Delgado, qui olim *cisageda* legerat, postea probante Zobelio Καίσαδα urbem a Ptolemaeo (II 6, 57) Celtiberis attributam, quae in itinerario ponitur inter Complutum et Segontiam (p. 436, 4. 438, 11 cf. Ravennas p. 310, 11), in his nummis existimat nominari; non sine aliqua probabilitate, cum quod in adversa legitur nomen *ĭiš* possit referri ad Ἰστόνιον et ipsum Celtiberorum oppidum, cuius solus Ptolemaeus (l. s. s.) memoriam servavit. Berlangae ∧ et I sunt *k* (vel *c*), unde legit *kiseza* et *kis*. Ceterum cf. *ĭšt* n. 45 et *caišcad* n. 59. Delgado hos nummos contribuit cum Cascantensibus n. 59; errore, ut exposuit Pujol.

92. KRNEŠQN

III.	As	*a*	caput imberbe	X♀ᛋ	*krn*
			)(eques hastatus	X♀ᛋFᛗ⧗ᛋ	*krnešqn*
		b	caput imberbe	X, ♀, ᛋ	„
			)(eques hastatus	X♀ᛋFᛗ⧗ᛋ	„
		c	caput imberbe	X	*k*
			)(eques hastatus	X♀ᛋFᛗ⧗ᛋ	„
IV.	As	*d*	caput imberbe		
			)(eques palmam tenens	X♀ᛋEᛗ⧗ᛋ	„

Sestini p. 150 tab. VI 8; Saulcy p. 138, 112; Lorichs tab. XXII 6. 7. 8; Boudard p. 295 tab. XXXVIII 13; Heiss p. 232 tab. XXIX 1. 2 *(Huernes)*; Delgado III p. 65 s. tab. CVIII 1—3; Zobel II p. 94 [tab. VIII 11 inedita], inscr. n. 606—609; Pujol *rev. de ciencias hist.* IV 1886 p. 126 ss., *epigr.* n. 93 *a—c*.

Pujol asses novit diversos quattuor. Pro X etiam ✱, pro ♀ etiam ♀ et ♀, pro E etiam E et E scribuntur teste eodem.

Delgado legit *caren(i)*. Carenses a Plinio inter conventus Caesaraugustani stipendiarios nominati (III § 24), Carae itinerarii a Caesaraugusta distantes m. p. LXVII (p. 447, 8) num conferri possint cum populo in his nummis indicato, quod proposuit Zobelius, dubito; videntur enim illi habitasse magis versus septentriones. Ab illis diversum habendum esse Κάρακκα Carpetanorum oppidum secundum Ptolemaeum (II 6, 56), Caracam secundum Ravennatem iuxta Complutum positam (p. 313, 10), idem recte observavit. Cum Caraca Müllerus composuit testimonium Plutarchi in vita Sertorii (c. 17): εἰσὶ δὲ δῆμος (οἱ Χαρακιτανοί) ὑπὲρ τὸν Ταγώνιον ποταμόν, οὐκ ἄστεσιν οὔτε κώμαις ἐνοικοῦντες, ἀλλὰ λόφος ἐστὶν εὐμεγέθης καὶ ὑψηλός, ἄντρα καὶ κοιλώματα πετρῶν βλέποντα πρὸς βορέαν περιέχων. Ceterum nec Carae nec Caraca admodum conveniunt cum inscriptione nummorum. Carnesca nummorum ignota est. Quaeritur utrum in nominibus Arabicis *Alcarria* regionis, quod voluit Müllerus, an in *Guadalajara* oppidi vestigium supersit nominis vetusti.

93. Qnkut—Icesanqm

III.	As		caput imberbe	ⴳ/ᴎ✱↑Ш	*qnkut*
			)(eques hastatus	ᛗ<ϟᚹ/ᴎⴳᛘ	*icesanqm*

Lastanosa p. 32, 66; Sestini p. 217 tab. X 10; Saulcy p. 197. 159; Lorichs tab. XIII 10; Boudard p. 203 tab. XXV 11. 12; Heiss p. 276 tab. XXXVII 1 *(Icosa)*; Delgado III p. 101 ss. tab. CXXII. CXXIII 1—12, III p. 268 tab. CXLVII; Zobel II p. 92, inscr. n. 605; Pujol *epigr.* n. 111 *a b.* 128.

Delgado de Conca *(Cuenca)*, Heiss de *Concud* vico quodam prope *Teruel* sito cogitaverant; hoc minus probabiliter. Etiam Zobelius Concutenses a scriptore vetere nullo memoratos putat nomen suum reliquisse in hodiernae urbis *Cuenca;* quod non caret probabilitate. Nam *Cuenca,* Conca antiquitus dicta, quo delata est sedes episcopalis olim Valeriensis (v. C I L II p. 427), et ipsum oppidum est vetustum muris cinctum, unde frequenter prodire solent res antiquae variae, quamquam tituli adhuc ibi reperti sunt nulli.

Qui secundum Plinii testimonium cum colonia Ilicitana contribuebantur Icositani (III § 19), ei vix possunt in nummis his Concutensium nominati esse, si recte illi ad *Cuenca* et ad regionem Segobrigensem referuntur; etiamsi in codicibus Plinii male Icositani scriptum esse potest pro eo quod esse debuit fortasse Icesitani. Illud proposuit Zobelius collatis Cessetanis, qui in Cosetanos corrupti sunt constanter (n. 21). Sed Icesani hi ignoti sunt. Icesancum terminatio redit in Auvancum Contucianco Eburanco cet. gentium nominibus, quae composui in prolegomenon cap. IV § 47. Ceterum cf. ᛟᴎⴳⴳ *k(o)nq(u)d* (n. 53) in nummis regionis Pompaelonensis, qui tamen diversi sine dubio sunt.

94. Ercavica

III.	As	*a*	caput imberbe	⊧ᛩ	*er*
			)(eques hastatus	⊧ᛩΛ↑ᛗΛ	*ercauica*
		b	caput imberbe	⊧ᛩ	„
			)(eques hastatus	⊧◊Λ↑ᛗΛ	„

Sestini p. 217 tab. X 12; Saulcy p. 161. 125; Lorichs tab. XV 7. 8; Boudard p. 190 tab. XIX 7. 11. 13; Heiss p. 171 tab. XVII 1. 2 (Ercavica); Delgado III p. 234 ss. tab. CXLIII 1. 2; Zobel II p. 92, inscr. n. 598. 599; Berlanga Hisp. anterom. p. 196; Pujol *epigr.* n. 96 *a b.*

Ad Ercavicam iam Saulcy rettulit; idem legit Delgado. De Ercavica, quam in *Cabeza del Griego* sitam fuisse probabile est, testimonia collegi C I L II p. 419. Zobelius magis eo inclinat, ut cum criticis vetustioribus Segobrigam in *Cabeza del Griego* sitam fuisse putet, non in *Segorbe*; vide n. 89.

Cf. etiam supra *eoalaqš* n. 80.

94a. Latini

As. semis	*a*	caput Augusti cum epigraphe		
		)(bos stans	ERCAVICA	
Semis	*b*	corona laurea		
		caput Tiberii		
		)(bos stans	MVN · ERCAVICA	
			II vir(is) C. Cor(nelio) Floro L. Cae(cilio) Alacre	
		caput Gai		
		)(bos stans	MVN · ERCAVICA	
Semis	*c*	corona laurea	II vir(is) C. Ter(entio) Sura L. Lic(inio) Gracile	

Florez II p. 426 ss. tab. XXV 9—13; Eckhel I p. 50; Heiss p. 171 ss. tab. XVII 3—9; Delgado III p. 234 ss. tab. CXLIII 3—12.

95. Šeqtas — Lacas, Segontia

III.	As	*a*	caput imberbe	ᛚᚹΛ⋞		*lacas*
			)(eques hastatus	ΛΛꟻXΨᚹϟ	*šeqtas*	
		b	ut supra	ᛚᚹΛϟ		„
				ΛΛꟻXΨᚦϟ	„	
		c	ut supra	ᛚᚹΛΨ		*laca[m]*
				ΛΛꟻXΨᚹϟ	„	

Lastanosa p. 222, 2; Sestini p. 147 tab. VI 6; Saulcy p. 191, 148. 149; Lorichs tab. XVI[bis] 1—4; Boudard p. 235 tab. XXVII 6; Heiss p. 232 tab. XXIX 1 (Segontia); Delgado III p. 371 s. tab. CLXVIII 1—4; Zobel II p. 92, inscr. n. 593—596; Berlanga Hisp. anterom. p. 197; Pujol *epigr.* n. 137 *a b*. 161 *a—c*.

Observa in adversa ⋞ et ϟ formas iuxta adhibitas; ⋞ solet vetustior esse, unde *a* nummum praeposui. Assem *c* Delgado e Lorichsio tab. XVI[bis] 2 tantum novit; itaque Ψ lectioni diffidemus, ut fecit Pujol.

Delgado legit *secetas* et *laces*, cogitans de Segeda sive Segida et de Lacobriga. Probabilis est Zobelii opinio, scilicet Segontiam indicari alteram, diversam ab Arevacorum, quae in *Sigüenza* hodierna collocatur: cf. C I L II p. 389 et supra n. 88; nam Segontia et Uxama nomina crebro aliis in locis usurpari Plinius testatur III § 27. Intellegenda est haec fortasse in titulo Saetabitano C I L II 3626, ubi nominatur homo *Segontinen(sis)*.

In Lacasensibus Zobelius agnoscere sibi visus est Λάξτα sive Λαξέτα Celtiberorum oppidum a Ptolemaeo solo II 6, 57 memoratum; non sine quadam probabilitate.

IV. CELTIBERIA MERIDIONALIS

Meridionalis Celtiberiae pars complectitur regiones habitatas olim a Deitanis, Sedetanis, Contestanis, Lobetanis, Bastetanis, quae nunc fere sunt provinciarum *de Albacete*, *Alicante*, *Murcia*, *Almeria* cum partibus ad orientem spectantibus provinciarum de *Jaen* et *Granáda*.

Incertissima inter omnes Hispaniae citerioris partes quarta est, ut dixi. Tribuuntur ei probabiliter regiones Accitana (XIII) et Castulonensis (XIV), quarum haec duo tantum oppida complectitur, sed collocationis certae (n. 118. 119), illa quinque, quorum duo tantum certa sunt (n. 113. 116), tria incerta (n. 114. 115. 117). Sed quam regionem Carthaginiensem (XII) esse voluerunt Delgado et Zobel, ei sane adscribi possunt confidenter nummi Latini locorum sex (n. 96—98. 107. 110. 111), Iberici vero duorum tantum (n. 99. 100), atque ne illi quidem prorsus confidenter. Unde Berlanga et Pujol de nummis Ibericis ei regioni tribuendis omnino desperaverunt, nummos a viris illis doctis huc tractos Celtiberiae potius interiori et septentrionali tribuendos esse rati. Mihi aliter visum est. Observationes numismaticas per longos annos a viris illis duobus institutas spernere nolui; scio sane eos quoque errare potuisse atque in quibusdam certo erravisse, sed tamen omnia consideranti magna inesse visa est probabilitas opinioni eorum quamvis nondum certis ubique argumentis demonstratae. Itaque in quaestione hac audacia quadam uti malui quam cauta abstinentia; neque sane damnum inde grave percipietur, si aliquando edocti erimus non recte nummos hosce collocatos esse in regione Carthaginiensi.

Adscripsi huic regioni etiam insulas Baleares (n. 112), quae a Romanis conventui Carthaginiensi contributae sunt propterea puto, quod antiquitus a Poenis inde regebantur. Nummos insularum plenissime collegit Alvarus Campaner y Fuertes, quem in prolegomenis memoravi (cap. I § 21), in libro quodam singulari (*numismática Balear*, v. adn. 41) et in Delgadi opere. De nummis urbium Punicarum Hispaniae vide adnotata ad provinciae ulterioris partem alteram, Baeticam meridionalem (II).

In nummis regionum illarum paene omnibus caput imberbe est, diadematum vel galeatum in regione Castulonensi, paene ubique torquem sive monile, raro sagum circa collum habens. Capilli variis modis exhibentur crispi, torti, in anulos formati. In regione Carthaginiensi iuxta caput sunt inscriptiones litteraeve singulares, delphinus delphinive, aliaque signa. In Iclonensibus n. 115 rudibus caput sinistrorsum spectat. In aversa Sethisensium n. 101 eques palmam gerit, in Contrebiensibus n. 100 hastam, in Accitanis n. 113 parmulam atque freno alterum equum ducit, ad sinistram versus. Asses Sethisenses n. 101 et Iclonenses n. 115 equitem habent cum aquila palmave, recentiores cum hasta, et Iclonenses n. 115 cum parmula (sinistrorsum), Castulonenses n. 118 sphingem vel lupam. Ad sphingem signa quaedam interdum adduntur, ad reliquos typos nulla. Semisses vel equum currentem habent Iclonenses (sinistrorsum) vel taurum stantem; accedunt interdum signa. Quadrantes habent vel equum currentem vel pegasum dimidiatum, Castulonenses aprum stantem plerumque cum astro. Sextantes equum currentem habent sine signis.

XII. REGIO CARTHAGINIENSIS

Qui in regione maritima a Dianio fere usque ad Carthaginem novam et quod infra eam est habitarunt populi, eos oppida habuisse frequentia certum, nummos emisisse Iberice inscriptos probabile est. Coniunxit igitur Zobelius nummos oppidorum populorumve plus minus duodecim secundum typorum et artificii similitudinem tribuitque huic regioni, Delgadum secutus in plerisque. Atque primum de Carthagine ipsa dubitatio est. Habemus seriem duplicem nummorum inde emissorum Punicam alteram, quam Zobelius primus ei vindicavit argumentis certis, alteram Romanam n. 96[a. b]. Fieri sane potuit ut inter utramque interposita fuerit series Iberica indidem oriunda; nam nummos Punicos vix exceperunt continuo Romani. Verum ut credamus cum Delgado et magis etiam cum Zobelio Carthagine provenisse nummos frequentes inscriptos *šethisa* n. 101, non caret quidem aliqua probabilitate, demonstrari tamen nequit. Pro Zobelii opinione inter alia etiam illud facit, quod caput barbatum in huius tantum oppidi assibus vetustis n. 101*a* et praeterea in Tarraconensibus n. 21*a* est. Unde nolui Sethisenses omnino ex hac regione removere, quod ut faciamus Pujol suadet: quidquid enim de origine statuitur, intra fines regionis huius longinquos quaeri potest. Aliqua deinde cum probabilitate eiusdem regionis credimus Carpicenses n. 100. 102. 103, Conticenses n. 103, Dianienses n. 99; quamquam de eorum quoque origine dubitatum est, ut infra videbimus. Reliquorum omnium, quos hic collocandos putavimus, nummorum inscriptiones nomina exhibent ignota haec *hthlaqm* n. 104 *rhdurqn* n. 105 *thrcaqm* n. 108 *tdum* n. 109 (cf. *meduainum* n. 70), qui terminationes habent similiter ut *crpqum* n. 102 et *qnthǐqm* n. 103 vel easdem vel similes earum, quas in vicinis quibusdam regionibus observavimus (*klaišqm* n. 83 *icesanqm* n. 93), sed raro deinde *šamala* n. 106 et *dnusia* n. 107, cuius nummi paene bilingues dici possunt, nomina videntur integra esse ut *šethisa* n. 101 et *qnthrpa* n. 100, qualia inter Iberica omnium fere regionum exstant. Nummi *dniu* inscripti n. 99 terminantur ut *dmaniu* n. 86 et *duriasu* n. 60. Itaque nominum formae, si aliqua ratione huc trahi possunt in tanta rerum obscuritate, viciniam locorum illorum videntur indicare.

Interposui Ibericorum numero nummos Latinos Carthaginis n. 96[b], ut dixi, Valentiae n. 97, Ilicitanos n. 98; in fine addidi nummos oppidorum, quae ad Celtiberiam intimam pertinent, unde iam nulli prodierunt Iberici, Toleti n. 110 et Segoviae n. 111.

Nummi Iberici illi, quamquam interpretationis plus minus incertae omnes, ut vidimus, tamen etiam propter typorum similitudinem quandam recte videntur coniuncti esse a numismaticis Hispanis eis, qui propter longam consuetudinem quasi obtutu tantum et tactu diversas eorum series distinguere noverunt, Delgadum dico et Zobelium. Hi nummos huius regionis propter typos et inscriptiones quasi transitum facere sibi persuaserunt a regionibus septentrionalibus ad meridionales, neque videntur ea in re erravisse. Unde praeter Caralvenses, quos addidi Caravensibus supra n. 71, seriem a viris illis constitutam intactam reliqui. Etiam litterarum formae in his nummis similitudines quasdam habent. Habent autem nummi hi in adversa caput barbatum antiquiores, recentiores imberbe; accedunt inscriptiones breves vel in recentioribus litterae singulares, delphini unus vel duo, semel tres. In aversa denarii habent equitem solitum gerentem primum insigne aquilae, deinde palmam, postremo hastam; semisses equum currentem, interdum cum luna media; quadrantes equum currentem vel pegasum; sextantes equum currentem.

Carthago nova

96a.

Punici

II. ante 535 u. c. 219 a. Chr.	Nummus argenteus maior (hexadrachmon)	*a*	caput (Herculis) iuvenis sin.)(equus stans et palma
		b	caput (Herculis) iuvenis laureatum sin. cum clava)(elephas gradiens

tetradrachmon	*c*	caput Herculis barbatum et laureatum sin. cum clava	
		)(elephas gradiens cui insidet ductor	
tridrachmon	*d*	caput (Herculis) iuvenis laureatum sin. cum clava	
		)(elephas gradiens	
	e	caput (Herculis) iuvenis sin.	
		)(equus et palma	in quibusdam ◡
enneobolion	*f*	caput mulieris (Proserpinae) sin. s. caput iuvenis sin.	
		)(equus	
drachma	*g*	caput mulieris sin.	
		)(equus	
triobolion	*h*	caput mulieris s. iuvenis	
		)(equus s. elephas	
nummi aerei eisdem typis varii moduli	*i*	)(litterae Phoeniciae singulares	𐤀, 𐤉, 𐤁, 𐤓, X *aleph, jod, beth, resch, sajin*

L. Müller *numismatique de l'ancienne Afrique* (cum tabb. Havniae 1860/74) vol. II p. 88 ss. III p. 13 ss. IV p. 48 ss.; Zobel *über einen bei Cartagena gemachten Fund span. Silbermünzen Monatsber. der Berl. Akademie* 1863 p. 253 ss. (v. prol. cap. I n. 25 adn. 49), *estudio* I p. 73 ss., ubi qui singulos praeterea nummos huius seriei ediderunt indicati sunt.

Eidem nummorum seriei praeterea nummum aliquem tribuit Zobelius cum inscriptione Punica interpretationis incertae, qui ad regulum cum Barcidis foedere coniunctum *Hammud* vel, ut alii legerunt, *Vermina* dictum Syphacis filium a plerisque refertur. Cf. Müller vol. III p. 88 et vol. IV p. 69; E. G. Walford *Numismat. chron.* VI 1844 p. 183; dux de Luynes *sarcophage d'Esmunazar* p. 17; A. C. Judas *Revue numismat.* 1856 p. 122; Levy *Zeitschr. der deutschen morgenländ. Gesellsch.* XVIII 1864 p. 573 ss. Quamquam exemplaria eius adhuc nota duo in Hispania reperta sunt, tamen videtur ad Mauretaniae reges referendus esse cum Müllero propter typos et inscriptionem. Etiam nummos anepigraphos similes aliquot ad regulos Hispanos a Zobelio relatos Barcidis aut aequales aut paullo antiquiores omisi. Contra nummos *a—i* non Africanos esse, ut Müllerus voluit, sed Hispanos Zobelius probavit argumentis invictis.

96 b. LATINI

Semis	*a*	caput Minervae	
		)(simulacrum deae	C V I N
	b	prora	C. Marc(io) quinq(uennali)
		)(aquila legionaria inter signa duo	L. Appul(eio) quinq(uennali)
	c	delphinus	C. Caedi(o) T. Popili(o)
		)(spica	II vir(is) quinq(uennalibus)
	d	manus aperta sin.	onduc - alipol ?
		)(bos stans	II vir(is) quinq(uennalibus)
	e	aquila legionaria	Q. Acilius II vir(i) quin(quennales)
		)(vexillum	C. Maeci(us) quinq(uennalis)
	f	tabella ad palos duos fixa	L. Fabric(ius)
		)(serpens	P. Atelliu(s)

Semis	*g*	Victoria gradiens	P. Baebius Pollio II vir quinq(uennalis)
		)(signa militaria duo	C. Aquinus Mela II vir quinq(uennalis)
	h	caput mulieris velatum et diadematum	Hel(vius) Pollio Albinus II vir q(uinquennalis)
		)(tropaeum	C. M(arcius) Sabinus C·M·IMP
	i	patera, praefericulum, lituus	L. Acilius II vir quinq(uennalis) aug(ur)
		)(aquila fulmini insistens	L. Iunius II vir quinq(uennalis) aug(ur)
	k	caput Augusti cum epigraphe	Cn. Atellius ponti(fex) II v(ir) q(uinquennalis)
		)(taenia s. diadema regium	Iuba rex Iubae f(ilius) II v(ir) q(uinquennalis)
	l	apex, securis, flabellum, simpulum, flos loti	rex Ptol(emaeus) C. Laetilius Apalus II v(iri) q(uinquennales)
As, semis	*m*	caput Augusti laureatum cum epigraphe	
		)(instrumenta pontificalia	C. Var(ius) Ruf(us) Sex. Iul(ius) Pol(lio) II vir(i) q(uinquennales)
Semis	*n*	caput fluvii aquam emittens	Hiberus II v(ir) quinq(uennalis) C. Luci(lius) P. f. II v(ir) quinq(uennalis)
Semis, quadrans	*o*	caput Augusti nudum	L. Bennio praef(ecto) imp. Caes. quin(quennali)
		)(tropaeum intra pateras binas, q. palma	Hibero praef(ecto)
	p	caput (Agrippae?)	Q. Vario praef(ecto)
		)(tropaeum	Hibero prae(fecto) M. Agrippae quin(quennali)
	q	caput Tiberii	Helvi Polli pr(aefecti) Ti. Neron(is) quin(quennalis)
		)(instrumenta pontificalia	Hibero praef(ecto)
Quadrans	*r*	avis (cygnus?)	ooo CVKN C. Pe...
		)(caduceus	
As, semis	*s*	caput Augusti laureatum cum epigraphe	
		)(pontifex stans d. simpulum s. ramum tenens	M. Postum(io) Albin(o) L. Porc(io) Capit(one) II vir(is)
Semis	*t*	caput Augusti diadematum sin. s. quadriga, ante vexillum (triumphus Augusti), interdum sin.	P. Turull(io) II vir(o) quinq(uennali) V·I·N·K
		)(templum cui inscriptum est	AVGVSTO
			M. Postu(mius) Albinus II vir quinq(uennalis) iter(um)
Quadrans	*u*	vexillum inter hastas (spicas Delg.) duas	P. Turul(lius) quinque(nnalis) V·I·N·K
		)(instrumenta pontificalia	Albin(us) quin(quennalis) V·I·N·K

As, semis	*v*	caput Tiberii cum epigraphe)(capita Caesarum duorum	Nero et Drusus Caesares quinq(uennales) C V I N C
As, semis, triens, quadrans	*w*	caput Tiberii laureatum sin. cum epigraphe)(caput C. Caesaris	C. Caesar Ti(berii) n(epos) quinq(uennalis) C V I N C
As	*x*	caput C. Caesaris laureatum cum epigraphe)(caput mulieris (Salutis)	SAL·AVG Cn. Atel(lius) Flac(cus) Cn. Pom(peius) Flac(cus) II vir(i) Q·V·I·N·C

Heiss p. 268ss. tab. XXXV. XXXVI 1—36 (*l—v*); Delgado III p. 67ss. tab. CVIII—CXI 1—44.

Nummi *a—d* Norbae olim sive Novae Augustae tributi a Delgado probabiliter huc relati sunt, qui *C(olonia) V(ictrix) I(ulia) n(ova)* explicat, cum Carthago vocabulum Punicum urbem novam significet. In *d* litterae *onduc alipol* possunt esse nomina Iberica quinquennalium. In *x* utrum *q(uinquennales)* victricis Iuliae novae Carthaginis interpretandum an *q(uoloniae)*, ut in n. 98 *d*, incertum. Hoc praefero.

97. Valentia

As	*a*	caput Romae)(cornu copiae illigato fulmine	L·CORANI·C·NVMI·Q VALE·NTIA	L. Corani(us) C. Numi(us) q(uinquennales) *sive* q(uaestores)? Valentia
	b	ut supra	C·LVCIEN·C·NVMI·Q	C. Lucien(us) C. Numi(torius) q.
	c	ut supra	T·AHI·T·F L·TRINI L·F·Q	T. Ahi(us) T. f. L. Trini(us) L. f. q.
Semis	*d*	ut supra	T·A·L·R VAL	T. A(hius?) L. Tr(inius?) Val(entia)

Florez II p. 610ss. tab. XLVIII 4—8 III p. 125 tab. LXVI 5; Eckhel I p. 59; Heiss p. 222s. tab. XXVIII 1—5[b]; Delgado III p. 413s. tab. CLXXXIII 1—7; Zobel II p. 116.

Probabile est cusos esse nummos hosce paullo ante vel post coloniam a D. Iunio Bruto a. 616 u. c. 138 a. Chr. eo deductam et, cum tria tantum quinquennalium vel quaestorum paria in eis nominentur, ius monetae videtur cessisse cum reliquis nummis Ibericis in Hispania cusis aetate Gracchana, fortasse paullo post a. 621 u. c. 133 a. Chr. Denarii Q. Maximi cusi c. a. 638 u. c. 116 a. Chr. typos assium Valentinorum videntur imitari fortasse propter pugnam aliquam ibi cum Viriato commissam; ut suspicatus est Mommsen-Blacas *hist. de la monnaie rom.* II p. 338 adn. 2.

d apud Florezium (Delgado tab. CLXXXIII 5) male intellectus litteras Ibericas habere ab Eckhelio credebatur. Videntur indicari quinquennales iidem atque in *c*.

98. Ilici

Semis, triens	*a*	caput Augusti cum epigraphe)(aquila et vexillum	L·MANLIO T PETRON II VIR C I IL A	L. Manlio T. Petron(io) II vir(is) C(olonia) I(ulia) Il(ici) A(ugusta)
	b	ut supra)(templum	IVNONI·C I IL·A Q PAPIR·CAR·Q·TER·MONT·II VIR	Iunoni c. I. Il(ici) A(ugusta) Q. Papir(io) Car(bone) Q. Ter(entio) Mont(ano) II vir(is)

As, semis	*c*	caput Tiberii sin. cum epigraphe		
		)(ara	SAL · AVG · C · I · I · A	Sal(uti) Aug(ustae) C. I. I. A.
			M · IVLIVS SETAL · S · SEST · CELER · II · VIR	M. Iulius Setal . . . S. Sest(ius) Celer II vir(i)
Semis			M · IVL · SETTAL · M · SESTI CELER · II · VIR	M. Iul(ius) Settal . . . M. Sesti(us) Celer II vir(i)
As, semis	*d*	caput Tiberii sin. cum epigraphe		
		)(togati duo manus iungentes supra candelabrum s. vexillum inter aquilas legionis duas	L · TER · LON · L · PAP · AVIT · II · VIR · Q · C · I · I · A	L. Ter(entius) Lon(gus) L. Pap(irius) Avit(us) II vir(i) q(uinquennales) C. I. I. A.
	e	caput Tiberii sin. cum epigraphe		
		)(aquila legionis inter signa duo	T · COELIVS · PROCVLVS · M · AEMILIVS · SEVERVS · Q · Q · I · I · A	T. Coelius Proculus M. Aemilius Severus q(uinquennales) Q. I. I. A.

Florez II p. 458 ss. tab. XXIX 1—10; Eckhel I p. 51; Heiss p. 277 ss. tab. XXXVII 1—13; Delgado III p. 286 ss. tab. CLII. CLIII 1—13.

c Settal . . . videtur cognomen Ibericum esse. *d* lege *q(uolonia) I(ulia) I(lici) A(ugusta)*: cf. n. 95[1].

99. Dĭniu

Dianium

III.	As	*a*	caput imberbe	XI	*di*
			)(eques hastatus	XIИN↑	*diniu*
III. IV.	As	*b*	ut supra	XI	"
				XIИN↑	"

Lastanosa p. 31, 55; Lorichs tab. XX 3; Boudard p. 221 tab. XXIV 6—8; Heiss p. 292 tab. XLI 1. 2 *(Tuniru)*; Delgado III p. 112 s. tab. CXXIII; Zobel II p. 98, inscr. n. 626. 627; Pujol *rev. de ciencias hist.* IV 1886 p. 156 s., *bol. de la Acad.* V 1884 p. 31, *epigr.* n. 90.

De I litterae significatione dixi in prolegomenis. Si sonus *n* vel *r* similis erat, fortasse *dr(a)niu* pronuntiandum est nomen Ibericum.

De Dianio v. C. II p. 484; non sine probabilitate Zobelius Dianii nomen, quod Delgado primus agnovit, a Romanis oppido Iberico inditum esse iudicavit, cuius nomen soni quadam similitudine Dianae eos admonuit. Nam Graece Ἀρτεμίσιον nunquam dictum est, Strabo vel auctor eius Posidonius exempli causa ita vertit (III 4, 7). Pujol novit asses diversos quattuor. Quod apud Bonaventuram Hernandez Tarracone vidi exemplum inscriptum XIИNO non videtur fidem mereri. Pujol *bol. de la Acad.* VI 1885 p. 35 nummos hos barbaros non convenire contendebat cum collocatione illa: scilicet Graecam oppidi originem, de qua minime constat, putabat repugnare. Sed cf. *Dinia* Galliae Narbonensis apud Ptolemaeum II 10, 19, C. XII p. 49 et *Dini(us)* nomen in vasculo Ilicitano C. II 6349 19. Deinde idem I putat formam esse *r* sive *b* litterae cum Salvatore Sanpere (*origen y fonts de la nació catalana* p. 164; cf. *iitlh* Baetulo n. 27); legit ille *tbniu* (Tabonium?): Fatendum est non satis certo *diniu* componi cum Dianio. Sed tamen probabile est in planitie fertili ad oram maritimam sita, quae extenditur inter Lucentum et Dianium, antiquitus habitasse gentes Ibericas, quarum oppidum cum Romanis innotuit, similiter ut Barcino Tarraco alia, nomen retinuit vetus, quamvis fortasse leniter mutatum. Neque obstat quod a. 1891 in monte *Mongo* prope Dianium nummi Graeci sedecim cum variis ornamentis argenteis in olla argillacea defossi inventi sunt: quae omnia descripsit R. Chabas *Archivo* V 1891 p. 59 ss.

100. Qnthrpa — Carpca

Contrebia

III.	Denarius	*a*	caput imberbe	ΛϘΡΛ	*carpca*
			)(eques hastatus	ΧΝΘϘΡΡ	*qnthrpa*
		b	ut supra	ΛϘΡΛ	„
				ΧΝΘϘΡΡ	„

Sestini p. 217 tab. X 8. 9; Lorichs tab. V 1. 2; Boudard p. 165 tab. XV 3. 4; Heiss p. 261 tab. XXXIV 1 *(Carabaca)*; Delgado III p. 64 s. tab. CVIII 1—3 CXXII CXXIII; Zobel II p. 100, inscr. n. 615; Berlanga Hisp. anterom. p. 197; Pujol *rev. de ciencias hist.* IV 1886 p. 148 ss., *epigr.* n. 127 *g h*.

Pujol denarios duos diversos, quos dedi, novit solos. Hi sunt nummi, quos una cum n. 102. 103 Ursinus multique alii L. Afranii nomen habere credebant (v. proleg. p. III).

Ad Contrebiam cum Delgado rettulit hos nummos Zobelius, quae inter Celtiberiae oppida primaria memoratur a Livio XL 33 iuxta Aeburam in Carpetania et in fragmento l. XCI in bello Sertoriano; deinde ab eius asseclis Valerio Maximo II 7, 10 et VII 4, 5 (ubique passim *Trebia* traditur), Velleio II 5, 2, Floro II 17, 5; postremo a Ravennate p. 310, 5. 12 (ubi item *Trebiam* traditur). De situ nihil constat praeterquam quod quaeritur cum probabilitate quadam circa *Albacete* hodiernam, versus septentriones ab ea et orientem, ab Hibero fluvio non admodum procul. Num diversae fuerint Contrebia, quae Leucada appellabatur, et Contrebia simpliciter dicta nominata in fragmento Liviano, non satis liquet. Zobelius Contrebiam illam prope Caesaraugustam quaerendam esse ratus hanc diversam putat et alicubi, ut dixi, in provincia de *Albacete* quaerendam. Sed cum coniuncta appareat cum Carpica, de qua vide n. 102, situs oppidi per se incertus non obstat, quo minus de uno tantum oppido cogitemus.

101. Šethisa

II.	As	*a*	caput barbatum		
			)(eques insigne aquilae ferens	ΜΕΑΝϟΡ	*šethisa*
		b	caput imberbe		
			)(eques insigne aquilae ferens	ΜΕΑΝϟΡ	„
	Semis	*c*	caput imberbe		
			)(equus currens	ΜΕΑΝϟΡ	„
	Quadrans	*d*	caput imberbe		
			)(pegasus dimidius	ΜΕΑΝϟΡ	„
III.	As	*e*	caput imberbe	ΜΕ	*še*
			)(eques palmam ferens	ΜΕΑΝϟΡ	„
	Denarius	*f*	caput imberbe	ΜΕ	„
			)(eques palmam ferens	ΜΕΑΝϟΡ	„
	As	*g*	caput imberbe	ΜΕ	„
			)(eques hastatus	ΜΕΑΝϟΡ	„
		h	caput imberbe		
			)(eques hastatus	ΜΕΑΝϟΡΧΨ	*sethisaqm*
	Semis	*i*	caput imberbe	Μ	*š*
			)(equus currens	ΜΕΑΝϟΡΧΨ	„
	Quadrans	*k*	caput imberbe	ΜΕ	*še*
			)(equus currens	ΜΕΑΝϟΡ	„
	Sextans	*l*	caput imberbe		
			)(equus currens	ΜΕ	„
III. IV.	As	*m*	caput imberbe		
			)(eques hastatus	ΜΕΑΝϟΡ	*šethisa*
	Semis	*n*	caput imberbe	ΜΕ Α Θ	*še th o*
			)(equus currens	ΜΕΑΝϟΡ Μ	*šethisa š*

III. IV.	Quadrans	*o*	caput imberbe	ᛗ		
			)(equus currens	ᛗᛆᗅ	*eth*	
	Sextans	*p*	caput imberbe	ᛗ		
			)(equus currens	ᛗᛆ	*se*	

Lastanosa p. 31, 60. 32, 63. 34, 73. 222, 5; Sestini p. 170; Saulcy p. 172, 131; Lorichs tab. XI 1—10 XII 1. 2. XIII 1; Boudard p. 231 tab. XXVI 7—13 XXVII 1; Heiss p. 281 tab. XXXVIII 1—14; Delgado III p. 373 tab. CLXVIII—CLXIX 1—14; Zobel II p. 100 s. [tab. IX 4—9 nondum edita]. inscr. n. 628—639. 653—657. 659—663; Berlanga Hisp. anterom. p. 196; Pujol *bol. de la Acad.* III 1883 p. 72 VI 1885 p. 338, 75 *so. epigr.* n. 162 *a—f*.

Praeter ᛆᛆᛆᛆᛆ, ᗅᗅᑎ (ᑎ in recentissimis) formas et ᐅᑭᑭ. ᛋᛊ et ᛒ iuxta usurpatae sunt, teste Pujol.

Quae in adversa semissis *n* sola legitur ⊙ littera, hic quoque Zobelio non *o*, sed *b* vel *c* esse creditur: vide adnotata ad n. 80.

Quaeritur primum quid ᗅᗅᑎ littera significet, quae redit in huius regionis nummis inscriptis *kthkqm* n. 104, praeterea vero tantum legitur in nummis quae Oscae tribuuntur Celsithanis n. 47. Unde Delgado et Zobelius eam *th* esse credunt, quae solet esse ⊘ vel ⊕ tam in huius regionis vicinarumque nummis quam in locorum magis versus septentriones sitorum. Pro *k* habuit Berlanga legitque *sekiza*; ad Segisamam nummos hosce iam rettulit Saulcy. Sed videtur mihi quoque legendum cum Delgado *šethisa*; ut exposui in prolegomenis. Comparandi sunt nummi regionis Ilerdensis ᛋᛔΘᛗᛋᐸᛗ *sethisen* inscripti n. 39, qui omnino diversi sunt.

Series haec larga nummorum pulchrorum et frequentium incipit inde fere a saeculo urbis sexto medio (214 a. Chr.). Delgado, quamquam ipse mihi olim dixit provenire eos maximam partem ex Aragonia, postea loco alicui eos tribuendos esse censuit provinciae Baeticae, sed finibus Tarraconensis proximo, propterea quod inter nummos ab homine quodam curioso collectos Cordubae sedecim eorum viderat. Cum locum quaereret similiter dictum et aptum cui tribueret, incidit in *Sax* collem in provincia Murciensi prope Almansam sito: admodum infeliciter. Propter vetustatem et frequentiam Zobelius coniecit tribuendos esse ei genti, cuius caput oppidum id fuerit, in cuius locum postea cesserit Carthago nova a Barcidis condita; ut dixi in huius capitis praefatione. De Sedetanis cogitari non posse idem putat, quia illi nimis procul habitaverint ab ea regione, cui horum nummorum typi conveniant, atque magis versus septentriones. Contra opiniones a Delgado et Zobelio propositas Pujol *bol. de la Acad.* VII 1885 p. 30 ss. monuit, reperiri asses Sethisanos ubique fere in Hispania atque etiam in Gallia meridionali; sed frequentissimos esse in parte inferiore provinciae Caesaraugustanae una cum Bilbilitanis n. 85 et Celsensibus n. 33. In *Calatayud* potissimum currere eos aequali fere abundantia cum nummis aereis hodiernis, unde Vincentem Lafuente historicum, qui nummos nullos collegisset praeter in *Calatayud* ipsa vel repertos vel emptos, praeter Sethisanos etiam Dianienses n. 99 et Samalenses n. 106 ibi sibi comparavisse. Etiam denarios Sethisanos raros in illa regione venum ire; unde in collectiones Caesaraugustanas et Matritenses solerent intrare, in quas pervenirent indidem nummi reliqui. Contra collectores Murcianos frustra eos quaerere. Addit Pujol etiam typos, pondus, palaeographiam (ᛊ pro ᛋ interdum adhibitam) nummorum Sethisanorum ducere ad altam Aragoniam provinciamque Caesaraugustanam: etiam ᛗ in adversa nummorum Bilbilitanorum n. 85 *c e g* huc trahendam videri. Atque de ᛗ illa et ᛗᛆ in nummis praeterea non paucis obvia quid indicandum sit incertissimum esse supra dixi ad n. 52: unde potest illa aequo fere iure referri ad alia oppida non pauca ab *š* littera incipientia. Reliqua vero viri acuti argumenta scio non levia esse; neque vero ita comparata sunt, ut rem conficiant: priusquam thesaurus aliquis nummorum horum aereorum repertus est, de origine vera licebit dubitare. Multos eorum dicit ille comparuisse in *Duron* loco deserto *en la ribera de los Peregiles*, a *Calatayud* versus orientem, antequam Salo influit in Hiborum; neque vero propterea Sethisam in *Duron* collocandam esse, sed quaerendam ibi prope probabile ei visum est. Tamen omnia considerantibus nobis probabilior Zobelii opinio visa est, scilicet nummos hosce tribuendos esse oppido alicui regionis Carthaginiensis claro: quod utrum Carthago ipsa fuerit an urbs quaedam circa eam sita, cuius memoria omnis interiit, non definio. Nomen eius potest origine cognatum esse cum Sedetanorum. Itaque ad Celtiberiae meridionalis aliquam regionem nummos hosce pertinere probabile puto nec refutatum argumentis adhuc prolatis.

102. CARPQM

III.	As	*a*	caput imberbe	ᛟᚨ		*kl*
			)(eques hastatus	ΛΦΡΧᛘ	*carpqm*	
		b	caput imberbe	✳		*k*
			)(eques hastatus	ΛΡΛ	*capca*	
	Semis	*c*	caput imberbe			
			)(equus currens	ΛΦΡΛ	*carpca*	
		d	caput imberbe	Χ		*q*
			)(equus currens	ΛΦΡΛ	„	
		e	ut supra	Χ		„
				ΛΡΛ	*capca*	
	Quadrans	*f*	caput imberbe			
			)(equus currens	ΛΦΡΛ	*carpca*	

Saulcy p. 41 ss.; Lorichs tab. V 1—3; Boudard p. 168 tab. XIV 6. 7 XV 5; Heiss p. 261 tab. XXXIV 1. 3. 7. 8 *(Carabaca)*; Delgado III p. 64 s. tab. CVIII 1—3; Zobel II p. 100 [tab. IX 3 inedita]; Pujol *rev. de ciencias hist.* III 1881 p. 179 ss., *epigr.* n. 88 *b—e*.

Pujol novit assem unum, semisses quattuor, quadrantem unum.

In asse *b* Pujol, qui primus edidit, in adversa olim V legerat, sed postea apparuit ✳ fuisse. Unde hos nummos ad regionem Oscensem referendos esse putat, non ad Carthaginiensem; sed tali indicio solo res minime absolvitur.

Saulcy tribuit Arevacis. De Carpetanis cogitavit Delgado, qui *carbeca* legit, de *Carabaña* ad Tagonium Heiss, de *Cararaca* provinciae Murciensis Zobelius, quam putat a Bastetanorum oppido Κάρκα apud Ptolemaeum II 6, 60 diversam non esse. Idem ex spatio, quod intercedit inter eam et Carthaginem. Müllerus quoque indicavit probabile esse. Carpetanorum sedes quamquam nimis longe distant ab ea regione, cui hos nummos tribuendos esse typi docent, tamen nomen cum horum nummorum sine dubio originis eiusdem est. Comparari potest Κραβασία (pro Carbasia) *πόλις Ἰβήρων* circa hanc regionem quaerenda Hecataei apud Stephanum Byz. s. v., cf. *Crabrasiae iugum* Avieni or. mar. v. 489. Cf. n. 100. 103.

103. QNTHÍQM—KL...—CARPCA

III.	As	*a*	caput imberbe	ᛟᚨ		*kl*
			)(eques palmam tenens	ΧΝ◇ΙΧᛘ	*qnthiqm*	
		b	ut supra	ᛟᚨ		„
				ΧΝ⊠ΙΧᛘ	„	
		c	ut supra	Χ		*q*
				ΧΝ◇ΙΧᛘ	„	
	Denarius	*d*	caput imberbe	ΛΦΡΛ		*carpca*
			)(eques hastatus	ΧΝΘΙΧᛘ	„	
		e	ut supra	ΛΦΡΛ		„
				ΧΝΘΙΧᛘ	„	
		f	ut supra	Χ		*q*
				ΧΝΦΙΧᛘ	„	
		g	ut supra	Χ		„
				ΧΝΦΙΧᛘ	„	
		h	ut supra	ΛΦΡΛ		*carpca*
				ΧΝΘΙΧΜ	„	
		i	caput barbatum	ΛΦΡ Χᛘ		*carp qm*
			)(eques hastatus	ΧΝΘΙΧᛘ	„	
		k	ut supra	ΛΦΡΧᛘ		„
				ΧΝ⊕ΙΧᛘ	„	
		l	ut supra	Χ		*q*
				ΧΝΘΙΧᛘ	„	

III.	Denarius	*m*	caput barbatum	⧗		*q*
			)(eques hastatus	⧗N⊕I⧗Ψ	*qnthiqm*	
III. IV.	As	*n*	caput imberbe	ⴰᚨ		
			)(eques hastatus	⧗N◈<⧗Ψ	*qnthcqm*	
	Semis	*o*	caput imberbe	ⴰᚨ		
			)(equus currens	⧗N◈<⧗Ψ		

Lastanosa p. 35, 82. 83; 222, 6. 223. 7. 8. 10: Sestini p. 217 tab. X 8: Saulcy p. 189. 30. 32: Lorichs tab. V 4—10 VI 1—5; Boudard p. 165 tab. XV 1 p. 296 tab. XXXIX 1: Heiss p. 261 tab. XXXIV 2—6 (Carabaca): Delgado III p. 64s. 102 tab. CVIII 1—3 CXXII CXXIII; Zobel II p. 98. 100 [tab. IX 1. 2 nondum edita], inscr. n. 612—625. 649: Berlanga Hisp. anterom. p. 209; Pujol *rev. de ciencias hist.* IV 1886 p. 148ss.. *epigr.* n. 127 *a—f.*

Pro ⚲ in nummis hisce etiam ⚲, pro ⋀ etiam A, pro ⊕ etiam ⊕⊖◈⊠◇, pro ⧗ etiam ⧗ scribitur.

Ad *n o* Berlanga et Pujol adnotaverunt I videri hic idem significare atque <, i. e. *c*. Qua de re dixi in prolegomenon cap. III.

Ad ⴰᚨ *a b n o* Zobelius adnotavit, videri hic latere gentem illam, cuius nummi inscripti *klaisqm* (n. 83) exstant, probante Caelestino Pujol, qui tamen oppidum gentis eius quaerendum censet prope *Teruel.*

De Carpica dictum est ad n. 102. In Qunthicorum sive Conticensium nomine Zobelius Contestanos agnoscere sibi visus est. Memoratur Contestania a Livio in fragmento l. XCI in ora maritima cum Ilercaonia ad Hiberi ostia; a Plinio Carthago nova in Contestania ponitur (III § 19), a Ptolemaeo Valentia, de cuius nummis Latinis dictum est supra (n. 97), Saetabis, Ilici, Lucentum, Carthago nova (II 6, 14. 61). Unde putat sedes eorum late patuisse fierique potuisse, ut a gente tam numerosa hi quoque nummi cusi sint. Certe nomen Conticensium vel quo nomine fuerunt potest eiusdem originis esse atque Contestanorum. Sed potest etiam nomen breviatum esse ex *qnthrpiqum Contrebicum* n. 100 cf. 102.

104. Hthlaqm

III. IV.	As	*a*	caput imberbe		
			)(eques hastatus	HAᚨᚹ⧗Ψ	*hthlaqm*
	Semis	*b*	caput imberbe		
			)(equus	HΨ	*hm*

Lorichs tab. XVII 5. 7; Boudard p. 194 tab. XX 2; Heiss p. 169 tab. XVII 1 *(Ecala)*; Delgado III p. 257 tab. CXLVI: Zobel II p. 102, inscr. n. 647 (semissem ibi omisit); Pujol *epigr.* n. 150 *a b.*

Pro ᚹ etiam ᐅ scriptum esse in his nummis adnotat Pujol. Semissem idem omisit.

Delgado legit *etalakom* et postea *hethalakom:* Heissius nummos hos inventos ait prope *Tudela* et comparat *Ecala* vicum regni Navarrensis. Zobelio Otalienses sunt, gens ignota.

105. Rhdurqn

III. IV.	As	*a*	caput imberbe		
			)(eques hastatus	⚲H△⚲⧗N	*rhdurqn*
		b	caput imberbe		
			)(eques hastatus	⚲H△⚲⧗N	

Lorichs tab. XXIV 7; Heiss p. 291 tab. XLI 1 *(Reoura)*: Delgado III p. 330 tab. CLX qui non vidit: Zobel II p. 102, inscr. n. 644; Pujol *epigr.* n. 156 *a b.*

Pujol asses duos tantum novit diversos.

Nummus e Lorichsii imagine sola nobis notus. Delgado legit *tedara.* Heiss comparavit fluvium hodie *Reur* dictum, qui in Sicorim influit, *Raurel Raurich* vicos provinciae Tarraconensis. *Raoura* nomen proprium in Catalaunia non infrequens. Zobelio Rodurenses sunt, gens ignota. Raudenses Vaccaei (Ptolemaeus II 6, 49), qui huc non pertinent, et Rodaces itinerarii Ravennatis (p. 312, 15) magis etiam remoti (circa Turgalium Lusitaniae collocantur), e radicibus similibus possunt nomina habuisse. Quae propter *r* initialem Gallicae originis creduntur, ut dixi prolegomenon cap. IV.

106. Šamala

III. IV.	As	*a*	caput imberbe		
			)(eques hastatus	ΛΛΡΨΡΝΡ	*šamala*

Lorichs tab. XXV 11 XLI 1; Heiss p. 247 tab. XXXII 1; Delgado III p. 367s. tab. CLXVII; Zobel II p. 102. inscr. n. 643; Berlanga Hisp. anterom. p. 197; Pujol *bol. de la Acad.* VII 1885 p. 38. *epigr.* n. 158.

Quartum elementum interdum ita Ρ scribitur, secundum et ultimum D; Pujol ita exhibet ΛΛΓΨΡΛΡ. In asse altero apud Lorichsium (tab. XXV 11) admodum barbaro eques ensem gerit. Locus ignotus; Delgado contra leges suas ipsius cogitavit de *Camala* itinerarii sita inter Segisamonem et Legionem VII (p. 395, 2), quae circa *Sahagun* collocatur: nisi errasse codices itinerarii statues.

107. Dnušia. Tanusia

III.	As	*a*	caput imberbe			
			)(eques hastatus	XΝΤΛΛΓΝΡ	*dnušia*	
IV.	As	*b*	caput imberbe			
			)(eques hastatus	XΨ	*d-n-u*	
		c	caput imberbe	ΛΛ		*š*
			)(prora	TAVSIENSE	*Tanusiense*	
		d	caput imberbe	ΛΛ		„
			)(prora	TAVSIENSE	„	

Florez III p. 141 tab. LXXVII 4 Latinos solos (Eckhel om.); Lorichs p. 97 tab. XX 6 LXV 4. 5; Boudard p. 220 tab. XXIV 9—11; Heiss p. 246 tab. XXX 1 *(Denusia)* et p. 408 tab. LXII 1. 2 *(Samusium)*; Delgado II p. 301ss. tab. LXXII 1. 2 (Tanusia sive Sanusia) et III p. 111s. tab. CXXIII Ibericos; Cerdá *memorial numism.* III 1873/75 p. 96ss.; Zobel II p. 102. inscr. n. 648 (omisit ibi *b*); Pujol *rev. de ciencias hist.* IV 1886 p. 155. *epigr.* n. 91 *a b*.

In *b* littera ligata ex XΝΤ *dnu* videtur composita esse, non ex XΨ *dm*. In *c d* quod Delgado pro ΛΛ habet Ψ, videtur errore positum esse. De ΛΛ dixi ad n. 52. 101.

Samusiense exemplo uno non satis certo stare adnotavit Cerdá, nusquam legi in nummis Latinis affirmat Zobelius. Situs oppidi ignotus est. Pujol novit asses Ibericos duos. In asse *a* pro Ρ etiam Ρ legitur. Cf. *dmaniu* n. 86.

108. Thrcaqm

III.	As	*a*	caput imberbe		
			)(eques hastatus	◇ΡΛXΨ	*thrcaqm*
		b	caput imberbe		
			)(eques hastatus	◈ΡΛXΨ	„

Lorichs tab. XXIV 4; Boudard p. 255 tab. XXX 4. 10; Heiss p. 250 tab. XXXII 1 (Tritium); Delgado III p. 385 tab. CLXXII; Zobel II p. 102 [tab. IX 10 inedita], inscr. n. 640—642; Pujol *bol. de la Acad.* V 1884 p. 349 (*a*), *epigr.* n. 170 *a b*.

Pro ◇ et ◈ in aliis exemplis formas exstare oblongas magis adnotat Berlanga.

Delgado Tarragae oppido hodierno tribuit. Nec de Tritio nec de Turgalio cogitari posse Zobelius recte adnotavit. Magis est, ut Tyrin oppidum vetustum et Tyrium fluvium Avieni or. mar. v. 482, qui Turia Melae II 92, Turium Plinio III § 20, Τοῦρις Ptolemaeo II 6, 15 est, prope Valentiam et Tyrichae oppidum Avieni v. 198 huc trahamus, utpote radicis cognatae.

109. TDUM

III. IV.	As		caput imberbe		
			)(eques hastatus	ΨΔΨ	*tdum*

Sestini p. 181 s. (e Sestinio puto Masdeu *historia critica de España* XIX p. 627 n. 2161); Saulcy p. 193. 150 ex Sestinio; Lorichs tab. XIII 2; Boudard p. 298 sine tab.; Heiss p. 180 tab. XIX 1 *(Tkzoura)*; Delgado III p. 368 tab. CLXVII; Zobel II p. 102. inscr. u. 645; Pujol *epigr.* n. 173.

Delgado legit *tedem*. Nummi rarissimi, secundum Delgado tribuendi Edetaniae sive loco alicui circa *Castellon de la Plana*, secundum Heissium reperti circa *Tudela* oppidum: quod vix recte puto statui. Zobelius nomen comparavit cum *Totana* regni Murciensis. Cum quae vocalis exciderit incertum sit, Tades vel Tedes vel similiter dicti ubi habitaverint determinari nequit. Cf. *Tader* fluvius.

110. TOLETUM

As	*a*	caput barbatum	EXƧC OICƠ·CARTACOB
		)(eques hastatus	TOLE
	b	caput barbatum	EXSC CELTAMB
		)(eques hastatus	TOLE
Semis	*c*	caput barbatum laureatum	CELTAMB
		)(equus currens	TOLE

Florez II p. 593 tab. XLV 1—10 III p. 122 tab. LXVI 3; Eckhel I p. 58; Lorichs tab. LXV 7—9; Heiss p. 262 s. tab. XXIV 1—2[bis]; Delgado III p. 403 tab. CLXXIX 1—3.

In *a* observa Ƨ pro S, Ơ pro Q scripta; *ex s. c* videntur *ex s(enatus) c(onsulto)* significare, ut ubique; scilicet Toletanis ut nummos hosce emitterent senatus quodam consulto peculiari videtur permissum esse. Quae in adversa *a* leguntur vocabula Iberica *oicq* et *cartacob* (nam elementum secundum videtur simplex A esse male formatum) et in *b* et *c* *celtamb* ab Heissio infeliciter tractata sunt; putat enim latere nomina Latina. Delgado de Carthagine et Celtis sociatis cogitavit, in *amb* concordiae significationem inesse ratus. Sunt fortasse nomina magistratuum, ut *onduc-alipol* in n. 96[b] *d*.

De Toleto vide C. II p. 416. 944.

111. SEGOVIA

As		caput imberbe	C L
		)(eques hastatus	SEGOVIA

Florez II p. 577 tab. XLIII 9. 10 III p. 118 tab. LXV 13; Eckhel I p. 57; Lorichs tab. LXV 2; Heiss p. 234 tab. XXIX 1; Delgado III p. 380 tab. CLXXI.

C et L litterae quid significent ignotum est; latet fortasse nomen populi Ibericum.

De Segovia vide C. II p. 379. 926.

112. INSULAE BALEARES

Aerei (I II III IV) antiquissimi anepigraphi	*a*	cabirus stans cum malleo et serpente)(taurus stans vel currens		
Punici	*b*	cabirus stans)(𐤌𐤔𐤁𐤉𐤀 sive 𐤌𐤔𐤁𐤉𐤀 ƆHH		*aibsm* איבשם
	c	ut supra	𐤌𐤓	
	d	„	𐤔𐤋	
	e	„	𐤀𐤇	
	f	„	𐤔𐤍	
	g	„	𐤆𐤉	
	h	„	XX9<𐤀 sive XH9X ƆHH ƆΛΛ	„
	i	„	𐤆𐤓	
	k	„	𐤌𐤉	
	l	„	19	
	m	caput Tib. Caesaris cum epigraphe)(cabirus	xh9Jx INS AVG	
	n	ut supra	INS AVG	
	o	caput Neptuni)(ancora, delphini duo	EBVSITAN. sive EB	

Lorichs tab. XXXII 11 (*m*); Berlanga comm. Momms. p. 275 tab. n. 8. Hisp. anterom. p. 353: Campaner apud Heiss p. 419 ss. tab. LXIII LXIV et apud Delgado II p. 437 ss. tab. CLXXXVII. CLXXXVIII 1—27. 1. 2, *numismática Balear* p. 1—40 tab. I 1—13. 1. 2; Zobel I p. 61 II p. 175 ss.

Litterae inscriptionum Punicae quantum fieri potuit supra repraesentatae sunt; imagines nummorum accuratas exhibet Campaner. Cabirum quem dicimus *Baal* sive *Moloch* Carthaginiensem rectius dici observavit Eduardus Sachau; idem nummum *b* propter scripturae formam quinto saeculo non recentiorem atque fortasse adeo sexto tribuendum censet.

Nummi hi ab antiquioribus Cossurae tribui solebant, velut a Gesenio (scripturae linguaeque Phoeniciae monumenta p. 299 ss. tab. 39 E—O); verum viderunt Münterus, La Marmora, alii. Reperiri solent Ebusi non admodum frequenter, frequentissime in reliquis insulis Balearibus, non raro etiam teste Dresselio in Campania. Exstant praeterea aerei parvi non inscripti cum cabiro et tauro, quorum aliquot servat museum Berolinense; v. Koehnii *Zeitschrift für Münz-, Siegel- und Wappenkunde* IV 1848 p. 131 ss. tab. V 7. 8. 9.

Litteras ƆHH numerum indicare quinquaginta (20+20+10) exposuit Berlanga, qui litteras singulares in *d*—*k* nomina eorum oppidorum indicare putat, ubi nummi hi in usu fuerunt.

XIII. REGIO ACCITANA

De nummis paucis, qui regioni montuosae provinciae Tarraconensis inter Carthaginem novam et Iliberrim sitae videntur tribuendi esse, paene omnia incerta sunt. Soli Urci oppido nummi *urkekn* inscripti (n. 116) aliqua cum probabilitate attributi sunt; reliquorum duorum Celinensium (n. 114) et Iclonensium (n. 115), quos Acci adscripsit Zobelius coniectura ductus non improbabili, certo collocari nequeunt. Unde satius visum nummos Accitanos Latinos eis praemittere seorsum indicatos.

Habent hi nummi caput semper imberbe, in Iclonensium interdum sinistrorsum collocatum contra usum; accedunt gubernaculum, caduceus, astrum, ramus, delphinus soli vel coniuncti; inscriptiones nullae. In aversa denarii habent equitem sago et parmula tectum, qui freno alterum equum ducit; asses equitem cum sago hasta parmula sinistrorsum in Iclonensium, in reliquis hastatum dextrorsum. In semissibus est equus currens sinistrorsum cum astro et media luna, interdum taurus stans.

Celinensium nummos cum reliquis huius regionis convenire typorum similitudine et artificio Delgado et Zobel putabant; Pujol aliter iudicat. Atque difficilis sane est quaestio, quam certo diiudicare non audeo. Forma nominis similis omnino nulla exstat in nummis Ibericis. Reliquorum duorum typi, artificium, inscriptiones, aperte similia sunt; terminatio in *-ekn* in aliis regionibus omnino observata non est. Accedunt Cecacatenses (n. 117) ignoti; *-atn* terminatio est in n. 16, a quibus tamen longe videtur distare huius nummi patria. Ita utrum recte hic collocatus sit necne dubium est.

113. Acci

Semis	*a*	aquila legionis inter duo signa militaria	C I G A C I II
		)(similiter	
As	*b*	caput Augusti cum epigraphe	
		)(aquilae leg. duae et signa duo	C·I·G·ACCI L·I II
As, semis	*c*	caput Tiberii sin. cum epigraphe	
		)(corona querna	COL·IVL·GEM·ACCI
As	*d*	caput Tiberii sin. cum epigraphe	
		)(capita Germanici et Drusi Caesarum II vir(orum) cum epigraphe	C·I·G·A
	e	caput C. Caesaris sin. cum epigraphe	
		)(aquilae duae signa duo	COLON ACCI
Semis	*f*	ut supra	
		)(apex lituus simpulum	C·I·G·ACCI

Florez I p. 122 ss. tab. II 1—13 III 1—4 LI 3. 4; Eckhel I p. 34; Lorichs tab. LXXIV 6. 7; Heiss p. 256 ss. tab. XXXIII 1—16; Delgado III p. 1 ss. tab. LXXXVI. LXXXVII 1—14.

De colonia Iulia gemella Acci (hodie *Guadix*) vide C. II p. 458; indicantur praeterea legio prima et secunda.

114. CELIN

III. IV.	As	*a*	caput imberbe			
			)(eques hastatus	⋖ᚴᛘᛀ	*celin*	
IV.	As	*b*	caput imberbe			
			)(eques hastatus	Єᚴᛘᛀ	„	
	Semis	*c*	caput imberbe	ᚹ		*a*
			)(taurus stans	ᛋ Ϲᚴᛘᛀ	*s* „	

Sestini p. 216 tab. X 4: Saulcy p. 71, 63: Lorichs tab. XXII 10; Boudard p. 188 tab. XIX 1. 2; Heiss p. 211 tab. XXVII 1 *(Eliana)*; Delgado III p. 98 tab. CXVI; Zobel II p. 108 [tab. IX 12 inedita]; Pujol *rev. de ciencias hist.* IV 1886 p. 138 qui semissem *c* primus edidit, *epigr.* n. 75 *a b*.

Pujol primus *epigr.* n. 75 *b* ᚹ adversae addidit ab ipso antea et a Zobelio neglectam, quam ad *arse* Saguntum n. 40 refert; nam putat, ut Delgado, nummos hos provenire ex Edetania. Sed multa alia hanc litteram significare posse quis neget? Idem Pujol quadrantem ineditum propediem se editurum esse indicaverat. Delgado III p. 87 nummos hosce Edetaniae tribuit, cum circa *Teruel* oppidum dicantur prodiisse. Dixerat mihi olim provenisse eos e regno Murciensi ad fines regionis Lucentinae. Zobel cum nomine gentis ignotae comparavit Cilenos Gallaeciae, de quibus iam Saulcy cogitaverat; non recte. Idem oppidum Celinorum putat Basti fuisse, cuius memoriam itineraria (p. 401, 2) servaverunt. Atque videtur sane oppidum vetustum fuisse, a quo Bastulorum et Bastetaniae regionis totius nomen derivatum est. Zobelii opinio ingeniosa est et probabilis, quamquam certis argumentis demonstrari nequit. Celi nomen Ibericum veri simile est servatum esse in *Medina Celi* oppido sane ab hac regione valde remoto (C. II p. 927).

115. ICLONEKN

II.	As	*a*	caput imberbe			
			)(eques cum hasta et parma	ᛘΛᚴ◇Ξ	*icloe*	
II. III.	Denarius	*b*	caput imberbe			
			)(eques equum ducens	ᛘΛᚴ◇ǂKᛀ	*icloekn*	
III.	Denarius	*c*	caput imberbe			
			)(eques cum equo	ᛘΛᚴOǂKᛀ	„	
	As	*d*	caput imberbe			
			)(eques cum hasta et parma	ᛘΛᚴOǂIϹᛀ	„	
	Denarius	*e*	caput imberbe			
			)(eques cum equo	ᛘΛᚴOᛀǂKᛀ	*icloneukn*	
	As	*f*	caput imberbe			
			)(eques cum hasta et parma	ᛘΛᚴOᛀǂKᛀ	„	
		g	ut supra	ᛘΛᚴOᛀǂIϹᛀ	„	
III. IV.	As	*h*	caput imberbe	ᛋ		*s*
			)(equus currens sin.	ᛘΛᚴOᛀǂKᛀ	„	
IV.	Denarius	*i*	caput imberbe			
			)(eques cum equo	ᛘΛᚴOᛀǂIϹᛀ	„	
	As	*k*	caput imberbe			
			)(eques cum hasta et parma	ᛘΛᚴOǂIϹᛀ	*icloekn*	

Lastanosa p. 37, 91; Sestini p. 158 ss. tab. VII 1—4; Saulcy p. 202, 168, 169; Lorichs tab. XVI 1—12; Boudard p. 211 tab. XXIII 9. 10 XXIV 1—5; Heiss p. 325 tab. XLVIII 1—14; Delgado III p. 283 ss. tab. CLI 1—14; Zobel I tab. VII 12 et II p. 108 [tab. IX 11 nondum edita], inscr. n. 664—677. 683; Berlanga Hisp. anterom. p. 207. 220; Pujol *epigr.* n. 118 *a*—*e*.

Quaeritur de ≢ litterae significatione, quam cum Delgado et Zobelio *e* esse credo, ut exposui in prolegomenis. Oblique collocatam esse adnotat Pujol ita ⋇. Berlanga pro *s* habet: idem ΛϷ non, ut reliqui, pro *c* et *l* litteris accipit, sed pro *l* et *p*, cum praesertim P Latina interdum ita Ϸ formata sit, velut in nummis Ilipensibus. Unde legit *ilponskn*, cogitans de Ilipone civitate aliunde sane non nota, cuius nomen ad similitudinem aliorum multorum formatum sit, velut Acinipo et Ventipo. Ϻ si sonum habuit *u* similiorem, comparare licebit cum huius oppidi nomine Ucletium hodie *Uclès*, vide C. II p. 419. 944.

O cum Zobelio pro *o* habenda, quamquam Lorichs in exemplo uno ♀ formam exhibet (tab. XVI 3 = Delgado tab. CLI 3), scilicet errore aperto; unde de *r* cogitari non potest. Etiam ◇ ◊ formae praeter O occurrunt in his nummis. Pujol exhibet denarium ita inscriptum barbare ϺIΛϷOΝKΝ.

Denariorum *b c i* varietates exstant plures.

Sestini Hercavoniae, Heiss Iliberritanis hos nummos tribuerunt. Delgado primum legit *igloekn*, postea *ilgone*. Zobelius *Icloetes* sive *Iclonetes*, nam inscriptiones hasce diversas ad eandem gentem spectare demonstrant typi omnino aequales, gentem ignotam eam esse coniecit, cuius caput Acci urbs fuisse putanda sit. Nam ex oppido aliquo non exiguo eos exiisse indicare multitudinem et vetustatem. De Acci vide n. 113.

Neque neglegendum quod denarii ita inscripti centum et septem comparuerunt in thesauro denariorum rep. a. 1874 in *Villa del Rio* provinciae Hispalensis: cf. Zobel II p. 197.

116. Urkekn

Urci

III. IV.	As	*a*	caput imberbe)(eques hastatus	ϷPK≢KΝ	*urkekn*
IV.	As	*b*	ut supra	ϷPIC≢ICΝ	-

Sestini p. 212 tab. IX 18; Saulcy p. 146, 117; Lorichs tab. XLI 3; Boudard p. 293 tab. XXXIX 3. 4; Heiss p. 258 tab. XXXIV 1. 2 (Urce); Delgado III p. 428 s. tab. CLXXXV. CLXXXVI 1—3; Zobel II p. 108, inscr. n. 681. 682; Berlanga Hisp. anterom. p. 210 et 219; Pujol *epigr.* n. 177 *a b*.

Zobelius denarium olim possedit cum inscriptione Iberica evanida, quam propter typorum similitudinem huius oppidi fuisse putat (inscr. n. 680); exinde denuo non comparuit denarius similis. In *b* ≢ lineas transversas quattuor habet. Berlangae hic quoque ≢ est *s*, non *e* (v. n. 115), et alterum elementum *a*, non *r*. Quid *uakskn* significet ignotum est; nam de Vasconibus cogitari nequit propter typos. In exemplis Matritensi et Parisino idem legit ϷPK≢KN.

Ad Urci nummos hosce iam Saulcy rettulit. De Urci v. C. II p. 476 et 877: fuit ultimum provinciae Tarraconensis oppidum orae proximum in Bastetania secundum Melam II 94, Plinium III § 19, Ptolemaeum II 4, 14. 6. 13, itinerarium p. 404. 8, inter *Huercal* et *Pechina* vicos situm; diversum illud a Murgi Baeticae, quae fuit in campo *de Dalias*, v. n. 135.

117. Ccacatn

As	)(eques hastatus	⟨Α⟨PΥΝ	*cca atn*

Pujol *epigr.* n. 79 (p. 341).

Adnotat editor nummum ineditum in adversa typum habere in Hispania citeriore non consuetum, inscriptionem certam esse excepta littera prima, quae utrum ⟨ fuerit an ≮ sive ≺ diiudicari non posse. Mirum est post ⟨ sequi A. Cecacatenses, si recte legimus, ignoti sunt.

XIV. REGIO CASTULONENSIS

Tarraconensis provinciae pars extrema versus occidentem et meridiem sita oppida habuit celeberrima Castulonem et Iliturgi. Iliturgi enim quamquam postea fuit Baeticae provinciae, in confiniis tamen sita est nec seiungi potest a Castulone propter typos, qui etiam cum regionis Baeticae proximae aliquam habent similitudinem. Ad utrumque probabiliter referuntur nummi Iberici inscripti, quos typorum similitudo, ut modo dixi, suadet ut coniungamus. Ut Castulonenses bilingues sunt, ita Iliturgenses quoque Latini exstant tam similes Ibericorum, ut pro bilinguibus haberi possint.

Caput illi habent imberbe omnes, plerique diadematum; accedunt interdum signa manus, media luna, hic illic cum astro, delphinus, ramus; etiam litterae aliquot singulares. In aversa denarii habent sphingem alatam cum corpore canino, capite galeato, iuxta quam astrum aut littera singularis est; Iliturgenses lupam. Semisses habent taurum stantem plerumque cum media luna et littera singulari, quadrantes aprum gradientem, interdum cum littera singulari. In adversa inscriptiones non exstant.

Nummos Iliberritanos, quos Zobelius tam huic regioni adscripsit, quam provinciae ulterioris alteri, hic omisi (v. n. 128).

118. Cšthle

Castulo

II.	As	*a*	caput imberbe)(sphinx gradiens	✱1ΦΜΛ	*elhtšc*
	Semis	*b*	caput imberbe)(taurus gradiens	ǂ1ΦΜΛ	„
	Quadrans	*c*	caput imberbe)(aper gradiens	ǂ1ΦΜΛ	„
	As	*d*	caput imberbe)(sphinx gradiens sin.	ǂᛚΦΜΛ	„
III.	As	*e*	caput imberbe)(sphinx gradiens	ΛΜΦᛚ✱	*cšthle*
		f	ut supra	ΛΜ⦶ᛚ✱	„
		g	ut supra	⋈ ΛΜΦᛚ✱	*q* „
	Semis	*h*	caput imberbe)(taurus gradiens	ΛΜΦᛚ✱	„
		i	ut supra	⋿ ΛΜΦᛚ✱	*e* „
		k	ut supra	Λ ΛΜ⦶ᛚ✱	*ca* „
		l	ut supra	Μ ΛΜ⦶ᛚ✱	*š* „
		m	ut supra	Λ L ΛΜ⦶ᛚ✱	*ca* *l* „
		n	ut supra	Λ, Μ ┘ ΛΜ⦶ᛚ✱	„ *š* „ „
	Quadrans	*o*	caput imberbe)(aper gradiens	ΛΜΦᛚ✱	„
		p	ut supra	⊵ ↑-ΛΜΟᛚ✱	*e* *u* „

IV.	As	*q*	caput imberbe		
			)(sphinx gradiens	ΛΜΦϷ✱	*csthle*
	Semis	*r*	caput imberbe	CN · VOC · ST · F	
			)(taurus gradiens	CN · FVL · CN̄F - ΛΜΟϷ✱	„
	Quadrans	*s*	ut supra	CN · VOC · ST · F	
				CN · FVL · CN̄F - ΛΜΦϷ✱	„
	As	*t*	caput imberbe laureatum	SACAI SCER	
			)(sphinx gradiens	CASTVLO	
				SOCED	
	Semis	*u*	caput imberbe	A	
			)(sphinx gradiens	CASTVLO	

Florez I p. 342 tab. XVII 11. 12 II p. 628. 657 (Urso) III p. 13 (Asido) tab. L 5—9. 14—16 LVII 1—9 LIX 10; Eckhel I p. 44; Sestini p. 28ss. 96 tab. X 6; Saulcy p. 204. 171; Lorichs tab. LXIX 1—11 LXX 1—12 LXX 1—9; Heiss p. 284 tab. XXXIX 1—19 (Castulo); Delgado III p. 78ss. tab. CXII—CXVI 1—43 (cum Latinis); Zobel II p. 112, inscr. n. 685—697. 704—711. 714—718; Berlanga Hisp. anterom. p. 203. 210; Pujol *rev. de ciencias hist.* IV 1886 p. 129ss., *epigr.* n. 71. 135 *a—h*.

Asses quas habent litteras singulares ⋈, semisses ϟ, Μ, ⋿, Λ, Λ, L (⅃), quadrantes ⅃. ↑, quid significent, ignotum est. In semisse et quadrante (*r s*), qui recentissimi sunt, addita sunt nomina magistratuum Romanorum; Latini habent nomina similia alia. ✱ prona est secundum Pujol. Berlangae ✱ hic quoque *s* est, unde legit *csthls*; praeterea adnotat in nummo uno musei Matritensis super ✱ exstare ⋿ litteram.

Pro Φ Φ etiam ⊕ (I), pro Λ etiam Ϸ interdum scripta exstant.

As ita inscriptus ΒΜΦΛ et a Lorichsio solo descriptus (tab. LXXI 8) videtur non satis integer sive non recte lectus esse. Berlanga adnotat Delgadum ipsum, cum catalogum collectionis Lorichsianae faceret, nummum hunc non vidisse; neque postea quisquam vidit. Cum Lorichs ipse (p. 26) et Delgado (III p. 31) de lectione non dubitavissent, Zobel *bsthl* inscriptionem putabat referendam esse ad Bastulos. Bastulos vero populum magnum et antiquum, a Bastetanis vix diversum (v. n. 114), ut Contestani supra n. 103, probabile non est nummum hunc unicum cudisse, praesertim cum prorsus aequalis sit certo Castulonensibus. Unde B littera, quae nusquam praeterea nec in nummis nec in titulis Ibericis comparuit, si re vera exstitit in nummo, tribuenda videtur errori caelatoris. Similiter iudicat Pujol *epigr. n.* 71.

Cf. *castlosaic* infra n. XLV.

Asidoni hos nummos tribuit Sestini, Astapae Saulcy, Obulconi alii; Delgado primus (in catalogo collectionis Lorichsianae Matriti 1857 p. 57) in nummis hisce nomen Castulonis agnovit. De oppido celebri dixi C. II p. 440. Nummi eius antiquissimi inscriptionem habent sinistrorsum scriptam (*a—d*). Latini praeter oppidi, quod in antiquioribus Iberice scriptum est, magistratuum nomina exhibent Latina (*Cn. Voc(onius) St(atii) f(ilius), Cn. Ful(vius) Cn. f(ilius)*. Unde hi quoque nummi pro bilinguibus habendi sunt, cum typi Ibericorum et Latinorum iidem sint. Vocabula Iberica *sacaiscer* et *soced* (*t*) quid significent incertum: item quid *a* (*u*). De societate Castulonis cum Iliberritanis vide infra n. 128.

119. ILTHRACA

ILITURGI

II.	As	*a*	caput imberbe		
			)(lupus gradiens	⊢ϷΦϘΡΛ	*ilthraca*
		b	caput imberbe		
			)(spica iacens	ILOITVR - ESNEG	*Ilituregense*
		c	caput imberbe laureatum		
			)(eques hastatus	ILVTVRGI	*Iluturgi*
		d	ut supra	ILITVRGI	*Iliturgi*

Florez III p. 81ss. tab. LXIII 3. 4 cf. LV 10; Eckhel I p. 23: Lorichs tab. LIII 1; Heiss p. 300 tab. XLII 1—3 (*Iliturgi*): Delgado *catal. Lorichs* (Matriti 1857) p. 77 n. 1302, *nuevo metodo* II p. 117 tab. XL 1—3; Zobel II p. 112 [tab. VIII inedita] et 119 *Errata* p. 306, inscr. n. 698; Pujol *epigr.* n. 202 (ex Zobelio) et *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 517s.

Delgado legerat ИᚴΦᛏИ, Zobelius antea in exemplis non bonis ИᚴΦΛᚹF, postea NᚴΦᛏᚹΛ. Dubium non est. ut iam concessit etiam Pujol. quin nummus hic tribuendus sit cum Zobelio Iliturgi Baeticae oppido, de quo dixi C. II p. 297. De situ eius non constat. neque enim tituli ibi inventi sunt genuini ulli; sed quaerendum est non procul ab *Andujar*, ubi dicuntur esse *las cuevas de Lituergo* prope confinia Tarraconensis. Nummi Latini quamquam non prorsus eosdem typos habent atque Ibericus — nam pro lupa spicam et equitem habent —, tamen caput imberbe diadematum in utrisque simile est.

Pujol in exemplari integerrimo. quod servat Aurelianus Guerra. affirmat clare legi ᛘ (non И aut N) et ♀ (non ᛏ).

Si pro Ἐλιβόργη Hecataei apud Stephanum Byz. s. v. cum Carolo Müllero, non dissuadente Müllenhoffio, scribitur Ἐλιθόργη vel Ἐλιδόργη, potest Iliturgi significata esse. Sed magis puto de Iliberri cogitandum; vide n. 128.

HISPANIA ULTERIOR

Provincia ulterior cum nummos protulerit Iberice inscriptos non multos, Latinos frequentes, facile hi in partes tres dividuntur primarias Baeticam orientalem, meridionalem, occidentalem, cui accedit Lusitania. Baeticae orientalis (I) regiones duae sunt Obulconensis (I) et Iliberritana (II); utraque nummos habet Iberice inscriptos locorum singulorum (n. 120. 128), reliquos (n. 121—127. 129—134) Latinos. Ad Baeticam meridionalem (II) pertinent regiones Malacitana Asidonensis Gaditana, quarum prima Malacitana (III) nummos habet ex oppidis Punicis Malaca Abdera Sexi incerto (n. 136—139), Latinos Murgitanos (n. 135). E regione Asidonensi (IV) procedunt nummi bilingues Latine et Iberice vel Libyce inscripti oppidorum decem (n. 142. 145—153). Latini quattuor (n. 140. 141. 143. 144). Gaditanae regionis (V) sunt nummi Punici oppidorum trium (n. 154. 156. 157), Latini unius (n. 155). Ad Baeticam denique occidentalem (III) pertinent regiones Carmonensis Myrtilensis Salaciensis. Carmonensis regionis (VI) nummi Latini tantum exstant oppidorum quattuordecim (n. 158—171). Myrtilensis (VII) item Latini tantum oppidorum tredecim (n. 172—184), regionis denique Salaciensis reliquaeque Lusitaniae Latini oppidorum trium (n. 185—187), bilingues Salaciae unius (n. 188), si modo recte huic oppido tributi sunt. Ita perventum est in enumeratione ad fines paene orbis terrarum occidentales, quatenus vetustis temporibus notus erat.

I. BAETICA ORIENTALIS

Nummi in ulterioris provinciae ea parte cusi, quae finitima est citerioris, aliquam, ut exspectaveris, habent similitudinem nummorum eorum, qui ad partem citerioris vicinam pertinent. Praeterea inter se quam maxime differunt: plerique sunt dupondii et asses. Praevalent ibi, ut in reliquis Baeticae regionibus, nummi Latini, linguae vitaeque Ibericae testes paene unici inde nobis servati.

I. REGIO OBULCONENSIS

Primarium vetusta aetate locum inter huius regionis oppida nec Corduba nec Hispalis, quae postea capita erant, sed Obulco putanda est obtinuisse propter nummorum multitudinem et varietatem (n. 120), qui soli inscriptiones habent Ibericas eas, unde Hispaniae ulterioris scribendi ratio nobis innotuit. Nomina quae continent utrum locorum fuerint an magistratuum, quod suadet Latinorum continuatio, sive utrumque, incertum est. Latinos eiusdem regionis ab oriente versus occidentem procedens enumeravi qui huc pertinent oppidorum aliunde notorum; quae sunt Epora (n. 121) Sacili (n. 122) Ulia (n. 123) Corduba (n. 124) Carbula (n. 125); additis in fine duobus situs incerti Bora (n. 126) et Detumo (n. 127). Typorum similitudinem accuratius indicare supersedi, cum plerique certae sint collocationis.

120. OBULCO

IV.	Dupondius, as, semis, quadrans	*a*	caput muliebre	OBVLCO	
			)(aratrum et spica, intra quae inscriptiones Ibericae		

1 cum n. 15 b (infra)

| ⊕ꟼᚹ | *aqth* |

Gago A 5 tab. LV 7; inde Pujol n. 204, qui ipse non vidit.

Cf. n. 6 *eqths.*

2 cum n. 13 (infra)

a ΛΛ9ЧΧΛΛ *caizuriu*

b ΤΛ9ЧΧΛΛ „

Gago F et F 1 tab. LVI 15—17; Zobel n. 7 (*a*); Pujol n. 217 *a b*.

ᛉ = A et ᛘ *ai?* Zobel. Gago legit *cossurio* sive *cotzurio*. Zobelio nomen est *Chaesurio*. Quam Gago praeterea in textu (p. 222), non in tabula, exhibet inscriptionem ΤΛ9ЧΧΜΛ legitque *ihssurio* sive *setzurio*, apud reliquos non invenio.

3 cum n. 7 a (supra)

a 9ΑΜΜΣΜ *cnznar*

b ΛΜΜΣΜ *cnzn·*

c ΛΑΝSΝΜ *cansnni*

Gago C tab. LV 11 (*a*); Zobel n. 21 (*b c*); Pujol n. 225 *a b*.

c quae est in museo archaeologico Matritensi teste Pujol, scripta est dextrorsum. Zobel legit *chnsnn* et interpretatur *Chansininitos*.

4 cum inscriptione incerta (infra)

a ΛΛ9X *dra·*

b ΛΑ9X „

Gago K tab. LVII 27 (*a*); Zobel n. 17 (*b*); inde Pujol n. 208 *a b*, qui non vidit.

Zobel legit *Draco*, quod nomen exstat quidem C II 4969, sed aperte Graecae originis est.

5 cum n. 22 (supra)

a ΜΛΜΜΧΣX [illegible]

b ΜΛΝΧSX „

Gago J tab. LVII 26 et M tab. LVII 34 (*b*); Zobel n. 19 *a b*; inde Pujol n. 207 *a b*, qui non vidit.

Gago ita exhibet ΜΜΜΧΣΠ. Pujol adnotat exstare in museo archaeologico exemplar huius nummi, in quo tamen littera prima Μ *n* sit, non X, ultimaque omnino incerta. Quaeritur num Ν sive Μ *n* simplex sit an *nu* (sive *nt*?). Etiam quae Gago habet Μ (cum n. 10 *d*) in aversa (*b*) et Λ tab. LVII 38 (*b*) 35 (*a*) huc pertinent. Zobel legit *Dasesnis*.

6 cum n. 15 (*a e* supra, *b c d f* infra)

a	ƧꝊ⋈Ξ	*eqths*
b	ƧꝊ⋈Ξ	„
c	SꝊ⋈Ξ	„
d	Ƨ⊕⋈Ξ	„
e	Ƨ◇◇⋈Ξ	„
f	Ƨ◇◇Ψ Ξ	„

Gago A et A 1—5 tab. LV 1—7; Zobel n. 13 *a—c* (= *a—c*; *d—f* desunt); Pujol n. 206 *a—f*.

Gago in *e f* paenultimam ita exhibet ∞.

Cf. n. 1 *aqth*. Zobelius legit *egoths* et comparet Egoitus nomen C. II 2949.

7 cum n. 3 a (infra)

a	⋈ᛁᛦᛦƧE	*esailq*
b	⊟SAᛦᚨΣM	*esailqš*

Gago C tab. LVII (*a*); Zobel n. 20 *a b*; inde Pujol n. 205 a (*a*) qui ipse non vidit (*b* omisit).

Zobel ultimum elementum ita exhibet Σ, fortasse errore typothetae.

b dextrorsum scripta est; *esailk* legit Zobel et interpretatur *Hesailkos*.

8 cum n. 9 (infra)

a	MᛦᛉXẊ	*zdthiš*
b	MᛦᛉXẊ	„
c	MᛦΦXẊ	„

Gago I tab. LVII 25 (*a*); Zobel n. 16 (*c*); Pujol n. 227 *a—c*.

Gago ita exhibet *a* MᛦᛉXẊ. Zobel comparat Sedatus nomen Latinum C. II 822 cet.; non recte. Nam hoc plane Latinum est.

9 cum 8 a (supra)

ᛦAΛᛦẊ	*zicai*

Gago I tab. LVII 25; Zobel n. 15; Pujol n. 226.

Zobel comparat Segeios nomen C. II 2698; vix recte.

10 cum n. 12 b (infra)

a	M⋈ᛁΦΞ	*gthlqš*
b	M⋈ᛁΦ⋈	„
c	ᛘẊᛁ⋈	*glzn*
d	ᛚhΘ⋈	*gthgs*
e	Ƨ⊕⋈	*gths*

Gago E tab. LVI 14 (*c*) M tab. LVII 34 (*d*); Zobel n. 21 (*a*) et 6 (*c*); Pujol n. 209 *a—e*, *c d* sumpsit e Gagi et Zobelii tabulis.

c fortasse aliena est ab hac serie.

Zobelius legit *Gaetulicos*, quod nomen sane exstat C. II 3661. 4066, sed notae originis Africanae est. Nomen omnino ignotum est. Ad *c* comparat Gelasinus Graecum C. II 1742; non recte.

11 cum n. 19 (*a* supra, *b* infra)

a	ᛘΦAᛩᛩẊᛦ	*izkrathn*
b	ᛘΦAᛩᛩẊᛦ	„

Gago B et B 1 tab. LV 8—10; Zobel n. 5; Pujol n. 213 *a b*.

Gago legit *iskrathh* et comparat Graecorum Isocrates, Vasconum *Azcárate*, utrumque minus probabiliter. Zobel ita exhibet ᛘΦAᛩᛩẊᛦ legitque *Isokraton*.

12 cum n. 10 c (supra)

a	ᛘΦᛩᛩΦᛁᛦ	*ilthrthn*
b	ᛘΦᛩᛩᛩΦᛁᛦ	*ilthrathn*
c	ᛘΦAᛩΦᛁᛦ	„

Gago E tab. LVI 14: Zobel n. 4 *b* (*a*): Pujol n. 210 (e Zobelio), 211 *a b*.

Ilth(e)rth(a)n nomen in memoriam revocat Ilerdenses et Ilergetes n. 30. 31.

Cf. etiam 13. Gago legit *ilthrathh*; Zobel interpretatur *Ilotraton*.

13 cum n. 2 (supra)

a	94⊗9Φ1Λ	*ilorthur*
b	94⊕9Φ1Λ	„
c	94⊕9Φ1Λ	„

Gago F et F 1 tab. LVI 15—17 (*a b*); Zobel n. 4 *a*; Pujol n. 212 *a—c*.

c est in museo archaeologico Matritensi, ut adnotat Pujol.

Gago legit *ilthrthur*; Zobel interpretatur *Ilotrator*, cf. 12.

14 (inscriptio exstat sola)

a	Λ1IIIΛ	*imlc*
b	Λ1I:IΛ	„
c	Λ1I:IΛ	„

Gago L tab. LVII 28—30; Zobel n. 1 *a b*; Pujol n. 214 *a—c*.

Gago et Zobel agnoverunt *Imilco* nomen; fortasse recte.

15 cum n. 6 (*a* = 6 *a—c* infra; *b c d* supra)

a	ΛΛ⋈1 Φ I:I	*molqs*
b	III⋈1 Φ I:I	*molqm*
c	ΛΛ⋈Ւ (I) I:I	*molqs*
d	ΛΛI⋈Ւ<I>I:I	*molqiś*

Gago A et A 1—5 tab. LV 1—7; Zobel n. 14 *a b* (*a c*); Pujol n. 224 *a—d*.

In *d* Pujol putat paenultimam litteram fortasse additam esse errore. Gago legit *mthloos* sive *Metios*; Zobel interpretatur *Mithilkos*. Vix comparandum est *Malchus*.

16 cum n. 21 (supra)

a	⋈Λ1⊗※⊗ ΥΛ	*nthzthluq*
b	⋈Λ1⊗※⊗ ΥΛ	„
c	⋈Λ1⊗※⊗ ΥΛ	„
d	⋈Λ1Є※Ɔ ΥΛ	„
e	- - - ⊕※⊗ΥΛ	*nthzth…*

Gago G et G 1—4 tab. LVI 18—24; Zobel n. 8 (*a*); Pujol n. 219 *a—e*.

Gago semel ultimum elementum ita exhibet ⋊. *c* in museo archaeologico Matritensi esse adnotat Pujol. Gago non interpretatus est; Zobel legit *nthzthluko* et vertit *Antistolochos*; male.

17 cum n. 20 (infra)

a	Λ⋈ΑΛΥR	*rnnuaqi*
b	Λ⋈ΑΛR	*rnuaqi*
c	Λ⋈Α ΛR	„

Gago D et D 1 tab. LVI 12. 13 (*b c*); Zobel n. 10 *a—c*; Pujol n. 222 *a—c*.

Gago *a* non habet; Zobel interpretatur *Rancakoios* et *Rnakoios*.

18 cum n. 21 (supra)

ΛΑ1⋈↑ΛΜ	*siuqlai*

Gago H tab. LVI 24; Zobel n. 2; Pujol n. 223.

Cf. 19. Zobel interpretatur *Sioclaios*.

19 cum n. 11 (*a* supra, *b* infra)

a	ΛΑ1⋈ΛΛ↑	*siuqlai*
b	Λ⋈ ⋈ΛΛ↑	„

Gago B et B 1 tab. LV 8—10; Pujol n. 215 *a b*.
Non diversa est fortasse 18.
b est in museo archaeologico Matritensi, teste Pujol.

20 cum n. 17 (supra)

a	ᛉΛ◈ᑫ⋈ΛΛΛ↑	*uiuiqrthn*
b	ᛉΛ◈ᑫ⋈ΛΛΛΛ	"
c	◈ᑫ⋈ΛΛΛΛ	*uiuiqrth*

Gago D et D 1 tab. LVI 12. 13; Zobel n. 9 (*a*); Pujol n. 216 *a*—*c*.
Gago legit *viviorth*; Zobel vertit *Vivikraton*.

21 cum n. 16 (supra; semel infra) et cum n. 18 (infra)

a	↑ᛧΛΛᑫᛋ	*urcilu*
b	↑ᛧΛΛᑫᛋ	"
c	ᛧΛΛᑫᛋ	*urcil*

Gago G et G 1—4 tab.; Zobel n. 3 *a b*; Pujol n. 220 *a*—*c*.
a est in museo archaeologico Matritensi, teste Pujol.
Gago et Zobel comparaverunt *Urchail* nomen, quod exstat in titulo vetusto Ilipensi C. II 1087.

22 cum n. 5 (infra)

a	S ⊕⋈⊕ᛋ	*uthqths*
b	ᐟ^⊕⋈⊕ᛋ	"
c	Ƨ ⊕⋈⊕ᛋ	"

Gago J tab. LVII 26 (*a*); Zobel n. 18 *a b* (*a c*); Pujol n. 221 *a*—*c*.
a—*c* in museo archaeologico Matritensi exstare testatur Pujol. Zobel interpretatur *Utogoitos*.

Quadrans	*b*	caput muliebre	OBVLCONII	*Obulcone*
		)(eques hastatus	nomina magistratuum Latina	
As, semis	*c*	caput muliebre taurus, columba	OBVL	*Obul(co)*
		)(	nomina Latina potissimum in semissibus	
			L·AIMIL M·IVN AID	L. Aimil(ius) M. Iun(ius) aid(iles)
	d		AIDI A R	aidi(lis) A. R(ubrius)?
		)(	CO NI PR	Co(rnelius) Ni(ger) pr(aefectus)?
	e		A TITI M	A Titi M... *vel* A. Titini?
	f		BODILCOS	Bodilcos
		)(	VIAIII ?	Ulatti ?
	g		ILNO sive ONTI	
	h		NDA	
	i		NIG	
	k		SISIREN - PRHSAM	

Florez II p. 496 ss. III p. 15 (Asta) 101 ss. tab. XXXIII 1—14 XXXIV 1—12 LX 2 LXIV 4—6; Eckhel I p. 15. 26; Sestini p. 71 ss. tab. X inscr. 16—28; Saulcy p. 207, 172—183; Lorichs tab. LIV 1—7 LV 1—13 LVI 1—16 LVII 1—9 LVIII 1—12 LIX 1—4; Heiss p. 301 tab. XLII—XLIV 1—41 (Obulco); Gago apud Delgado II p. 219 ss. tab. LV—LXI 1—93 cum tabula inscriptionum Ibericarum 27; Zobel II p. 157; Pujol *epigr.* n. 204—227.

In aversa nummorum *a* leguntur inscriptiones illae Ibericae, quae scripturam ulterioris provinciae peculiarem servaverunt. Observatae sunt dudum a multis; plenissime eas collegerunt Gago apud Delgadum, Zobel, Pujol. Horum testimonia adscripsi. Probabile est indicari inscriptionibus hisce omnibus nomina magistratuum, non locorum; ut in Latinis quoque eius generis nomina exstant. Sed lectio nondum satis ubi-

que certa est, cum praesertim exemplaria optime servata rara sint: multo minus, ut exspectaveris, interpretatio. Quas Zobelius proposuit nominum formas, earum partem firmavit exemplis idoneis (n. 14 *Imilco* 21 *Urchail*): reliqua finxit ingeniose, ut solet, sed minime certe; quaedam minus probabiliter interpretatus est. Ordinem secutus sum in titulis enumerandis litterarum, a quibus incipiunt, quatenus fieri potuit. Horum quoque nummorum fortasse nondum innotuerunt varietates omnes.

b OBVLCO NIG Lorichs, cf. *i*.

c Delgado tab. LVIII 36—44.

d Delgado tab. LVIII 46.

e Delgado tab. LIX 48. Gago comparat Atitta nomen tituli Ilipensis C. II 1087.

f Delgado tab. LXI 66—88.

g Delgado tab. LXI 77.

h Delgado tab. LVIII 47.

i Delgado tab. LIX 50—56 LX 59.

k Delgado tab. LXI 78. Si *pr* praefectum indicat, praeter *sisiren* fortasse *hsam* nomen est.

121. EPORA

As	*a*	caput barbatum	IPORA
		)(taurus iacens ante aram	
	b	caput barbatum	
		)(pisces duo, inter quos	XIPORA

Florez II p. 660 III p. 140 tab. LVIII 2 LXVII 2; Eckhel omisit; Heiss p. 299 tab. XLII 1 (Epora); Delgado II p. 120. 339 tab. LXXIX D; Zobel II p. 158.

De Epora vide C. II p. 301. 886.

a IPORA Delgado; sed mihi quoque cum Florezio et Zobelio P in exemplis, quae vidi, apparuit.

b Delgado e Florezio tantum novit, qui huc rettulit; Heiss omisit. Cum typi differant, potest etiam alterius Aeporae fuisse.

122. SACILI

As	*a*	caput barbatum	SACILI
		)(equus currens	OLAF
	b	caput barbatum	SACILI
		)(equus gradiens	L

Florez II p. 352 ss. tab. XXXIX 7. 8 III p. 115 tab. LXV 10; Eckhel I p. 28; Lorichs tab. LX 5; Heiss p. 306 tab. XLIV 1. 2; Delgado II p. 271 s. tab. LXVII 1—3; Zobel II p. 158.

De Sacili vide C. II p. 305.

a Lorichs solus servavit. In *Olae* (nam F certo male lecta) nomen fortasse Ibericum latet.

123. ULIA

As	caput mulieris cum spica vel ramo	
	)(rami olei duo	VLIA

Florez II p. 620 ss. tab. XLIX 1—5; Eckhel I p. 32; Lorichs tab. LXV 1 XLVI 1—6; Heiss p. 327 tab. XLVIII 1. 2; Gago apud Delgadum II p. 321 ss. tab. LXXV—LXXVII 1—11; Zobel II p. 157.

De Ulia vide C. II p. 206. 870.

Typi variant, inscriptio semper eadem est.

124. CORDUBA

Quadrans	*a*	caput Veneris	CN·IVLI·L·F·O
		)(Cupido stans, d. facem, s. cornucopiae tenens, in area tres globuli	CORDVBA
	b	caput Agrippae	CN·STATI·LIBO PRAEF
		)(praefericulum, patera	SACERDOS
Dupondius	*c*	caput Augusti	PERMISSV·CAESARIS·AVGVSTI
		)(corona querna	COLONIA·PATRICIA
As, semis, quadrans, sextans	*d*	caput Augusti	PERMISSV·CAESARIS·AVGVSTI
		)(signa militaria tria s. corona querna q. apex, simpulum sext. aspergillum, urceus, lituus	COLONIA·PATRICIA

Florez I p. 373 ss. tab. XX 6—10 p. 536 ss. tab. XXXVIII 1—9 III p. 53 tab. LXI 15; Eckhel I p. 18; Heiss p. 296 ss. tab. XLI. XLII 1—10; Delgado I p. 120 ss. tab. XVI. XVII 1—11; Zobel II p. 157.

a In aliis exemplis iuxta CORDVBA additum BA; cogitaverunt editores Hispani de Cornelio Balbo.

De Corduba vide C. II p. 306. 886.

125. CARBULA

As	*a*	caput imberbe, serpens	X
		)(lyra	CARBVLA
	b	caput imberbe	
		)(lyra, intra coronam lauream	CARBALA

Florez I p. 282 ss. tab. XIV 1. 2 III tab. LX 12; Eckhel I p. 16; Lorichs tab. XLII 8. 9; Heiss p. 295 tab. XLI 1—3; Delgado I p. 52 ss. tab. VII 1—7; Zobel II p. 157.

a exstant varietates quinque.

b CARBALA videtur errore ortum esse.

De Carbula vide C. II p. 321.

126. BORA

As	*a*	caput mulieris cum sceptro sin.	
		)(bos stans sin.	BORA
Semis	*b*	ut supra	BORA

Florez III p. 17 tab. LII 16; Eckhel I p. 60; Heiss p. 430 tab. LXV 1. 2; Delgado I p. 43 ss. tab. VI 1. 2; Zobel II p. 157.

Borae situs incertus est; typi eo ducunt, ut quaeratur circa Cordubam et Eporam.

127. DETUMO

As, triens, quadrans	*a*	caput galeatum sin.	DETVMO SISIP·
		)(bos stans	

Semis	*b*	caput barbatum pelle taurina cum cornibus tectum	SISIPO
		)(taurus stans sin.	DETAV
	c	caput barbatum (Herculis) cum clava	SISIPO
		)(thunnus sin.	DETVM

Florez II p. 660 tab. LVIII 3; Eckhel om.: Heiss p. 307 s. tab. XLIV 1—3 (*Sisapo*): Delgado II p. 299 s. tab. LXXII 1—5; Zobel II p. 158.

Sisaponi tribuerunt Delgado et Heiss; sed *Sisip..* aut alterius oppidi nomen est aut magistratus: quod magis puto. Detumo Zobelio probabiliter creditur Plinii Decuma esse III § 10, Ptolemaei II 4. 9 Δηκοῦνδα. Situs eius incertus est; propter typorum similitudinem in hisce regionibus collocatur.

II. REGIO ILIBERRITANA

Nummi huius regionis Latini exstant oppidorum quae infra scripta sunt: Celti, inscripti *Celtitan(um)*, Ilipula, Ilurco, Saesapo sive Sisapo, Ventipo, Urso. Atque collocatio nota est Ursonis, Ventiponis, Ilurconis; ignota oppidi Celtitani et Saesaponis. Iberice inscripti soli sunt nummi Iliberritani (n. 128), qui admodum rudes sunt plerique et caput habent barbatum et galeatum cum palmae ramo, rarius imberbe nudum, interdum cum astro. In aversa dupondii et asses triquetram habent cum facie humana, asses reliqui sphingem alatam Castulonensi similem; semisses Victoriam, quae coronat tropaeum.

128. ILIBERRIS

III.	As	*a*	caput viri galeatum		
			)(triquetra	ШᛚΛϙШP	*ilurir*
		b	caput viri		
			)(triquetra	ШᛚΛϙШϙ	..
		c	ut supra	ШᛚΛϙШϙ	..
	Semis	*d*	caput viri		
			)(Victoria stans	ШᛚΛϙШϙ	..
		e	ut supra, ab utraque parte	ШᛚΛϙШϙ	..
IV.	As	*f*	caput viri		
			)(triquetra	ШᛚΛϙШO	..
		g	caput viri nudum		
			)(sphinx	ШᛚΛϙШ	*iluri*
		h	ut supra	ШᛚΛϙШϙ ϹΜΨᴎ	*ilurir cs(l)*
		i	ut supra	ШᛚΛϙШO ϹΜΨ	.. ..

Florez III p. 75 ss. tab. LX 2 (Asta) LXII 13. 14 LXIII 1 cf. etiam II p. 647 tab. LIV 12 (Ipagro); Sestini p. 58 ss. tab. II 13—16; Saulcy p. 199. 166; Lorichs tab. LXVII 1—9 LXVIII 1—3 LXXVI 12; Boudard p. 206 tab. XII 13 XXII 9—11; Heiss p. 322 tab. XLVII 1—7 (Ebura); Delgado II p. 82 ss. tab. XXXV—XXXVII 1—12 cum tabula inscriptionum Ibericarum 16; Zobel II p. 112. inscr. n. 699—703; Berlanga Hisp. anterom. p. 196. 223; Pujol *epigr.* n. 120 *e*. 201 *a—e*.

Florez deceptus exemplaribus adulteratis Ipagro hos nummos tribuit, quem secuti sunt Sestini et alii; Heiss Eburae, Phillips (*Stamm der Indiketen* 1871 p. 788 ss.) Laeetis: quae omnia facile refelli possunt.

Delgado primus in catalogo collectionis Lorichsianae (Matriti 1857) p. 15 oppidi Iliberritani nomen agnovit; rectissime, nam nummi Latini typos paene eosdem habent. Legit ille olim *elaber*, postea *ilubir*. Zobelio ᛩ ᛩ, ubi priore loco legitur in his inscriptionibus, *b* vel *p* esse visa est; quod demonstrare studuit exemplo Saetabitano n. 43 *h i*. Sed exempla illa nihil probare ibi dixi; P vel ᚹ sunt in Saetabitanis et *p* significant, non *r*. Berlanga in Iliberritanis tam ᛩ et ᛩ quam O et P *r* esse recte statuit. ᛈ N iuxta Ш raro usurpantur; in uno Berlangae ᛉ vidi. ⋀ viris doctis paene omnibus *u* est; et quamquam in reliquis nummis videtur potius *du* esse, ut exposui in prolegomenis, tamen in scriptura hac singulari potest pro *u* accipi. Itaque Zobelius cum Delgado *ilubir*. Berlanga *il(i)u(e)rir* legerunt, ut quam proxime accederent ad formam nominis eam, quam Romani usurpaverunt Iliberris quaeque redit in Galliis Narbonensi et Aquitania. Sed ut Ilerda *iltrd* (n. 30), Ilergetes *iltrcescen* (n. 31) fuerunt, ita Iliberris etiam *ilduri*r (ildverir) esse potuit, Ildiberris rectius Latine dicenda.

Quae in *h i* post nomen Iliberris additae sunt inscriptiones duae, ut sphingis imago docet nummorum Castulonensium propria, viris doctis Hispanis Castulonis nomen indicare visae sunt. Tamen mirum quod in nummis Castulonensibus (n. 118) nomen Iberice scribitur ⋀ꟿΦᚹ‡ *cšthle*, in Iliberritanis contra Cꟿ Ψᚹ *cštl*. Sane integra inscriptio haec nondum comparuit; ultimum elementum plerisque visum est ᛈ esse, Zobelio ᚹ; ut fuerit *cštl*. Restant formae diversae ⋀ et C, ꟿ et M, Φ *th* et Ψ *t*. Nummi hi Iliberritani cum inter recentiores numerandi sint, Castulonenses vero aetate eos longe superent, scribendi ratio interea potest mutata esse. Potest etiam cogitari de clausula ΨN, quam habuimus n. 11 15ª 16 117.

De Iliberri dixi C. II p. 285 ss. 882 s. Ἐλιβόργη Hecataei apud Steph. s. v. (v. adnotata ad n. 119) fortasse initium mutationis fecit, qua ex forma Iberica *ilu[e]rir* Iliberris orta est.

128 a. LATINI

As (dupondius?)	*a*	caput galeatum, palma	
		)(triquetra	FLORENTIA
Semis	*b*	caput imberbe, pone x	
		)(sphinx alata	ILIB s. ILIBER, s. LIBER

Heiss p. 322 tab. XLVIII 1. 2; Delgado II p. 82 ss. tab. XXXVI. XXXVII 13—18.

129. ILURCO

As	caput imberbe	ILVRCON
	)(caput imberbe	

Florez II p. 472 ss. tab. XXX 4; Eckhel I p. 23; Heiss p. 326 tab. XLVIII 1; Delgado II p. 119 tab. XL 1. 2; Zobel II p. 162.

De Ilurcone v. C. II p. 284.

130. VENTIPO

As	caput galeatum (Martis)	
	)(miles stans signum gerens	VENTIPO

Florez II p. 617 tab. XLVIII 9; Eckhel I p. 31; Heiss p. 320 tab. XLVII 1; Delgado II p. 315 ss. tab. LXXIV 1; Zobel II p. 162.

De Ventipone v. C. II p. 200.

131. URSO

As	*a*	caput laureatum	VRSONE
		)(ursus stans	
	b	caput galeatum	VRSO
		)(ursus sedens	M...C

As	*c*	caput viri eiecta lingua	VRSONE	
		)(sphinx alata et galeata	L·AP·DEC·Q	L. Ap(uleius) Dec(imus) q(uaestor)?
	d	caput imberbe	VRSONE pone caput C.	
		)(sphinx	L·AP DEC	

Florez II p. 624 ss. tab. XLIX 6. 7 L 5 III p. 130 tab. LXVI 7. 8; Eckhel I p. 32 s.; Heiss p. 31 ss. tab. XLVI. XLVII 1—6; Berlanga et Gago apud Delgado II p. 324 ss. tab. LXXVII. LXXVIII 1—11; Zobel II p. 162.

Typi variant, inscriptiones semper eaedem ut in *c d*. Simillimi sunt Castulonensium, quamvis oppidum ab illo longe distet. In antiquissimis *a b* ursus oppidi nomen designat, cuius fortasse omnino alia erat significatio. In *d* C., adversae fortasse Q est ex aversa huc translata.

De Ursone v. C. II p. 191 s. 851.

132. CELTI

As	*a*	caput imberbe galeatum	
		)(aper hastae cuspidi insistens	CELTITAN
	b	caput mulieris	
		)(ut supra	

Florez I p. 361 tab. XIX 9 III p. 46 tab. LXI 14; Eckhel I p. 18; Heiss omisit; Delgado I p. 113 tab. XVI 1—4; Zobel II p. 162.

De Celti v. C. II p. 135. 837. Celti oppidum conventus Hispalensis secundum Plinium III § 11 memoratur in itinerario p. 414, 5 inter Astigi et Reginam; quaeritur circa *Constantina*. Celtitanorum videtur nomen fuisse gentis, quae circa Oscam habitabat (n. 47); Osqua nomen redit in Baetica et ipsum (C. II p. 275).

133. ILIPULA MINOR

As	caput Mercurii petasatum	VAL TER	Val(erius) Ter(entianus)?
	)(aper stans, supra luna et	IL IPV	
	infra	HAL·OS	

Florez II p. 661 tab. LVIII 4; Eckhel omisit; Sestini p. 53 tab. III 1; Heiss omisit; Delgado II p. 116 tab. XL; Zobel II p. 162.

De Ilipula hac v. C. II p. 200. 702. *Halos* cognomen aliunde notum non est, sed appellatur ita centuria Arvensis C. II 1064.

134. SAESAPO

As	caput imberbe	
	)(aper	SAESAPO

Florez III p. 119 tab. LXVI 1; Eckhel I p. 29; Lorichs tab. LX 6; Heiss p. 307 tab. XLIV 1—3; Delgado II p. 298 tab. LXXII; Zobel II p. 162.

Videtur exstare exemplum unicum in museo archaeologico Matritensi, in quo Florezius SISIPO legerat, Delgado et Zobel quod dedi.

De Sisapone, quae non videtur diversa esse a Saesapone, vide C. II p. 134; memoratur apud Strabonem III 2, 3 Plinium III § 14 XXXIII § 118. 121 Ptolemaeum II 6, 58 in itinerario p. 444, 7.

II. BAETICA MERIDIONALIS

In ora Baeticae meridionali quae ibi fuerunt oppida vetusta Punica Gades Malaca Sexi Abdera, deinde Ituci et Olontigi, nummos habuerunt Punice inscriptos antiquitus, deinde Latine; una Cunbaria n. 155 Latinos solos. Praeterea in regione Asidonensi cum Asidone ipsa octo oppida Arsa, Baelo, Iptuci, Lascuta, Oba, Turris Regina, Vesci et fortasse Naeva propriam in nummis bilinguibus cum Latina scripturam adhibuerunt, quae inter Punicam et Ibericam medium quasi quendam locum occupat, ita tamen ut illi similior sit quam huic; ut exposui in prolegomenis (cap. III in.). Latinos solos habuerunt Murgi Acinipo Lacipo Carteia Traducta Baesippo.

De nummis Punice inscriptis, qui pertinent ad urbes regionum harum Phoenicias, commentati sunt viri docti paene omnes, quorum de lingua monumentisque Phoeniciorum exstant opera, veluti, ut paucos memorem, Gesenius (scripturae linguaeque Phoeniciae monumenta Lipsiae 1837 p. 304 ss.), Schroederus, alii.

III. REGIO MALACITANA

Nummos Punice inscriptos habemus ex tribus huius regionis oppidis notis, quae sunt Malaca ipsa, Abdera, Sexi, et unius ignoti. Latini exstant Sexitani et Murgitani.

De Punicis praeter Zobelium II p. 166ss. in universum disputavit Berlanga in commentationibus Mommsenianis p. 274, apud Delgado II p. 365ss. *estudios sobre las leyendas púnicas y tartesias de las monedas antiguas de la Betica,* in Hispania sua anteromana p. 363s. Litteris Hebraicis mihi transscripsit Eduardus Sachau.

135. MURGI

As	caput galeatum sin.	
	)(aquila alis expansis	MVRCIS

Florez III p. 96 tab. LXIV 1; Eckhel I p. 26; Heiss omisit; Delgado II p. 197 tab. LIII 1; Zobel omisit.

Exemplar integrum Berlanga vidit servatum olim a Benedicto Vila Malacitano, qui edidit in opusculo a me non viso; alterum exstat in museo archaeologico Matritensi, sed male habitum. C et G cum simillimae sint, hanc puto indicari. De Murgi v. C. II p. 877, cf. n. 177.

136. ABDERA

As, semis	*a*	caput barbatum, gubernaculum		
		)(delphinus thunnus sin.	ϽᄀϠo	
	b	caput Herculis, clava		
		)(thunni duo, intra quos	X444O	*abdrt* עבדרת
	c	templum clausum		
		)(thunni duo	ᛚ999o	
As	*d*	caput Tiberii cum epigraphe		
		)(templum, cuius columnae duae thunnis formantur	ᛁ555o ABDERA	

Florez I p. 118ss. tab. I 14—16 III p. 3 tab. LIX 3. 4; Eckhel I p. 13; Lorichs tab. XLII 1—4; Berlanga comm. Momms. p. 277 tab. 12, Hisp. anterom. p. 369s.; Heiss p. 310 tab. XLV 1—11; Delgado I p. 1ss. tab. I II 1—22; Zobel II p. 167.

Tabulae Delgadi scripturam non satis accurate repraesentare observat Berlanga: idem in *a* signa putat esse sensu cassa, *b* Vamae tribuit Hisp. anterom. p. 370. De Abdera v. C. II p. 267. 877.

137. SEXI






As, semis	*a*	caput Herculis, clava		
		)(thunni duo	ᨆᛉᛃᨆᛉ	סכס
Semis, quadrans	*b*	ut supra	–	–
As	*c*	ut supra	PYP·ᛩOϽX	מבעל סכן
	d	ut supra	–	– –
		typi varii, potissimum quadrantis	–	– –
	e	caput Herculis sin.		
		)(thunni duo	F·I·SEXS. supra ∀, infra ⊂	F(irmum) I(ulium) Sex(itanum)

Florez II p. 442 tab. XXVII 5. 6 inter Gaditanas; Lorichs tab. LXV 3; Berlanga comm. Momms. p. 277 tab. 13. 14, Hisp. anterom. p. 363ss.; Heiss p. 313ss. tab. XLVI 1—10; Gago apud Delgado II p. 284ss. tab. LXVIII—LXXI 1—39; Zobel II p. 167.

Nummi olim Canacae adscripti a Bayero primum recte lecti sunt et Sexi oppido tributi. Scriptura cum typis accurate repraesentari nequeat ligno incisam dedi; ceterum ad Berlangae tabulam legentes relegandi sunt.

Σέξος Hecataei, Ἐξιτανῶν πόλις Strabonis III 4. 2. 5, 5. Ex Melae II 94, Sexi Firmum Iulium Plinii III 8, Σέξ Ptolemaei II 4, 7, unde Sexsitanus formatur C. II 5495 et Saxetanum itin. p. 405, 3, in ora maritima meridionali circa *Almuñecar* sita fuisse creditur probabiliter.


138. MALACA

As	*a*	caput Vulcani pileatum, forceps)(caput radiatum		*mlka* מלכא
As, semis	*b*	ut supra)(templum		מלכא
Semis	*c*	ut supra		ב מלכא
	d	ut supra		ל מלכא
	e	ut supra		שמש מלכא (= semis)

Florez II p. 654 tab. LVI 9. 13; Sestini p. 67 tab. III 3; Lorichs XXXII 7; Berlanga comm. Momms. p. 277 tab. 15—20, Hisp. anterom. p. 373 ss.; Heiss p. 311 ss. tab. XLVI 1—12[c]; Berlanga et Gago apud Delgado II p. 178 ss. tab. XLIX—LIII 1—65; Zobel II p. 167.

Quas Berlanga, cuius imagines in comm. Momms. propositas supra dedi, distinxit secundum typos et scripturam formas nummorum horum frequentissimorum quinque et emissiones tres hic non repeto, cum inscriptio eadem sit. Idem adnotat, quae nomini oppidi praemittantur litterae ᴧ (*b*), ч (*c*), T (*d*), ᴧXᴧ תאת (*e*) quid significent incertum esse.

139. OPPIDUM IGNOTUM

Quadrans	*a*	caput Vulcani)(taurus stans		*albtha*? עלבתא

L. Müller *numismatique de l'ancienne Afrique* II p. 42; Zobel II p. 167.

Nummi incerti *albtha* inscripti diversi sunt ab *alpta* inscriptis Africanis; Zobel recte disputat nummos illos typis differre ab Africanis neque unquam in Africa repertos esse, sed exstare exemplaria in collectionibus Hispanis solis. Quod nummos hos Albae oppido mediterraneo (hodie *Abla*) tribuit, quod itinerarium ab Acci collocat m. p. XXXII in via Urci (p. 404, 6), minus probabiliter statuit; oppida enim Punica omnia maritima sunt.

Qui praeterea exstant nummi incerti, quorum inscriptiones Berlanga composuit (Hisp. anterom. p. 380 et apud Delgado II p. 385 ss. tab. LXXXV 1—6), omitto.

IV. REGIO ASIDONENSIS

Pertinent ad hanc regionem nummi bilingues litteris quibusdam peregrinis et Latinis inscripti, quos Zobelius omnium primus collegit et explicare studuit (vide prolegomenon cap. I adn. 41). Noverant eos ex parte qui de nummis Africanis commentati sunt et Africae adscripserunt; non recte, ut Zobelius evicit argumentis solidis. Post Zobelium de eis dixerunt Delgado I p. CXXXV ss. et Berlanga (vide proleg. c. I § 26, Hisp. anterom. p. 400 ss.). Turdetani dicti sunt a Zobelio, a Delgado Tartessici, Libyphoenicii vel Tartessii a Berlanga. Comprehendit enim regio illa partem Turdetaniae; atque cum nummorum illorum typi et inscriptiones similitudinem aliquam habeant cum Africanis, gentes, quae litteris illis usae sunt, ex Africa in Hispaniam transiisse Zobelius coniecit. Quod utrum recte coniecerit necne non disputo; potest autem etiam contrarium statui non sine veri specie, transmigrasse ex Hispania in Africam gentes Ibericas. Inscriptionum lectio et interpretatio quamquam admodum obscura est, videntur tamen litterae hae Punicis similiores esse quam Ibericis.

140. ACINIPO

Semis	*a*	racemus uvae, astrum	L·FOLCE·AEDILE	L. Folce(io) aedile
		)(spicae duae	ACINIPO	
	b	racemus uvae		
		)(spicae duae	ACINIPO	

Typi varii, inscriptio eadem ubique, litteris interdum vetustis (< et ᑭ), interdum barbaris.

Florez I p. 14 tab. III 1—14; Eckhel I p. 14; Heiss p. 361 s. tab. LIV 1—8d; Gago apud Delgado I p. 13 ss. tab. III. IV 1—17; Zobel II p. 171.

a Heissio soli debetur, neque vero videtur de nummo illo dubitari posse.

De Acinipone v. C. II p. 181. 847.

141. LACIPO

Semis	*a*	taurus stans, astrum	
		)(delphinus sin.	LACIPO
Triens (?)	*b*	taurus stans, sin. astrum	
		)(delphinus sin.	LACIPO

Heiss p. 338 tab. L 1—2; Gago apud Delgado II p. 150 ss. tab. XLIV 1. 2; Zobel omisit.

De Lacippone (ita Plinii textus habet) v. C. II p. 244. 875.

142. OBA

III. IV.	Semis	*a*	caput muliebre		
			)(equus sinistrorsum currens		
			supra	OBA	
			infra	ᐯ·ᑲ·ᗅᒧ	*obac?*
		b	caput muliebre		
			)(equus dextrorsum currens,		
			supra	OBA	
			infra	ᐯ·ᑯ·ᗅ>	„
		c	caput muliebre		
			)(equus dextrorsum currens,		
			infra	I·ᐯ·ᑯᐯ>XϽ	„

Zobel *morgenl. Zeitschr.* XVII 1863 p. 344 tab. III 3. 4, *mem. numismát.* I 1866 p. 23, *estudio* II p. 172; Heiss p. 338 tab. L 1—4 (Oba); Gago apud Delgado II p. 213 ss. tab. LIV 1—6 (Oba); Berlanga comm. Momms. p. 279 tab. 28—30, Hisp. anterom. p. 407 ss.

De Oba v. C. II p. 178. Zobelius legit *obac*, Berlanga *iub(a)n*. Zobelius *c* Iptuci tribuit: admodum incertum iudicat Berlanga.

143. CARTEIA

II.	Semis	*a*	caput laureatum (Iovis) pone	S
			)(fulmen	CARTEIA, supra ϟ
		b	caput Iovis	
			)(fulmen	CAR CES
		c	caput Iovis	CAR
			)(cornu copiae et fulmen	S
	(Semis, quadrans)	*d*	typi varii, delphinus, prora	KARTEIA, CARTEIA, CARTE, cum litteris singularibus S, S F, P S, Q S

II. Semis			magistratus ces(ores) L. Rai L. Agri
			Q. Curi
			P. Iuli q(uaestor)
			C. Nini q.
			C. Cur. Ma
			M. N. q.
			L. Marci S.
			Q. Ops(ii), Q. Opsi L.
			Q. Pedecai
			M. Septu
			C. Vib. aid(ilis)
			Cn. Ami L. Arg. aed(iles)
			L. M. M. cur(ator?)
			Num...
			C. Pe...
III.	e	caput mulieris turritum)(Neptunus stans cum sigillo (Я)	CARTEIA D D decreto decurionum
	f	ut supra)(piscator	CARTEIA D D vel EX·D·D
	g	ut supra)(Amor delphino vehens s. delphinus cum tridente	IIII VIR D D
	h	caput Neptuni	C. Minius Q. f. IIII vir ter
			C. Vibi IIII vir it(erum)
			C. Maius C. f. Pollio IIII
			M. Falcidius C. f. IIII vir ex s. c. f. c.
			-. Maecil .... IIII vir
			Germanico et Druso Caesaribus IIII vir
		incertae	P. *Mioni IIII vir
			*-. Aufidi Ius. IIII
			*L. Atini C. Nucia IIII vir

Florez I p. 293 ss. tab. XV 1—23 XVI 1—5 III p. 26 tab. LXI 5. 6; Eckhel I p. 17; Lorichs tab. XLIII 1—6; Heiss p. 329 ss. tab. XLIX 1—30[d]; Delgado I p. 71 ss. tab. XI—XV 1—68; Zobel II p. 172.

De Carteia v. C. II p. 242. 875. Nomen oppidi quamquam potest sane originis esse Phoeniciae, cum Κάρθαια oppidi in insula Ceo siti fortasse componendum, nummi tamen Punice inscripti nulli inde innotuerunt. Inscriptiones Latinae partim incertae interpretationis sunt.

111. Traducta

As	caput Augusti sin.)(capita Caesarum typi varii, inscriptio eadem	PERM·CAES·AVG C·L·CAES·IVL·TRAD

Florez II p. 596 ss. tab. XLVI 1—8; Eckhel I p. 29 ss.; Heiss p. 335 ss. tab. L 1—10; Gago apud Delgado II p. 303 ss. tab. LXXIII. LXXIV 1—21; Zobel omisit.

Transducta memoratur apud Marcianum II 9, Ptolemaeum II 4, 6 (inde in itinerario Ravennatis p. 305, 11. 341, 6).

145. BAELO

III. IV.	Semis	*a*	taurus stans		
			)(spica	supra	ⵢVGȽƎ
				infra	BAILO
		b	ut supra		VLCVO
					BAILO
		c	ut supra		
					BAILO

Florez II p. 635 tab. LI 8 III p. 152; Sestini p. 33; Saulcy p. 218, 185; Zobel *morgenl. Zeitschr.* XVII 1863 p. 339 tab. I 9, *mem. numismát.* I 1866 p. 15 ss., *estudio* II p. 171; Heiss p. 341 tab. L 1—3 (Bailo); Delgado I p. 38 ss. tab. VII 1—7; Berlanga comment. Momms. p. 279 tab. 31. Hisp. anteromana p. 410 ss., qui litteras omnes aliter interpretatur.

Zobelius legit *bilcnm*, Heiss *biloun*, Berlanga, quem sequor, *baloni*. In *b* videtur latere eadem inscriptio atque in *a*, sed male expressa.

De Baelone vide C. II p. 241 et dissertationem meam *Zeitschrift ür allgemeine Erdkunde* XIII 1862 p. 35 ss.

146. BAESIPPO

As	*a*	racemus uvae	
		)(spica s. ramus pini	BAISIP///
	b	ut supra	
			BA

Zobel *el Arte en España* a. 1863 p. 28, *estudio* II p. 171; Heiss p. 342 tab. L 1; Delgado II p. 343 tab. LXXXI II.

De Baesippone v. C. II p. 241. 875.

147. LASCUTA

III.	As	*a*	caput Herculis		
			)(elephas	IYYϽIS	*lasc?*
	Semis	*b*	ut supra		
				I·YYϽIJ	—
III. IV.	As	*c*		LASCVT	
			ut supra	IYƎϽIL	—
	Semis	*d*		LASCVT	
			ut supra	I·YƎϽII	—
		e	ut supra		
				I·I<ҒҜI	—
		f		LASCVT	
			ut supra		

Florez III p. 134 tab. LXVI 9; Sestini p. 25 ss. tab. II 1—7; Lorichs tab. VIII 1—5; Zobel *morgenl. Zeitschr.* XVII 1863 p. 341 tab. II 2—8 III 1. 2, *mem. numismát.* I 1866 p. 17 ss., *estudio* II p. 171; Heiss p. 354 tab. LIII. LIV 1—10 (Lascuta); Gago apud Delgado II p. 160 ss. tab. XLVI. XLVII 1—17 (Lascuta); Berlanga comm. Momms. p. 280 tab. 43—46, Hisp. anterom. p. 422 ss.

De Lascuta v. C. II p. XLII 846. Zobelius legit *lasc.*, Berlanga, quem sequor, *(a)zkeut*. In *c* inscriptio dextrorsum procedit.

148. Asido

III. IV.	As, semis	*a*	caput imberbe	ASIDO
			)(taurus currens	⅃Ↄ⅃Ↄꓘ
	Semis	*b*	caput imberbe	ASIDO
			)(taurus currens supra	IↃYↃꓘ
			infra	⅃·ꓷ·ꓷ
		c	facies viri (Herculis)	
			)(pisces duo	⅃·ꓷ·ꓷ
		d	taurus stans	
			)(delphinus dextrorsum	⅃ƎꓘↃꓘ
		e	taurus stans	
			)(delphinus sinistrorsum	ꓘCVCV

Florez I p. 162 ss. III p. 13 tab. IV 4—8 LIV 7. 8 LIX 10 LXI; Eckhel I p. 15; Sestini p. 28 ss. tab. X 1—5; Saulcy p. 218, 189; Lorichs tab. XLII 4bis; Zobel *morgenl. Zeitschr.* XVII 1863 p. 336 tab. I 1—8, *memorial numism.* I 1866 p. 10 ss., *estudio* II p. 171; Heiss p. 370 tab. LV 1—10 (Asido); Delgado I p. 31 tab. V 1—11; Berlanga comment. Momms. p. 279 tab. 33—42, Hisp. anterom. p. 414 ss.

Berlanga quae legit supra dedi; legit *sidon* et *bbl* et refert inscriptiones in *b c* ad Bullam oppidum, quod putat fuisse in hac regione, nominis eiusdem atque Bulla Africae (v. L. Müller *numismatique de l'ancienne Afrique* III p. 173 IV p. 194), sed tamen ab illa diversum. In aliquot nummis Asidonensibus ⅃·ꓷ·ꓷ litterae sigillo postea impressae sunt. In quibusdam (ut *d e*) post inscriptionem caduceus est.

De Asidone dixi C. II p. 176. 845. Eodem pertinere nummos *c*—*e* probabile est, quamquam aliter indicat Berlanga.

149. Turris Regina

III. IV.	As	*a*	caput virile galeatum		
			)(culter?	TVRIRIICINA	
			patera	VↃIΛ/·ꟻλIC	*uci..sait?*
IV.	As	*b*	caput virile galeatum		
			)(ut supra	TVRRI REGINA	

Florez III p. 143 tab. LXVII 10(*b*); Zobel *morgenl. Zeitschr.* XVII 1863 p. 345 tab. III 5, *mem. numismát.* I 1866 p. 24, *estudio* II p. 171; Heiss p. 365 tab. LIV 1—4 (Turriregina); Delgado II p. 309 ss. tab. LXXIV 1—4; Berlanga comm. Momms. p. 280 tab. 50. 51, Hisp. anterom. p. 426 s.

Turris Regina dicitur ut Turris Lascutana in decreto Pauli C. II 5043. Zobelius legit *uci..sait*, Berlanga, quem sequor, *areszi-rzen*, cogitans de Esuri (sive potius Aesuri, infra n. 180) oppido cum Turri Regina coniuncto. Pro Ↄ legitur etiam >.

Indicatur Regina Plinii (III § 15), de qua dixi C. II 133.

150. Iptuci

III.	Semis	*a*	caput barbatum	
			)(inter radios octo rotae	7↓ꓭCMↃ
IV.	Semis	*b*	caput barbatum	IPTVCI
			)(inter radios rotae	7↓ICYIꓘ\\/
		c	caput barbatum	
			)(inter radios rotae	IPTVCI

Trigueros *memorias de la Acad. de Sevilla* I 1773 p. 320 s. tab. V 7 (PTVC et litterae peregrinae octo); Lorichs tab. LIII 6. 7. 8; Zobel *morgenl. Zeitschr.* XVII 1863 p. 340 tab. I 10—12, *mem. numismát.* I 1866 p. 16 s., *estudio*

II p. 172; Heiss p. 352 tab. LIII 1—3 (Iptuci); Gago apud Delgado II p. 122ss. tab. XL. XLI 1—11 (Iptuci); Berlanga comm. Momms. p. 276 tab. 24—27, Hisp. anterom. p. 401ss.

De Iptuci v. C. II p. 241. 874. Zobelius legit *ibtuca*, Berlanga, quem sequor, *iptousa* et *uptzuozsa*. In *b* etiam leguntur ⅄ꓤIϹYI·I·V⅄ et ·IVIϹYIVꟼ⅄ secundum Berlangam.

Rotae signum in his nummis Gago composuit cum incolarum eius loci, ubi Iptuci fuisse probabile est (*Cabeza de Hortales* prope *Prado del Rey*), rara in carris ducendis sollertia, quorum rotas festis diebus varia ratione ornatas exhibere solent. Sed cum eadem in nummis Massiliensibus exstet, ad exemplum Graecum potius videtur referenda esse.

151. Arsa

As	*a*	caput barbatum sin.	ARSA
		)(spica sive ramus	⅄·⅄Ϲ·ꟻ·ꓶ
	b	ut supra	ARSA
			ꓶᵀ⅄·ꟻ·7

Bernaldez *carta á Zobel memorial numism.* II 1868 p. 269ss. tab. VII 8: inde Delgado I p. 29 tab. V 1. 2: Zobel *memorial numism.* III 1873/75 p. 247ss. IV 1877/79 p. 76ss., *estudio* II p. 171.

Bernaldez primus nummos hos descripsit; Zobelius, qui antea de lectione dubitaverat, postea rectam esse agnovit et Arsae tribuit. Delgado litteras peregrinas Latinas esse putabat male scriptas. Arsae situs ignoratur; nam quae apud Plinium inter oppida Baeturiae non ignobilia memoratur Arsa cum Mellaria et Mirobriga (III § 14), vix potest nummos hosce protulisse. Eadem fortasse significatur apud Stephanum Byz. p. 125, 16 Ἄρσα πόλις Ἱσπανίας, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῃ χρονικῶν· τὸ ἐθνικὸν Ἀρσαῖος.

152. Vesci

III. IV.	As	*a*	caput muliebre	
			)(taurus cum arbore, a dextra	VESCI
			infra	\I⊦⅄IY
		b	ut supra	VESCI

Lorichs p. 91. 101 tab. LXXIV 4; Zobel *morgenl. Zeitschr.* XVII 1863 p. 346 tab. III 7. 8, *mem. numismát.* I 1866 p. 25, *estudio* II p. 172; Heiss p. 315 tab. XLVI 1. 2 (Vesci); Delgado II p. 318ss. tab. LXXV 1—4; Berlanga comm. Momms. p. 279 tab. 32, Hisp. anterom. p. 412s.

Zobelius legit *.es.i*, Berlanga, quem sequor, *veszu*.

Apud Plinium inter oppida sita inter Baetem et Oceani oram in mediterraneo memoratur Vesci quod Faventia III § 10: Οὐεσκίς a Ptolemaeo II 4, 9 ponitur iuxta Ilipulam et Oscuam. Situs eius ignoratur.

153. Naeva?

III. IV.	Semis	caput Herculis	
		)(delphinus	I≥Y·V

Zobel *morgenl. Zeitschr.* XVII 1863 p. 348 tab. IV 4, *mem. numismát.* I 1866 p. 28 tab. IV 4; Berlanga comm. Momms. p. 281 tab. 52, Hisp. anterom. p. 432ss.

Zobelius non explicavit, Berlanga legit *n(e)uas* et rettulit ad Naevam oppidum, de quo vide C. II n. 1048. 1166. 1182. 1191. Naeva fortasse nomen mutatum a Romanis accepit.

V. REGIO GADITANA

Pertinent ad hanc regionem nummi aut Punice inscripti aut Latine oppidorum ignotorum fere, si Gades ipsas exceperis, quae sunt Cunbaria, Ituci (diversa illa ab Iptuci n. 150), Olontigi, Traducta. Dixit de hisce nummis praeter Zobelium *estudio* II p. 175 ss. Berlanga in commentationibus Mommsenianis p. 275 ss. et in Hispania anteromana p. 345 ss.

154. Gades

I.	Drachma	*a*	caput Herculis sin.			
			)(thunnus	supra	𐤌𐤄𐤋𐤌	מהלם (מהנם)
				infra	𐤀𐤂𐤃𐤓	אגדר
		b	ut supra		𐤌𐤄𐤋𐤌	מהלם („)
					𐤄𐤂𐤃𐤓	הגדר
II.	As, semis, quadrans	*c*	ut supra		𐤌𐤁𐤏𐤋	מבעל (מפעל)
					𐤀𐤂𐤃𐤓	אגדר
		d	caput Herculis sin.			
			)(thunni duo		𐤌𐤁𐤏𐤋	מבעל („)
					𐤄𐤂𐤃𐤓	הגדר
		e	ut supra		𐤔𐤁𐤏𐤋	שבעל
					𐤀𐤂𐤃𐤓	אגדר
	Quadrans	*f*	„		𐤁𐤏𐤋𐤕	בעלת
					𐤄𐤂𐤃𐤓	הגדר
		g	„		𐤁𐤏𐤋𐤕	בעלת
					𐤀𐤂𐤃𐤓	אגדר
	Sextans	*h*	„		𐤁𐤏𐤋𐤕	בעלת
					𐤄𐤂𐤃𐤓	הגדר
	Quadrans, sextans	*i*	„		𐤌	מ
					𐤀	א
		k	„		𐤀	א

154 a. Latini

III.	As (dupondius)	*a*	caput Herculis	
			)(instrumenta pontificalia	Balbus pont(ifex)
		b	ut supra	
			)(fulmen	Augustus Divi f.
		c	caput Augusti cum epigraphe	
			)(templum in corona laurea	
		d	ut supra	
			)(capita C. et L. Caesarum	D F (divi filii ?)
		e	ut supra	
			)(acrostolium	M. Agrippa cos. III municipi parens s. patronus s. patronus et parens
		f	ut supra	
			)(simpulum	Ti. Claudius, Ti. Claudius Nero

Florez II p. 430 ss. tab. XXVI 7. 8 III p. 68 ss. tab. LXII 6—9; Eckhel I p. 19; Lorichs tab. L 1—15; Heiss p. 345 ss. tab. LI—LIII 1—50; Berlanga Hisp. anteromana p. 348 ss., idem apud Delgado II p. 366 ss.; Delgado II p. 33—82 tab. XXV—XXXIV 1—121; Zobel II p. 175 s.

De Gadibus v. C. II p. 229. 873. Pro *c* etiam inverse leguntur ᗴCOϟ ✱ΛΛ٩ et ᗴCO). ✱ΓΔP ut Berlanga adnotat. Lectiones uncis inclusae sunt Eduardi Sachau.

155. CUNBARIA

Semis	*a*	caput imberbe, palmae ramus,		
		pone	S	
		)(thunnus supra	CVNB	
		infra	ARIA	
		typi varii, inscriptio eadem		

Florez I p. 156 tab. IV 1. 2; Eckhel I p. 14; Heiss omisit; Delgado I p. 25 ss. tab. IV 1—5; Zobel II p. 176.

S redit in Carteiensibus n. 143. Solet Ariae alicui tribui, quae non magis nota est quam Cunbaria.

156. ITUCI

Semis	*a*	eques armatus sin.	11X1ꝋX	*aiytgr* איגתגר?
		)(spicae duae cum globulis quattuor		
	b	taurus stans	-	„
		)(spica		
	c	ut supra	-	„
	d	ut supra	ITVCI	
			11X1ꝋX	-
As, semis	*e*	eques armatus sin.	ITVCI	
		)(spicae duae, astrum, media luna	A	
		semissium typi varii, inscriptio Latina eadem		

Florez II p. 487 s. tab. XXXI 10—13; Eckhel I p. 24; Lorichs tab. LIII 5; Heiss p. 381 s. tab. LVII 1—9; Delgado II p. 143 s. tab. XLIII. XLIV 1—16; Zobel II p. 176; Berlanga comment. Momms. p. 276 tab. 11, Hisp. anterom. p. 371.

Situs oppidi incertus, v. C. II p. 213.

157. OLONTIGI

As, semis, quadrans	*a*	caput imberbe		
		)(eques	ΛΛ✱Γ	לארנ לאנת
		s. arbor		
		s. delphinus		
	b	caput imberbe		
		)(eques	LON s. LON s. OLON	
		s. delphinus	OLON	
		s. spica	OLVN, OL	
		s. arbor		

Florez II p. 495 tab. XXXII 9 p. 509 tab. XXXV 1. 2 III p. 103 tab. LXIV 7—9; Eckhel I p. 61; Lorichs tab. LIX 5; Heiss p. 387 tab. LVIII 1—8; Delgado II p. 237 ss. tab. LXII 1—16; Zobel II p. 176; Berlanga comm. Momms. p. 276 tab. 10, Hisp. anterom. p. 361, idem apud Delgado II p. 377 ss.

Situs oppidi, quod Olintigi Melae III 5 est, ignoratur. Lectio *a* uncis inclusa [illegible] est Eduardi Sachau.

III. BAETICA OCCIDENTALIS

In Baeticae ea parte, quae maxime versus occidentem sita est, et in Lusitaniae maxime meridionali, quae olim et ipsa erat provinciae ulterioris, pauca tantum oppida sunt, quorum nummi exstant aut Latine tantum inscripti in regionibus Carmonensi (VI) et Myrtilensi (VII) aut Latine et Iberice in Salaciensi, unius scilicet Salaciae (n. 188). Nam reliquorum eiusdem regionis oppidorum, ut Balsae, Merobrigae, Caetobrigae, nulli omnino exstant exceptis Ebora et Pace Iulia, quae Latinos habuerunt; quos vide infra in regione VIII.

VI. REGIO CARMONENSIS

Nummos Latine tantum inscriptos habemus oppidorum ex hac regione quattuordecim, quae infra posui. In adversa solent caput habere vel hominis imberbe, vel deorum Iovis Herculis Martis Mercurii deae Romae; raro, ut Ilipae et Ugiae, spicam. In aversa dupondius et asses spicas duas, asses praeterea taurum stantem aut piscem. Salpensa insignia Apollinaria, Irippo mulierem sedentem cum cornu copiae (Abundantiam), Osset virum sedentem cum racemo uvae vindemiatorem habent. In semissibus taurus stans, equus gradiens, piscis, delphinus, caput Solis, in quadrantibus piscis, spica, caput bovis adversum, in sextantibus aratrum est.

158. CARISSA

Semis	*a*	caput imberbe	CARISA
		)(eques armatus sin. (raro dextrors.)	interdum CARISE
			CARISI
			CARI
			ASIRAC (retrograde: ΛSIЯAↃ)
			CARISSA
		typi varii	

Florez I p. 285 ss. tab. XIV 3—7 III p. 31 tab. LXI 2. 3; Eckhel I p. 16; Heiss p. 342 tab. LI 1—10[a]; Gago apud Delgado I p. 55 s. tab. VII. VIII 1—18; Zobel II p. 180.

Carisa Aurelia Plinii III 15, Κάρισσα Ptolemaei II 4, 10 ponitur in loco deserto *Carixa* dicto prope *Bornos* neque procul ab Hasta Regia, probabiliter.

159. NABRISSA

Semis	*a*	caput imberbe	
		)(taurus stans	NA sive ꟿ
	b	caput barbatum	
		)(equus gradiens, supra	A et NABRSISA
	c	caput imberbe (Augusti?)	
		)(taurus stans	NA

Florez III p. 98 tab. LXIV 2; Eckhel I p. 26; Heiss p. 386 sine tab.; Delgado II p. 206 ss. tab. LIV 1—5; Zobel II p. 180.

De Nabrissa v. C. II p. 174. 843.

160. SIARUM

As	*a*	caput imberbe	
		)(spicae duae	SEARO
	b	caput Herculis cum pelle leonina	
		)(ut supra	SEARO
	c	caput mulieris	
		)(caput galeatum	SEARO

Florez II p. 571 tab. XLII 8. 9 III p. 117 tab. LXV 12; Eckhel I p. 29; Heiss p. 394 tab. LX 1—3; Delgado II p. 278 s. tab. LXVIII 1—3; Zobel II p. 180.

Searo idem videtur esse atque Siarum Plinii III 11, de quo dixi C. II p. 170.

161. UGIA

Semis	*a*	globulus, in circulum disposita Λ G o ∢ I)(spica	VGIA S

Florez III p. 128 tab. LXVI 6; Eckhel I p. 32; Campaner *mem. numismatico* II 1868 p. 191 ss. tab. VII 7; Heiss omisit; Delgado II p. 320 tab. LXXV 1; Zobel II p. 181.

s redit in Carteianis n. 143 et Cunbariae n. 155. Situs oppidi ignoratur, praeterquam quod quaerenda videtur in via Hasta Hispalim; memoratur apud Plinium III § 10 ubi *Sucia* traditur, Ptolemaeum II 4, 10 bis Οὐγία et Οὐκία scripta (nam quae II 4, 9 apud eundem Οὐωγία scribitur prope Iliturgim sita diversa est), in itinerariis Vicarellanis Antoniniano p. 410, 1 Ravennatis p. 317, 4.

162. CALLET

As	*a*	caput imberbe diadematum)(spicae duae typi duo varii, inscriptio eadem	CALLET

Florez I p. 281 tab. XIII 12. 13 III p. 23 tab. LX 10; Eckhel I p. 16; Heiss p. 328 tab. XLIX 1; Delgado I p. 49 ss. tab. VI 1. 2; Zobel II p. 180.

Callenses Aeneanici Plinii III 14 et Callet apud eundem III 12. 15 (cf. Callentum XXXV 171) eiusdem oppidi nomina videntur esse; v. C. II p. 186. 847. Situs eius ignoratur.

163. SALPENSA

As	*a*	caput mulieris (s. Apollinis?))(tripus (?), lyra, arcus, pharetra	SALPESA
	b	caput mulieris laureatum sin. caput (Apollinis?) sin.	SALPESA

Florez II p. 570 tab. XLII 7; Eckhel I p. 29; Heiss p. 363 s. tab. LIV 1 Salpesa; Delgado II p. 272 s. tab. LXVIII 1. 2; Zobel II p. 180.

De Salpensa v. C. II p. 171. 842. Typi Apollinei quid significent ignotum est.

164. ORIPPO

As	*a*	caput imberbe sin., uva)(taurus irruens, supra luna	ORIPENSE, infra A
	b	ut supra	ORIPPENSE, infra A
Semis	*c*	caput mulieris diadematum)(taurus stans (semel genu flexo), luna	ORIPPO

Florez II p. 512 tab. XXXV 5 III p. 104 tab. LXIV 11; Eckhel I p. 27; Lorichs tab. LX 1. 2; Heiss p. 389 s. tab. LXIX 1—4bis; Delgado II p. 254 ss. tab. LXIV 1—5; Zobel II p. 180.

Orippo memoratur apud Plinium III § 11 et in itinerariis Vicarellanis Antoniniano p. 410, 2 Ravennatis p. 317, 3; sita fuit inter Hastam et Hispalim prope Ugiam n. 161.

165. Hispalis

Semis	*a*	caput Augusti nudum sin.	PERM AVG	
		)(cornu copiae, globus, gubernaculum	COL ROM	
As	*b*	caput Augusti diadematum	COL·ROM PERM DIVI AVG	
		)(caput Liviae sin.	IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS	
	c	caput Tiberii sin. cum epigraphe ut in *a*		
		)(capita Caesarum	GERMANICVS CAESAR DRVSVS CAESAR	sigillum impr. D
Semis	*d*	caput Germanici Caesaris sin.	GERMANICVS CAESAR TI AVG F	
		)(clipeus intra coronam lauream	COL·ROM PERM AVG	

Florez II p. 543 ss. tab. XXXIX 1—6; Eckhel I p. 28; Heiss p. 392 ss. tab. LXIX 1—6; Delgado II p. 266 ss. LXVII 1—5; Zobel omisit.

De Hispali v. C. II p. 152. 840.

166. Carmo

Dupondius, as, semis	*a*	caput galeatum s. Mercurii petasatum, s. Herculis sin.	
		)(spicae duae, intra quas	CARMO semel OMRAƆ et KARMO
Semis	*b*	caput barbatum et laureatum (Iovis)	
		)(equus gradiens, supra	CARMO
		infra	IA

Florez I p. 288 tab. XIV 8—12 III p. 31 tab. LXI 2. 3; Eckhel I p. 17; Heiss p. 372 s. tab. LV 1—7; Delgado I p. 60 ss. tab. IX—XI 1—26; Zobel II p. 180.

In *b* quid IA significet, incertum. De Carmone v. C. II p. 188. 848.

167. Ilipa

As, semis, quadrans	*a*	piscis (gadus s. *Kabliau, sábalo*), luna, astra duo, infra	ILIPENSE (infra interdum A)
		)(spica, caducei duo	
		semis astra et caduceos, quadrans inscriptionem omittunt	
Quadrans	*b*	caput mulieris	
		)(bucranium	ƎƧИƎԳI⅃I
As, semis, quadrans	*c*	piscis sin. s. delphinus, caput mulieris	ILSE sive IL·SE (infra A)
		)(spica	

Florez II p. 468 ss. tab. XIX 11—13 III p. 79 ss. tab. LXIII 2; Eckhel I p. 32; Lorichs tab. LIII 2—4; Heiss p. 375 s. tab. LVI 1—12; Delgado II p. 100 ss. tab. XXXVII—XXXIX 1—31; Zobel II p. 181.

De Ilipa magna vide C. II p. 141. 837. A quid significet, incertum. In *c* Ilipam et Searum (n. 169) coniunctas putabat Delgado; sed est compendium insolitum sane pro *Il(ipen)se*.

168. Osset

As	*a*	caput imberbe (semel sin.)		
		)(puer nudus (genius) cornu copiae et uvam tenens	OSET	
	b	caput imberbe		
		)(ut supra	OSSET	sigillum impr. CON
	c	caput imberbe sin.		
		)(ut supra	OSSHT	
	d	caput mulieris galeatum (Romae?)	OSET	
		)(cornu copiae	L·IVL·TI·VETT?	

Florez II p. 528 ss. tab. XXXVII 1—5 III p. 108 tab. LXIV 14; Eckhel I p. 27; Heiss p. 390 tab. LXIX 1—6; Delgado II p. 260 ss. tab. LXV 1—13; Zobel II p. 180.

De Osset v. C. II p. 166. 842. In *c* H insolenter posita pro II vel E.

169. Italica

As	*a*	caput Augusti	PERM·AVG·MVNIC·ITALIC	
		)(homo velatus d. ex patera libans, globus s. miles armatus stans	GEN·POP·ROM	
Semis	*b*	caput Aug. sin.	PERM·CAES AVG	
		)(lupa cum gemellis	MVNIC·ITALIC	
Quadrans	*c*	ut supra		
		)(capricornus, cornu copiae, gubernaculum	ut supra	
As	*d*	caput Aug. radiatum sin. fulmen	PERM·AVG·DIVVS AVG·PATER	
		)(Livia sedens	IVLIA·AVGVSTA MVN·ITALIC	
	e	caput Tiberii cum epigraphe	PROVIDENTIAE AVGVSTI	
		)(ara, cui inscriptum in circulo	PERM·AVG·MVNIC·ITALIC	sig. impr. PR et TC
Semis	*f*	caput Tiberii sin.	PERM AVG	
		)(cornu copiae, globus	MVNIC ITALIC	
	g	caput Drusi	DRVSVS CAESAR·PERM·AVG	
		)(caput Germanici sin.	GERMANICVS·CAESAR	
	h	caput Germanici sin. et in alio cap. Drusi cum epigraphe		
		)(aquila leg. inter vexilla duo	PER AVG MVNIC ITALIC·	

Florez II p. 477 ss. tab. XXX 8—11 XXXI 1—9; Eckhel I p. 23; Heiss p. 378 ss. tab. LVI 1—10; Delgado II p. 133 ss. tab. XLII. XLIII 1—12; Zobel omisit. De Italica v. C. II p. 145. 838.

170. Caura

As. semis	caput galeatum, astrum sive X	
	)(piscis (gadus?), intra lineas duas	CAVRA
	infra luna et	A

Florez I p. 346 ss. tab. XVIII 1. 2; Eckhel I p. 18; Heiss p. 374 tab. LV 1—3; Delgado I p. 110 s. tab. XV 1—3; Zobel II p. 180.

Caura a Plinio III 11 solo memorata ubi sita fuerit ignoratur; sed *Coria* hodierna ad Baetim infra Hispalim sita nomen videtur servasse. Caurium Lusitaniae C. II p. 96. 826 prorsus diversum est, quode Zobelius l. s. s. erravit.

171. IRIPPO

As	*a*	caput imberbe	IRIPPO·	
		)(mulier sedens d. pinum, s. cornu copiae		
		typi varii. inscriptio semel	OPPIRI	
		sigilla impressa	(ƧAϟ) ON	
Semis (barbare cusus)	*b*	ut supra	OSSET	

Florez II p. 474ss. tab. XXX 5—7 III p. 85 tab. LXIII 5; Eckhel I p. 61; Heiss p. 318 tab. XLVI 1—3; Delgado II p. 130 tab. XLI. XLII 1—10; Zobel II p. 180.

Sigilla Delgado ad Lascutam (n. 147) et Onubam (n. 179) refert. Propter typos *b* tribuitur Irripponi a Delgado, quamquam OSSET inscriptum est: vix recte. Irippo in nummis his solis memoratur (non apud Plinium, ut errore Zobelius dixit); propter typos in conventu Hispalensi quaeritur.

VII. REGIO MYRTILENSIS

Huius quoque regionis, quae praeter Baeticae extremae etiam Lusitaniae meridionalis oppida quaedam comprehendit, nummi tantum Latine inscripti sunt, qui pertinent ad oppida plus minus nota tredecim haec quae infra posui Aesuris Brutobriga Ceret Cilpe Dipo Ilipla Laelia Lastigi Myrtilis Onuba Ossonoba Ostur Serpa.

Typi adversae sunt in assibus caput imberbe nudum sive galeatum, eques, delphinus, piscis, spica, luna, taurus stans, equus saliens, navis, culter, patera, in Osturensibus glans et in aversa aper: aversae spicae duae, rami duo, spica et ramus, pisces duo, aquila. Dipone cornu copiae, Brutobrigae navis et piscis. In semissibus spicae ramive duo, saepius singuli, piscis, delphinus; in quadrantibus ramus.

Inscriptiones omnes exceptis Myrtilensibus (n. 177) in aversa leguntur, semper inter lineas spicas ramosve cet. binos collocatae.

172. LAELIA

As	*a*	eques nudus, astrum		
		)(ramus pini, spica, supra	A	
		infra	LAELIA	
	b	ut supra		
		)(spicae duae, inter quas	LAELIA, semel LAELLIA	sigillum C C
Semis	*c*	caput galeatum (mul.?)		
		)(ramus pini s. rami duo s. spicae duae	LAELIA	
	d	caput Augusti (?)		
		)(spicae duae, intra quas	LAELIA	

Florez II p. 489s. tab. XXXII 1—6 III p. 92 tab. LXIII 8; Eckhel I p. 25; Heiss p. 383 tab. LVII 1—7; Delgado II p. 156ss, tab. XLV. XLVI 1—14; Zobel II p. 184.

Oppidi, cuius situs ignoratur, nomen apud Plinium e verbis corrupte traditis *aloutigicae i lasti* [i. e. Oloutigi, Laelia, Lastigi] III 12 olim restitui, quidquid obloquitur Müllerus, recte puto. A Ptolemaeo II 4, 10 inter Hastam et Italicam alicubi ponitur. Nomen videtur Romanae originis esse, scilicet castris a Laelio aliquo inditum; unde fortasse interiit Ibericum vetustius. *Laellia* duplici *l* scripta errori caelatoris fortasse tribuenda.

173. LASTIGI

As	*a*	caput galeatum	
		)(spicae duae	LASTIGI
Semis	*b*	caput galeatum	
		)(intra coronam lauream	LAS

As	*c*	eques	
		)(spicae duae	LASTIGI
	d	caput imberbe (Augusti)	
		)(pisces (thunni) duo	LASTIGI

Florez II p. 493s. tab. XXXII 7. 8 III p. 90; Eckhel I p. 25; Heiss p. 385 tab. LVIII 1—5; Gago apud Delgado II p. 171ss. tab. XLVII. XLVIII 1—15; Zobel II p. 184.

Lastigi a Plinio solo eodem ut Laelia (n. 172) loco memoratum III 12. 14 ubi situm fuerit ignoratur.

174. Ilipla

As		eques hastatus, infra media luna	A
		)(spicae duae	ILIPLA

Florez II p. 471 tab. XXX 3; Eckhel I p. 22; Heiss p. 377 tab. LVI Ilipula; Delgado II p. 114 tab. XXXIX 1; Zobel II p. 184.

Quem Florezius III tab. LXVII 1 et Lorichs tab. XVII 2 exhibent nummum *Elepla* ut voluerunt inscriptum, falsus est ex Carmonensi factus, ut exposuit Delgado I p. 66.

De Ilipla sive Illipula v. C. II p. 122; videtur esse hodierna *Niebla*.

175. Ceret

Semis	*a*	caput mulieris diadematum	
		)(spicae duae	CER +
	b	ut supra	
			CERET
	c	triens (:), delphinus sin. spica	
		)(inscriptio sola	C....T

Florez I p. 362s. tab. XIX 10 III p. 50 tab. LXI 15; Eckhel I p. 60; Heiss p. 344 tab. LI 1—3; Delgado II p. 280ss. tab. LXVII 1—3; Zobel II p. 185.

Delgado *Serit, Seritium* legere voluit, ratione nulla. Verum est Ceret oppidum a scriptore vetere nullo memorari, sed memoratur homo Ceretanus in titulo in Baeturia reperto C. II 986, quem licet referre ad oppidum hoc Baeticae certo tribuendum propter typos; ut adnotavi ad titulum s. s.

176. Serpa

As		tridens, delphinus, luna	
		)(inter lineas duas infra astrum	SIRPENS

Zobel *rev. numismat.* 1864 p. 1ss. et *memorial numismat.* II 1868 p. 38ss. 48; Heiss p. 411 tab. LXIII 1; Delgado II p. 345 tab. LXXXI I 1. 2; Zobel *estudio* II p. 185.

Zobelius primus exemplum musei archaeologici Matritensis unicum et evanidum legit, probante Heissio, improbante Delgado, qui *[A]rkense* proposuit; probabilitate nulla. Ego ...ENSE tantum distinguere potui.

De Serpa dixi ad C II 971; nomen enim ibi fictum est a Roderico Caro. Sed memoratur in itinerariis p. 426, 6 Rav. p. 317. 19 (ubi Seria traditur) servavitque nomen vetustum.

177. Myrtilis

As, semis	*a*	piscis, supra inter duas lineas	MVRTIL
		)(ramus pini (s. spica), infra	L A DE
		semis	L·A·DEC·
As	*b*	piscis, infra	MVRT
		)(spica, infra	[illegible]AP·DEC
	c	in aliis	L·A
			L·ACM[illegible]?

As (?)	*d*	caput barbatum sin.	
		)(aquila alis expansis	MRTILI
Semis	*e*	delphinus, luna	
		)(spica, infra	MRTIL

Heiss p. 415ss. tab. LXIII 1—4; Gago apud Delgado II p. 198ss. tab. LIII. LIV 1—9: Estacio da Veiga *antiquidades de Mertola* (Olisipone 1880) p. 50ss. n. 1 - 11: Zobel II p. 185.

d Veiga ex archetypo solus exhibet; sed videtur esse nummus Murgitanus n. 135 male lectus. Nomen magistratus potest fuisse *L. Ap(uleius) Dec(ula?)*; neque videtur alius aliquis indicari in *e* litteris incertis L·ACM[illegible].

De Myrtili dixi C. II p. 5. 788.

178. OSTUR

As	*a*	spicae duae (s. pini rami) inter quas glans	
		)(aper stans	OSTVR
Semis	*b*	spicae duae	
		)(glans, infra	OSTVR
			s. ⊘STVR
			et OS VR
			semel OƧTV

Florez II p. 535s. tab. XXXVII 8. 9 III p. 112 tab. LXV 6. 7; Eckhel I p. 54: Lorichs p. 143. 150; Heiss p. 391 s. tab. LIX 1—5; Delgado *rev. numismat.* 1853 p. 413 tab. XXII, *nuevo metodo* II p. 263 s. tab. LXVI 1—9: Zobel II p. 185.

Delgado interpretatus est *ost(ium) Ur(ii)*, non recte. Memoratur sane Urium flumen apud Plinium III 7, quod *Odiel* hodiernum iuxta Onobam esse creditur, et Οὔριον oppidum apud Ptolemaeum II 4, 10 (inde apud Ravennatem est p. 317, 16) atque fieri potuit, ut eiusdem nominis oppidum flumini adiaceret. Sed nec ostium Urii nomen per se probabile est nec exstat in nummis; in OS VR *b* T casu excidit.

179. ONUBA

As	*a*	caput imberbe	
		)(spicae duae, intra quas	ONVBA
		supra luna et	A
	b	caput galeatum	P·TEREN·ET·COE
		)(spicae duae	ONVBA
As, semis	*c*	ut supra	
			C·AELI Q·PVBLILI
	d	caput imberbe	
		)(spicae duae, intra quas	AN BA

Florez II p. 510s. 633 tab. XXXV 3. 4 III p. 7; Eckhel I p. 27. 60: Lorichs tab. LIX 6—8; Heiss p. 388 tab. LVIII 1—6; Delgado II p. 246ss. tab. LXIII. LXIV 1—14; Zobel II p. 184.

Asses et semisses *d* rudes et aetatis recentioris quam reliqui *Anuba* videntur habere. *Opl*... fortasse nomen magistratus Ibericum est.

De Onuba sive Onoba dixi C II p. 121. 833.

180. AESURIS

As	*a*	piscis sin., infra	M·A·A·ET
			CON
		)(spicae duae, intra quas	ÆSVRI
	b	cusus supra assem Laeliae	M·A·A·ET
			CON
		)(spicae duae	ESVRI

Heiss p. 414 tab. LXIII 1; Delgado II p. 30 tab. XXIV; Zobel II p. 185.

a vidi apud Statium da Veiga, et ectypum servo, in quo leguntur quae dedi. NEI Veiga legit; sed AT·ET mihi clare apparebant. *M. An(nius) Ant(hus) et conl(ega)?*

b est in museo archaeologico Matritensi. unde edidit Delgado; inde habuit Heiss.

De Aesuri vide C. II p. 4. 786.

181. OSSONOBA

As	*a*	navis velo expanso	
		)(pisces duo sin.	OSVNBA
	b	ut supra	OSONOBA
Semis	*c*	ut supra	
		)(piscis sin., infra	OSO

Florez III p. III tab. LXV 4. 5; Eckhel I p. 13; Heiss p. 416 tab. LXIII 1 1^{a} 1^{b} 2; Delgado II p. 257ss. tab. LXIV 1—3; Zobel II p. 185.

a legendum *Osunuba*; N et V ligatae sunt. De Ossonoba v. C. II p. 3. 781.

182. CILPE

As	equus currens sin., supra luna	
	)(spicae duae, inter quas	CILPE

Delgado II p. 116ss. tab. XVI; Zobel II p. 185.

Delgado primus edidit in opere magno; unde Heissius non novit. Comparavit Silpiam provinciae ulterioris oppidum, cuius Livius XXVIII 12, 14 mentionem solus fecit. Eiusdem oppidi nomen apud Polybium XI 20, 1 Ἰλέγγας vel Ἠλέγγας in codicibus scribitur, quod Schweighäuserus in Ἰλίπας mutavit, probante Hultschio; nescio an recte. Cf. *Cilbus* fluvius apud Avienum v. 320.

183. DIPO

As	caput galeatum imberbe	
	)(cornu copiae, infra	DIПO
	semel	OПIᗡ
	typi varii, inscriptio eadem ubique	

Heiss p. 407 tab. LXII 1. 2. 2bis; Delgado I p. 132ss. tab. XVII. XVIII 1—6; Zobel II p. 185.

Dipo memoratur apud Sallustium hist. I 75 (Dietsch) Livium XXXIX 30, 2 in itinerariis p. 418, 3 Rav. p. 314, 8 (Bipone); situs ignoratur.

184. BRUTOBRIGA

As	caput imberbe, in circulo scriptum	T·MANLIVS·T·F·SERGIA
	)(navis, infra piscis, in circulo scriptum	BRVTOBRICA

Florez III p. 114 tab. LXVII 5; Eckhel V p. 244; Heiss omisit; Delgado I p. 45 tab. VI; C. L. Grotefend in scriptione gratulatoria (philologos paedagogosque Germanos cet. salvare iubent Henr. Lud. Ahrens et C. L. G., Hannover 1864 8.) p. 28ss. exemplo imperfecto deceptus Segobrigae tribuit (v. supra n. 89^{a}); Friedlaender *Zeitschrift für Numismat.* VIII 1881 p. 11; Zobel II p. 185.

De Brutobriga dixi C. II p. 813; v. Steph. Byz. s. v.; situs oppidi incertus, sed cum propter Decimi Bruti bellum Lusitanicum videatur conditum esse, huic regioni tribuitur a Zobelio recte.

VIII. REGIO SALACIENSIS

Unius Salaciae nummi exstant inscripti Iberice; e reliquis Lusitaniae meridionalis oppidis duo tantum nummos habuerunt, sed Latine inscriptos, Ebora et Pax Iulia. cuius exstat nummus unicus musei Berolinensis cum capite Caesaris puto; reliqui Augusti sunt. Ad Emeritam pertinent nummi cusi a P. Carisio legato Augusti.

185. EMERITA AUGUSTA

Denarius	*a*	caput Augusti (interdum sin.) cum epigraphe	IMP·CAESAR AVGVST	
		)(porta urbis, cui inscriptum est	EMERITA	
		in circulo	P·CARISIVS LEG·PRO·PR	
		)(hasta, clipeus, gubernaculum, tropaea varia		
		gladius, galea cum facie humana et cornibus, bipennis		
Quinarius	*b*	caput Augusti cum epigraphe	AVGVST	
		)(victoria tropaeum coronans	P·CARISI·LEG	
As	*c*	caput Augusti cum epigraphe		
		)(inscriptio sola	P·CARISIVS LEG AVGVSTI	
		)(porta urbis cum inscr. ut in *a*		
Semis	*d*	caput Augusti cum epigraphe	PERM·CAES·AVG	
		)(sacerdos arans	AVGVST EMERITA	
		)(aquila leg. inter signa duo	LE V X C·A·E	le(gio) V (quinta). X (decima)
Triens	*e*	caput Aug.	PER CAE AVG	
		)(patera, lituus, urceus	C A E	
As	*f*	caput Sileni adversum cum amphora, e qua aqua fluit		
		)(porta urbis ut supra		
Semis	*g*	ut supra		
		)(sacerdos arans sin.		
As, semis	*h*	caput mulieris (nymphae), e cuius bucca aqua fluit	EMERITA AVGVSTA	
		)(sacerdos arans sin.	PERM CAES AVG	
		)(aquila et signa duo	EME AVG	
As	*i*	caput Aug. diadematum sin.	DIVVS AVGVSTVS PATER	
		)(porta, ara, templum	PROVIDENT	
			AETERNITATI AVG	
	k	caput Liviae cum epigraphe	SALVS AVGVSTA	
		)(porta		
	l	caput Tiberii cum epigraphe		
		)(porta, ara, signa militaria		

Florez I p. 384 ss. tab. XXI 2—10 XXII 1—12 XXIII 1—12 III p. 54 tab. LXII 3: Eckhel I p. 12 (cf. V p. 164): Heiss p. 398 ss. tab. LX. LXI 1—41; Delgado II p. 5 ss. tab. XIX—XXIV 1—70: Zobel omisit.

De Emerita v. C. II p. 52. 819.

186. PAX IULIA

As	*a*	caput Caesaris (?)	
		)(mulier sedens d. caduceum, s. cornu copiae tenens	PAX IVL
	b	caput Augusti	
		)(ut supra	

Florez II p. 540 s. tab. XXXVIII 10: Eckhel I p. 13: Heiss p. 110 tab. LXII 1. 2. 2 ss: Delgado II p. 265 ss. tab. LXVI 1. 2; Zobel *memorial numismatico* I 1866 p. 108. *estudio* II p. 188. De Pace v. C. II p. 8. 804.

187. EBORA

Dupondius	*a*	caput Augusti sin. cum epigraphe	PERMISSV·CAESARIS·AVGVSTI·P·M	
		)(instrumenta pontificalia, aspergillum, urceus, patera, simpulum, culter	LIBERALITATIS·IVL·EBOR	
As	*b*	caput Augusti sin.	PERM CAES AVG PM	
		)(corona laurea	LIBERALITATIS IVLIAE EBOR	

Florez I p. 380 tab. XX 14. 15 XXI 1: Eckhel I p. 11; Heiss p. 407 tab. LXII 1—3; Delgado I p. 137ss. tab. XVIII 1—3: Zobel II p. 188.

De Ebora v. C. II p. 13. 805.

188. SALACIA

III.	As	*a*	caput Herculis sinistrorsum *)		
			)(thunni duo **)	ᒧ□ᛘᛘ∃	*evion*
			*) in aliis caput laureatum imberbe dextrorsum		
			**) in aliis delphini duo		
		b	caput Herculis *)	ODACIS·A·*)	
			)(thunni duo	ᒧ□ᛘᛘ∃	„
			*) in aliis caput imberbe dextrorsum	*) in aliis SISVC	
		c	caput barbatum sinistrorsum	SISBE·SISCRA·F *)	
			)(thunni duo	ᒧ□ᗐᗐ∃	„
				*) in aliis QVADANIE·SISCAR·F	
	Semis	*d*	caput Herculis *)		
			)(thunnus supra	ᒧ□ᛘᛘ∃	„
			infra	/// BLAS *)	
			*) in aliis caput laureatum barbatum	*) in aliis SISVC	
		e	caput Herculis	CORA'I	
			)(scyphus ansatus	ᒧ□ᛘᛘ∃	„
	As	*f*	caput barbatum dextrorsum		
			)(delphini duo	IMP·SAL	Imp(eratoria) Sal(acia)
	Semis	*g*	caput barbatum		
			delphinus supra	IMP	
			infra	SALAC	

Florez III p. 141 tab. LXVII 3 (*f*): Eckhel I p. 13 (*f*) et 20 (inter Gaditanas *a b*); Sestini p. 36 (*b*); Saulcy p. 218. 186 (*a*); Lorichs tab. XIII 7 (*d*) LXXVI 11 (*a*); Delgado II p. 275ss. tab. LXVIII 1—3; Zobel *rev. numismatique* VIII 1863 p. 369ss. tab. XIX, *memorial numismat.* I 1866 p. 97ss., *estudio* II p. 187; Berlanga comment. Momms. p. 276 tab. 9, Hisp. anterom. p. 355ss., qui *e* primus edidit; Pujol *epigr.* n. 203 *a—e*.

□ littera Zobelio hic quoque *b* visa est (v. supra ad n. 47. 80), mihi cum Heissio *o*. Conveniunt hae litterae aliqua ratione cum titulorum Ibericorum eiusdem regionis n. LXII—LXXV. ᒧ pro *m* habuimus supra n. 86, pro ᛘ raro ᗐ legitur.

Zobelius legit *evibm*, Heissius *evion*, Berlanga *ev(a)m(a)n*, de Vama cogitans, a Ptolemaeo inter oppida Baeticae Celtarum (II 6, 15) et C. II 989 memorata. Typi Gaditanis similes non conveniunt cum oppido mediterraneo. Zobelius hos nummos primus composuit cum Salaciensibus Latinis. De Salacia dixi C. II p. 7. 802; in *eviom* inscriptione Iberica nomen gentis ignotum latet. Nomina latina videntur esse magistratuum *Odacis A(uli*, vel potius hominis nomine aliquo peregrino, *filius)*, *Sisuc(a)*, *...blas*, *Sisbe Siscra f(ilius)*, *Quadanie*(?) [aut *Q. Vad(inius) Arie(nus)* ?] *Siscra f(ilius)*, *Corani*. *Siscar* nomen gentile est hodie quoque inter Hispanos usurpatum.

PARS SECVNDA

INSCRIPTIONES

Inscriptiones Ibericas eodem quo nummos ordine composui geographico, scilicet incipiens ab orae maritimae orientalis parte maxime septentrionali, quae est vicina Galliae Narbonensis, atque deinde progrediens versus meridiem et occidentem. Identidem divisi inscriptiones in partes duas provinciarum Hispaniae citerioris et ulterioris.

Exhibentur inscriptionum exempla quatenus fieri potuit aut a me ipso excepta e lapidibus aeribusve reliquisque archetypis, aut ex ectypis imaginibusve; ubi archetypa interierunt secutum me esse auctores fide quam maxime dignos, de quibus dictum est in prolegomenon capite altero, vix est quod diserte moneam. Neque vero satisfieri visum est rei et novitati et difficultati, si typis Ibericis tantum textum inscriptionum describerem. Unde ubicunque et opus esse videbatur et perfici potuit, imagines apposui arte photographica expressa; ut de lectione certe quantum in me erat constaret. Sed ubi imagines quamvis fideles non satis perspicuae sunt aut de singulis litteris dubitare sinunt, textum adscripsi typis Ibericis; neque omisi, ubi utilis esse videbatur, variam lectionem eorum, qui monumenta ipsa viderunt. Deinde ubique repetivi vocabula Iberica litteris Latinis minoribus; versuum in transcriptionibus illis initia indicavi lineolis interpositis duplicibus . Ubi vocabula interpunctione non distinguuntur, quem ad modum distingui posse visa sunt, indicavi lineolis simplicibus . Vocabula autem incerti ambitus, composita illa cum reliquis in indice I, non adhibui nisi adiectis uncis quadratis [ ]: ne cum certis confunderentur. Praeterea subieci aduotationes grammaticas potissimum de singulorum vocabulorum formis et similitudinibus. Nam quamquam intellegere linguam Ibericam nondum possumus, tamen sonorum eius proprietates aliquanto plures ex inscriptionibus cognoscimus, quam ex nummis. Editae igitur sunt inscriptiones Ibericae ea ratione, quam sequi solemus in inscriptionibus Graecis Latinisque edendis. Numeros vero adscripsi Romanos, ut ab Arabicis nummorum distinguerentur.

Inscriptionum Ibericarum aetates in universum tantum definiri possunt, cum certa temporum indicia desint. Aetat Similiter atque in nummis, ita in titulis quoque usum scripturae patriae non infra principatum Romae institutum perdurasse probabile est, quamquam sermonem aliquanto posterius demum prorsus interiisse facile credemus. Inscriptiones bilingues paucae, i. e. scriptae litteris Ibericis et Latinis, Tarraconenses duae (n. VI. VII) et Saguntina (n. XXXI *a*), liberae rei publicae extremae vel aetatis Augustae ineuntis videntur esse. Eidem fere aetati tribuo ex inscriptionibus scriptis litteris Latinis, sed Iberico sermone, Castulonensem alteram (n. XLIV); altera in eiusdem lapidis parte postica scripta (n. XLV) paullo, non multo, recentior est. Eiusdem ut haec aetatis vel paullo etiam inferioris, i. e. saeculi fere primi, Lusitanas Latine scriptas existimo (n. XLVI—LVII). Quaedam earum sane vetustiores esse possunt (ut n. XLVI XLVII LI LVII); aliae saeculi primi exeuntis (n. XLVIII L—LIV) adeoque secundi sunt (ut n. XLIX anni p. C. 159). Quae sola in anulo aureo (n. LV) videtur scripta esse Graecis litteris, quod ne certum quidem est, potest vetustior quidem esse quam eiusdem regionis reliquae, scilicet ex aliis paeninsulae regionibus fortasse eo devecta: praeterea vero inscriptiones patrio sermone, sed litteris Graecis scriptae, quales reperiuntur in vicina Gallia, in Hispania omnino desunt. Commercii praeterea Graeci testimonium unicum lammina aurea est prope Bragantiam Gallaeciae oppidum reperta, caelata illa supra decadrachmon Syracusanum caput Arethusae exhibens, de qua dixi *Antike Bildwerke in Madrid* cet. p. 338; servatur in museo publico Portuensi. Phoeniciis litteris scriptae duae solae repertae sunt: anuli altera (n. LX) fortasse omnium vetustissima est, altera in vasculo argillaceo Graeco saeculi fere quarti scariphata (n. LIX) Carthaginiensium demum commercio in Baeticam pervenisse putanda est. Vascula Graeca eiusdem fere aetatis picta etiam in Lusitania meridionali reperta sunt.

Reliquae inscriptiones omnes litteris Ibericis solis scriptae cum antiquiores in universum habendae sint quam quas supra memoravi bilingues utriusque generis, cuinam inter saecula Augusto anteriora tribuendae sint certo definiri nequit; sed tamen aetatum discrimina quaedam statuere licet aliqua cum probabilitate. Bel-

Hannibalico antiquiores num omnino servatae sint dubitare licet. Litterarum formas si respicimus, scribendi et interpungendi rationem, formas grammaticas, veluti vocales vel scriptas vel omissas, inter antiquissimas videtur numeranda esse lammina Castellonensis (n. XXII), quamquam scriptura iam dextrorsum procedente; id quod in citeriore provincia pridem in usum venisse vidimus (proleg. c. III p. XXXI s.). Vix multo recentiores bello Hannibalico propter scripturae ordinem vetustum, Graecorum βουστροφηδόν appellari solito similem, tituli sepulcrales Lusitani (n. LXII—LXXV) habendi sunt; sed et ipsi fortasse non eiusdem aetatis omnes. Sequuntur ex ulteriore lammina Gadorensis (n. LVIII) et inscriptio Ilipensis (n. LXI) simili ratione disposita atque tituli Lusitani, saeculo urbis sexto fortasse non recentiores. Sexto urbis saeculo cum Scipiones Tarraconem munirent, incisae sunt ab opificibus Ibericis in lapidibus murorum quadratis ingentibus litterae Ibericae (n. XI); in ima et antiquissima murorum parte desunt. Septimo iam medio exeuntive tribuerim pateram Segoviensem (n. XXXIV) et cippum Valentinum (n. XXXII); item lamminam Luzagensem (n. XXXV). Quae restant sepulcrales Barcinonensis (n. IV) Tarraconenses bilingues (n. VI VII) cum eiusdem oppidi fortasse sacris (n. VIII—X), in Aragoniae locis variis repertae (n. XIV—XVII), item in *Alcalá de Chisbert* (n. XIX—XXI), Saguntinae unius loci maxime numerosae (n. XXIII—XXXI *a*), arula et fragmentum ex *el Pedregal* (n. XXXVII *a b*), citerioris provinciae illae omnes, ab aetate bilinguium eiusdem artificii Tarraconensium et Saguntinae (n. VI VII XXXI *a*) aperte non multum distant. Contra paullo antiquiores videntur esse propter brevitatem et propter anaglypha addita cippi rudes duo, et ipsi sepulcrales, ex *Cretas* alter (n. XVIII), alter Cluniensis (n. XXXVI). Etiam tesserae hospitales duae (n. XXXIX XL) et vasculorum argenteorum inscriptiones tres (n. XLI—XLIII) saeculo urbis septimo medio, aetati Gracchanae fere Sullanaeque, videntur tribuendae esse. Quae in anulis insculpta (n. I V LV LXXVI cf. n. LX), item sigillo aureo (n. XXXVIII), et in vasculis Graecae originis scariphata sunt (n. III XLII *a*), antiquiora, contra quae impressa sunt vasculis rubris Tarraconensibus et Ilicitanis (n. XIII XXXIII), aut in stilis inscripta Tarracone repertis (n. XII) aut in tessera plumbea bilingui incusa (n. XLIII *a*), paullo recentiora habenda sunt. Sed certiora monumentis illis tempora adsignare non audeo.

Genera — In hac aetatum discriptione iam genera inscriptionum indicavimus. Sepulcrales aperte hic quoque, ut in universa re epigraphica, longe plurimae sunt, scilicet lapidibus incisae ulterioris provinciae antiquiores (n. LXI—LXXV) et citerioris recentiores (n. IV VI VII XIV—XXI XXIII—XXXI *a* XXXVI XLIV XLV). Sacrae videntur esse in aris parvis tabellisque ex lapide inscriptae breves Tarraconenses pleraeque (n. VIII IX X), Celtiberiae interioris una (n. XXXVII): quibus accedunt fortasse sigillum aureum (n. XXXVIII), patera Italica argentea n. XLII, vasculum Siculum (n. XLII *a*). Paterae argillaceae Segoviensis inscriptio num sacra fuerit, incertum est (n. XXXIV). Sacrae item sunt quae vivae rupi insculptae exstabant pleraeque (n. XLIX—LIV); bilingues duae (n. XLVIII—LVI) lapidibus insculptae ipsis formulis Latinis sacras se esse testantur. Difficilius est iudicare de bilinguibus eis, quas homines quidem Romani Latine in viva rupe se scripsisse testantur, sed scripserunt Iberice: propter varias causas terminales eas vel operis alicuius publici esse coniecimus (n. XLVI XLVII LVII). Terminalem esse praeterea cippum Valentinum Ibericum (n. XXXV) coniectura item proposuimus, sed satis incerta: potest enim etiam sacer fuisse aut alius cuiusvis generis. Ex actorum genere pauca quidem, sed pretiosa servata sunt monumenta: lammina Castellonensis plumbea, quam exsecrationem continere conieci (n. XXII), tabella Luzagensis aerea, quae fortasse foedus continet (n. XXXV), lammina Gadorensis plumbea cum computo fortasse privato (n. LVIII), tesserae hospitales aereae duae (n. XXXIX XL). Restant instrumenti quod dici solet domestici inscriptiones in vasculis argenteis inscriptae (n. XLI XLII XLIII), in argillaceis sive scariphatae sive impressae (n. II III XIII XXXIX XLII *a* LIX), in anulis insculptae (n. I V LV LXXVI), in tessera denique ludicra ex plumbo incusa (n. XLIII *a*). Haec sunt genera inscriptionum Ibericarum adhuc repertarum.

Falsae — Hic quoque, ut in Corpore inscriptionum Latinarum facere consuevimus, post inscriptiones genuinas adiecimus in fine falsas vel suspectas, quotquot per libros iam aliquanto latius propagatae sunt, ne pro genuinis habitae de lingua Iberica quaestionem obscuram et incertam obscuriorem redderent et incertiorem. Sed a falsariis quibusdam Hispanis, velut a Candido Maria Trigueros, tot inscriptiones Ibericae fictae sunt tamque longae, ut e schedarum tenebris, in quibus merito delitescunt, omnes protrahere supersederimus. Dixi de eis prolegomenon c. II § 25.

HISPANIA CITERIOR

Provinciam citeriorem aetate vetustiore constat patuisse a radicibus Pyrenaei montis ad vallem Baetis superiorem circa saltum Castulonensem. Comprehendit igitur oram maritimam paeninsulae orientalem integram: occidentem versus regiones, unde inscriptiones litteris Ibericis scriptae prodierunt, non multum excedunt eas, unde etiam nummos habemus Iberice inscriptos. Partes provinciae citerioris quattuor esse volui: orae maritimae orientalis (I) usque fere ad Hiberi ostia sive regionis Tarraconensis; Celtiberiae septentrionalis (II); orae maritimae ab Hiberi ostiis versus meridiem (III) usque ad provinciae fines circa Carthaginem novam sitos, cui parti attribui insulas Baleares; Celtiberiae denique interioris (IV). Huic parti vasculorum aliquot inscriptiones addidi vel incertae vel externae originis, quae tamen scribendi rationem sequuntur e reliquis provinciae citerioris monumentis notam.

I. ORA MARITIMA ORIENTALIS

Quae ex hac regione prodierunt monumenta epigraphica Ibericis litteris scripta praeter supellectili ex auro (n. I) argento (n. V) inscripta sive in argilla (n. II III) scariphata et Emporiis Ilurone in regione Ilerdensi reperta, pertinent ad Barcinonem unum (n. IV), ad Tarraconem reliqua (n. VI—XIII). Atque titulus Barcinonensis sepulcralis quamquam interiit satis accurate descriptus est. Idem dici potest de Tarraconensibus sepulcralibus duobus (n. VI VII), qui et ipsi interierunt; qui quod bilingues sunt, fallunt exspectationem, nam Iberica cum Latinis parum conveniunt. Tituli Tarraconenses reliqui, qui exstant (n. VIII—X). nimis breves sunt. Breviores litterae singulares in muris oppidi magnificis insculptae (n. XI); non magni denique pretii supellectilis variae tituli (n. XII *a b* XIII *a—e*). Falsos Tarracone prodiisse complures infra apparebit (n. I*—VIII*).

Adieci memoriam signorum incerti generis (n. XIII *a*). quae rupi vivae in montibus circa Tarraconem sitis dicuntur insculpta esse: ut denuo aliquando indagarentur.

I *San Martin de Ampurias*, anulus parvus ex auro (diam. m. 0.011, pondo gr. 1.28); supra incisum est litteris minimis et fugientibus

ᛋ⋿ΝΧ

Pujol *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 515 qui emit a. 1881 et affirmat legi non posse FELIX, sed clare apparere litteras Ibericas.

1 Propter formam ᴧ litterae vetustam pro Λ inscriptionem antiquioribus adscribendam esse putat Pujol, quamquam non ignarus formam illam vetustiorem redire in assibus Ilergetum recentioribus n. 31 — 3 Ν pro Η *h* etiam in nummis, quae plerumque Η habent, legitur, n. 52 61 69.

Legendum igitur videtur

lehd

Quodsi nomen hominis est, ut Pujol existimat, comparari potest *Letondus* C. II 5790. Sed apparet etiam aliud vocabulum anulo inscribi potuisse.

II *Cabrera* prope Iluronem *(Mataró)*, in effossionibus institutis inde ab a. 1885 in necropoli, quae vascula Graecae potissimum originis protulit saeculo fere IV vel III a. Chr. n. secundum ornamenta tribuenda, patera comparuit ex argilla rubra, in qua scariphatum est litteris gracilibus sed perspicuis

5
ΣΗΣΝΡΝ

J. Rubio de la Serna *memorias de la Acad.* XI 1888 p. 730 ss. tab. V fig. 6.

2 Η pro Η *h* in his regionibus frequens est. — 5 Quamquam Ρ in his regionibus *a* esse solet, non *r*, tamen hoc praefero.

Legendum videtur

5
shsiru

De Sosia nomine Graeco cogitandum non est, quamquam vasculum Graecae sine dubio originis est. In *-iru* terminatur *Licirnus* nomen C. II 5763 cf. 2940; cf. **Mernus* C. II 96. *Šhš* in nummis n. 75. 79 est; cf. infra n. XXXV. Fuisse potest Sohosirnus.

III *Cabrera* prope *Mataró*, *a* cantharus Graecus cum ornamentis pictis saec. fere IV elegantissimus in effossionibus c. a. 1885 institutis repertus: altus est m. 0.202, diametri 0.065, cum ansis duabus 0.33: in eius ventre scariphata haec sunt litteris gracillimis, sed perspicuis

a ΙΊΙΊΥΧΨΚΉRϽλλ

Vascula Graeca rep. una cum n. II: insunt signa haec scariphata


b C *c* ⅋ *d* ΥΙ *e* Ρ̇
f Ή *g* Υ *h* ⩘ *i* Χ *k* ⊕

J. Rubio de la Serna *memorias de la Acad.* XI 1888 p. 695 et 733 ss. tab. V fig. 5 (*a*) et 2—4. 7—12 (*b—k*).

a Litteras vel numeros indicari probabile est: cum elementa haec nec Graeca sint nec Latina, Iberica ea esse verisimile puto. Agnosco Υ *u* Χ *q* Ψ *i* Κ *k*: reliqua elementa incerta sunt. Formae similes exstant in drachmis Rhodiensibus n. 3.

e g i k litterae possunt esse Ibericae *p t d th*: reliqua incerta sunt.

IV Barcinone, cippus repertus a. 1856 *en la calle de San Ramon* in domo Tos notarii et statim in eiusdem fundamentis collocatus: altus erat m. 1, latus 0.40. Ornamenta anaglypha, rosa sive astrum, delphini duo, luna sive sertum, item litterae omnes perspicuae erant. Sed quod infra inter ornamenta cernitur ⫯ elementum, pro littera non habendum: fortasse ancora est. Delphini duo in nummis Ibericis frequentes sunt.



Imaginem accurate, quamquam minime eleganter delineatam a. 1860 mihi dedit Stephanus Paluzie calligraphus et palaeographus Barcinonensis: quam supra exhibeo. Ex eodem exemplo edidit A. Pedrals y Moliné *Revista de ciencias históricas* I 1880 p. 472 ss.: cf. Pujol ibid. IV 1886 p. 132 ss.

Transcribo ita: Ͷ Y Є ᛗ
ᛚ Ψ ᛟ ᚹ
ᒣ Y ᛗ

2 et 10 Y pro *u* videntur habenda esse — 3 Є sive ⋖ *ce* est — 5 ᛚ *l* est — 8 ᚹ formae aliquantum rotundatae, *a* — 9 ᒣ elementum incertum, *t* aut *z*: hoc probabilius. Unde lego

nuce | *i* || *ltra* || *zui*

Cippum sepulcralem esse, non votivum, forma et ornamenta indicant. 1—4 *nuce* potest nomen esse, fortasse mulieris. *Nucianus* est in nummo Carteiensi n. 143, *Nugio* C. II 3138: utrumque non prorsus certae lectionis — 4—11 *iltrazui* Ilerdae et Ilergetum nomen in mentem revocat, *iltrd* n. 30, *iltrcescen* n. 31 scripta: cf. *ilthraca* n. 119; ab *il-* vocabula Iberica multa incipiunt. Sed *iltrazui* utrum pro uno vocabulo habendum sit an pro duobus incertum est. Exspectamus talia fere: Nuce Ilerdensis hic sita est. Cf. n. V. VI.

V Anulus argenteus, rep. c. a. 1844 in sepulcro Iberico, ut videtur, una cum nummis Ibericis inter *Soses* et *Serós* vicos provinciae Ilerdensis circa confluentes Sicoris et Cincae: servat Barcinone Marianus de la Concha Clará. In medio est onyx exhibens caput hominis barbati, capillis crispis, sinistrorsum spectans, fere ut in nummis Ibericis; inscriptio litteris exstantibus, perspicuis in fascia anuli est, alta m. 0.015



Pujol *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 165—169 cum imagine ex photographia ligno incisa, quam exprimit imago supra proposita.

Scriptura dextrorsum procedit; de initio nulla est dubitatio. Transcribo ita:

ϟᛚᛗXᛟY⋖

1 ϟ et ᛗ 3 iuxta adhibitae non offendunt — 2 ᛚ forma in universum vetustior est quam Λ, *l* — 5 ◇ aut *o* aut *r* esse potest: illam praefero, cum consonantes abundent — 6 Y et 7 ⋖ et ipsae vetustiores sunt quam Ψ et <. Unde Pujol titulum tribuit aetati fere belli Hannibalici; puto recentiorem esse.

Legendus videtur ita:

slšdotce

Pujol non explicat, sed comparat *Halscotarris* nomen Ibericum ex Gallia Narbonensi, quod tamen admodum differt. Quaeritur utrum duo vocabula sint an unum neque definiri potest, utrum de nomine nominibusve hominis cogitandum, an de vocabulo appellativo. Illud qui statuet, poterit solvere *Sališa Dotice*. A *sal* incipiunt vocabula Iberica *Sala Salauri Saldania Salduba Salmantica Salpensa Saltigi* oppidorum. *Dotice* componi potest cum *Dataius Doutius* nominibus hominum.

VI Tarracone, rep. d. 27 m. Febr. a. 1801 in effossionibus *de la huerta antigua de Capuchinos, sobre el puerto* Pos. et similiter reliqui; *fue llevada á la casa del Deanato, pero no colocada* Pos. Videtur periisse, nam Hernandez non novit.

ᚹᛟⲈX<
ᚹΨͶᛟΛᚹ↑ᛟ·ᚹͶXΛϟΛ◁
FVLVIA·LINTEARIA

Posada et Velazquez miserunt a. 1804 academiae Matritensi sched. Matrit. *Est.* 18, 56 (inde Cornide *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 50 v.); Laborde *voyage en Espagne* I p. 60 tab. 88, 20 (inde Phillips p. 192, 3): Villanueva *viaje* XX p. 99, 25 tab. fig. 2 eodem exemplo; Berlanga Hisp. anterom. p. 238; C. II 4318[a].

Scriptura perspicua est; etiam interpunctio videtur certa esse. Titulus aperte est sepulcralis.

V. 2 post punctum ᚹ omiserunt Lab. et Villan., errore sine dubio — Eiusdem versus elementum ultimum ◁ non potest *r* esse propter ᛟ bis usurpatam, unde fortasse Δ *du* est non satis accurate repraesentata. Redit eadem significatione n. VII 7.

Inscriptio quamquam bilinguis est et integra, tamen quem ad modum cum Ibericis conveniant Latina incertum.

Legenda autem Iberica ita sunt:

aredc || *atnqlaur·andlsldu*

1—5 *aredc* unicum est vocabulum Ibericum, quod cum satis frequenter redeat positum initio titulorum aperte sepulcralium (cf. VII 1—5 XXIII 1—5 XXVI 1—5 et *argteo* n. XXII), aliqua cum probabilitate credi potest sepulcrum indicare, sive verbi forma est *hic situs est* Latinis respondens sive substantivum significationis

eiusdem — 6—13 *atuqlaur* vix unum vocabulum est: fortasse excidit interpunctio post *q*; potuit nomen defunctae indicare, cuius significatio cum *fulcus, fulcia* conveniebat: aut. quod magis credo, Fulvii alicuius liberta nomen patrium non enuntiabat — 10—13 *laur* Lauronis oppidi nomen in mentem revocat; unde defuncta fortasse originem duxit — 14—20 *andlsldu* vocabulum, si de reliquis recte iudicavimus, lintearium, quod appellativum esse existimo a linteo recte derivatum. indicabat. Neque obstat quod *Andelo* oppidi nomen est a lino fortasse dicti; linum in Hispania crevisse optimum et lintea Hispana, veluti Saetabitana. magni fuisse pretii notum est. Itaque ita fortasse interpretari licet Iberica: *ared(o)c* — i. e. sepulcrum — *atanak* sive Atanacae Lauronensis, Latine Fulvia dictae, *andelosildu*, lintcariae. Non ignoramus haec esse incertissima; sed in linguis incognitis interpretandis divinando aliquid audere necessarium est.

VII Tarracone, rep. a. 1794 *en la cantera del muelle* Pos., *cerca de la huerta de los Capuchinos* Vill. Servabatur in domo Iosephi Antonii de Castellarnau. Videtur periisse, nam Hernandez non novit.

HEIC·EST·SIT///
ᚹᛟᛈ·ᛜᛇ·ᐳᐊᚨᚨ/
ᛋᚹᚣ ᛟ ᛦ ᚣᚨ///

Posada misit academiae Matritensi sched. Matrit. *Est.* 18, 56 (inde Conde *idololatria* f. 50 v.); Laborde *voyage en Espagne* I p. 60 tab. 88, 25; Villanueva *viaje* XX p. 99, 25 tab. fig. 3 (inde Phillips p. 192, 4). Ex his C. II 4424 (Berlanga Hisp. anterom. p. 239).

V. 2 ᚹᛟᛈ·ᛇ·ᐳᐊᚢ Lab. et Vill. — V. 3 ᛋᚹᚣᛟᚺᚣ/// Lab. et Vill. Cf. n. VI.

Interpunctio incerta est. Iberica quae supersunt ita videntur transcribenda esse:

5 10
ᚹᛟᛈᛜᛇ·ᚹᐃ . . .
15
ᛋᚹᚣ ᛟ ᛦᚣH . .


4 ⊖ *th* videbatur satis clare apparere; exspectamus sane potius X collata n. VI — 5 ᛇ *g* erit — 6 ᐳ pars laeva ᚹ *a* litterae esse potest. quae interdum in eisdem inscriptionibus ᚹ et ᐅ scribitur — 7 ᐊ hic quoque non potest *r* esse propter 2 ᛟ, v. n. VI 20; puto △ *du* fuisse — pone 7 elementa tria minimum interierunt — 16 ᚣ *l* est — 17 videtur H fuisse. Pone eam non minus duo elementa interierunt.

Legendum igitur: *arethg·adu . . .* || *sacarilh . .*

1—5 de *arethg* vocabulo et similiter scriptis vide n. VI — 6—8 *adu . . . .* comparandum cum *adunin* tituli Castellonensis n. XXII V. 2, 15—19 — 11—17 *sacarilh . .*: *sa* potest clausula esse vocabuli praecedentis (*adu[nin]sa?*): cum *carilh . . .* comparari possunt *carah* et *cariqoe* tabulae Luzagensis n. XXXV v. 1. 5. 7. *carlae* n. XLVI, *Cara Carietes Carisa* locorum. *Carauus Caranto Caricus* hominum nomina.

Formula *heic est sit[a]*. quae titulum Latinum terminabat, hic igitur vocabulo Iberico initio posito respondet. Unde licet suspicari titulum ad hoc exemplum conceptum esse: sepulcrum Aduniusae Carilonis filiae.

VIII Tarracone reperta mense Aprili a. 1803 in effossionibus prope domum *del Baron de los Cuatro Torres* institutas *sobre las canteras del muelle*: deinde *en la casa del Decanato, pedestal poco menos de vara de alto* Pos. *En la casa de Soler* Pal. Exstat in museo. est arula ex marmore. alta circiter m. 75. formae Romanae solitae.



Descripsi et ectypum sumpsi. unde supra repraesentatur. Posada misit academiae Matritensi a. 1804 sched. Matrit. *Est.* 18, 56 (inde Conde *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 50: Villanueva *viaje* XX p. 98): Laborde *voyage en Espagne* I p. 60 tab. 88. 12 (inde Berlanga Hispan. anterom. p. 241); Albiñana *Tarragona* p. 251 ss. (inde Kaibel inscript. Graecae Siciliae et Italiae cet. n. 372*); Boudard *numismatique Ibérienne* (1859) p. 185. cui ectypum dederat Tournal (inde Phillips p. 191. 1).

Ara ipsa sine dubio antiqua est. fortasse aetate Augusta paullo vetustior. Sed litteras in ea incidi potuerunt aetate recenti; unde antequam in schedis Posadae inveni cogitabam et ipse de fraude. cum titulos falsos Tarracone provenisse certum sit: vide infra n. I*—VII*. Sed obstat coniecturae. quod quae de inventione traduntur omnino fidem merentur: neque quemquam Tarracone fuisse ea aetate. qui talia fingere potuerit. certum est. Ipsa denique litteratura elegans et aequabilis. a scalptore perito facta. certissimum vetustatis testimonium est. Neque igitur de Ἑρμῆς λόγιος Graecis neque de litteris Ibericis fictis cogitandum: litterae Ibericae perspicuae sunt et aliunde notae:

ΣᚹΜΣ | ᛈOᛚIO

1 et 4 ≮ *s* iuxta M *s* usurpata non offendit; post ≮ priorem et post M vocalis videtur oppressa esse — 2 ᚹ *r* Iberica, ut pro ᗡ vetusta in nummis Saguntinis recentioribus Я scribitur formam Romanam imitata, ita hic quoque linoleam assumpsit, qua R Romanae similior fit. — 5 ⊭ *e* in his regionibus frequentissima est — 8 ᚪ *l* est forma vetustior quam Λ. Itaque legendum:

srs̀s ‖ *eolio*

1—4 *S(a)rs(e)s* fortasse dei deaeve nomen est: comparari potest *Sars* fluvius Gallaeciae apud Melam III 11: praeterea *Sarabis Sarna* (v. proleg. c. IV § 24) oppidorum. *Saraucio* hominis nomen novimus — 5—9 Versus initium novum vocabulum videtur indicare. Ab *eo-* vocabula Iberica aliquot incipiunt, *eosu* n. XXII V. 2. 28–31, *eoalaqs̀* nummi n. 80; *[E]ocimila* C. II 5312 potest fuisse aut cognomen dei aut nomen dedicantis.

IX Tarracone, in museo, arula parva ex lapide arenario, alta m. 0.20, lata 0.15, litteris evanidis.

a in parte antica:			*b in parte postica:*	
ego:	*Pujol* aut:	aut:	*Pujol:*	*ego:*
I ꟿ O ϟ	ꟿ /// O ϟ	Ш ϟ	. . . . . .	^ ⊭
H ᑎ	. . . .	. . . .	⩟ . .	⩟ ϟ
ᒥ X	ᐅ X	ᐅ X		

Descripsi a. 1881; a. 1886 vidi in armario clausam; a. 1889, cum ectypum sumere vellem, non adinveni; Pujol *apuntes epigráficos Rev. de ciencias históricas* II 1880/81 p. 528.

Quod arula nunc latet, potuit suspicionem movere; sed etiam casui facile tribui potest. In re praesenti mihi genuina visa est et certo litteris Ibericis scripta; non aliter iudicabat Pujol.

Arula votiva videtur esse: transcripsi ita:

a Iꟿ Oϟ ‖ ꟿ> ‖ ᚹX   *inos* ‖ *he* ‖ *ad*
b >⊭ ‖ ⩟ϟ   *ce* ‖ *qs*

5, 6 Quamquam evanida, tamen legisse mihi visus sum — 5 Utrum H an ꟿ fuerit, dubitavi; illud probabilius visum, cum a 2 differat — 6 > potius, non O, fuit — 7 ᚹ vel ᐅ, *a*, non ᒥ *p*, visa est — 9 elementum minus certum, sed tamen et ipsum pro > male formato habendum — 1—8 *inoshead* fortasse dei alicuius nomen est, Inoshacadis vel similiter dicti. *Indibilis Indo Insghana* nomina aliquo modo comparari possunt — 9—12 *ceqs* fortasse nomen dedicantis; comparentur *cecani* n. XIII *b* 1 *Cecig(um)* C. II 5762 gentis nomen et *Cecaici* lares C. II 2172. 2597.

X Tarracone, tabella marmorea, quam servabat Iohannes Fernandez; iam est in museo. Infra et supra nihil deest. Litterae perspicuae sunt, altae m. 0.07.



Descripsi a. 1861, a. 1881 [et 1886] iterum vidi et ectypum sumpsi, unde supra repraesentatur.

Transcripsi ita:

⊭ᛋᛏᚹᚪꟿ   *enupli* . . . .

Cogitabam olim fictam esse, ut Endovellicum deum Lusitanum (legebant enim *entpli*) etiam Tarracone notum fuisse demonstraretur. Sed quamquam Graecorum ἐνοδῖλος vel ἐνόπλιος suspicionem movere possunt, tamen cum iterum inspicerem omnino genuina visa est. Certe siqui fuerunt Tarracone, qui fingere potuissent, Graece nesciebant.

4 ᚹ, non ᚹ, *p* potius quam *a* est — 5 ᚪ in lapide certa est; in imagine ᚹ fallit — post 6 elementa plura interierunt. Forma tabellae non videtur sepulcro convenire; *enuplis* potest dei nomen esse. In titulo Lusitano Latinis litteris scripto n. XLVII est *enupetanim* vocabulum Ibericum.

XI Tarracone, in lapidibus murorum veterum, qui urbem cingunt versus meridiem et occidentem, a parte interiore; sunt autem lapides illi alte collocati supra antiquissimam murorum partem et sustinent recentiorem aetatis puto imperatoriae. Partem litteris Ibericis distinctam puto 'opus Scipionum' esse. Litterae praegrandes secundum collocationem lapidum aut dextrorsum aut sinistrorsum, interdum etiam inverse positae sunt.

Frequentissima omnium est

a ꟿ, ꟿ, ꟿ, ꟿ, ꟿ, ꟿ   *i*

Frequens et ipsa

b ⋈, aut ⋈   *q*

Rariores

c ⊣, ⊢, T, ⊤   *z*

et

d Ш, Ψ, ⋔   *t*

Rarae

e ⊓, ⊔   *p*

f Y, ⊤   *u*

Rarissima atque adeo incerta (potest enim etiam ꟿ esse non plena)

g Λ   *l*

Descripsi omnes a. 1860 (Hermes I 1866 p. 89: inde Phillips p. 191, 2) et contuli a. 1881 et 1889: Berlanga Hisp. anterom. p. 239 s. (cf. p. 232).

Berlanga quae vidit signa ita exhibet

H. ᐱX. ⋈. ᐱᐟ. ⊢. ⊦. ⋈. ⋈. ᐱᐟ. ⊢.
IX. Yᐱᐟ⊨. I. ᛗ⊢ᛗ. ᛋ. Ψ.

Signa haec esse lapicidarum, quibus lapides quadratos insignire solebant plerumque antequam in moenibus aliisve aedificiis collocarentur, demonstrat frequentia signorum similium, quae Romae in muris Servianis vetustis atque in aliorum orbis antiqui oppidorum compluribus observata sunt. Collegit ea Otto Richter *über antike Steinmetzzeichen* (*45. Winckelmannsprogramm*, Berolini 1885 4.), qui Tarraconensium quoque meminit (p. 1. 26). Indicare igitur videntur, lapicidas Ibericos in lapicaedinis non procul ab arce Tarraconensi quaerendis litteris hisce Ibericis insculptis significavisse, lapides illos, quamquam non quadratos omni ex parte, ad usum aptos esse atque iam collocari posse in moenibus. Quod ⋈ signum (*b*) redit in muris Pompeiorum Italiae (Richter p. 14) inde explicatur, quod e litteris Oscis quoque signa similia componi potuerunt. Signa Tarraconensia omnia litteras esse Ibericas, non figuras temere fictas, certum est.

XII Tarracone, in stilis osseis, quos servabant Bonaventura Hernandez (*a*) et Iohannes Fernandez (*b*); incisa litteris perspicuis

a ΛᛟKΨOᛋ
b Vᛗ

Descripsi a. 1861 et titulum utrumque genuinum esse iudicavi.

Legendum videtur ita:

a *lkemos*
b *en*

a Post *l* videtur vocalis oppressa esse; K est *e* non satis accurate incisa, pro ⊨

b V videtur *e* esse

Lucumo nomen in Lusitania repertum est C. II 984 aut hominis ex Etruria oriundi aut ad lucumonis vocis Etruscae exemplum immutatum; sed *l(a)kemos* nomen fortasse Ibericum ab illo omnino diversum est. In nummo n. 95 *lacas* legitur; a *lac* nomina locorum Iberica multa incipiunt, *Lacilbula Lacimurga Lacippo* cet. oppidorum, *Lacarus* hominum. Terminantur non dissimiliter *Clutamus Medamus Tongetamus* alia, quae composui prolegomenon cap. IV § 43.

en terminatio est in nummis non infrequens; vide proleg. c. III § 13 c. IV § 13.

XIII Tarracone in collectionibus publica musei, privatis Bonaventurae Hernandez et Iohannis Fernandez inter fragmenta innumerabilia vasculorum et patellarum e terra sigillata vidimus (Berlanga, Pujol, ego (H.)).

a In vasculis rubris impressa (1. 3—5. 8. 9 apud Hernandez. 2. 6. 7 apud Fernandez).

1 ᐁ⊙ᛊH<⊨ *aoshce?*
2 ⊨IΘΓ·ᑕI *e opc?*
3 ᛗOᐱYᐱ in aversa parte scariphatum ᐱ *ionun du*
4 ᛗ<F H.: ᛗ<F P. *ice*
5 ᛗKI *ilu*
6 IMIᛏ *isau*
7 Γ·I<ΛP H.: ᛗ<ΛPΛ B. *licau*
8 ᛊᛗ *si*
9 ✱ᐱᐟ B. P. *i i*
10 ᛋᛚᛗ *sli*

b In vasculis rubris scariphata (in museo).

1 ᑕ⊨ΛᐱᛗN *ecam*
2 PΛᗝ⊨< *acareu*
3 ᐯ⊨ᐱᐟ *re i*

c Incerta impressa (1—4 apud Hern., 5—7 apud Fern.).

1 ΛᑕΛᛋ H.: Λ<Λᛋ B.: ΛᑕΛᛋ P.
ᐧIΛ⊨ ΛΛ⊨ ᑕPΛV
2 Λ<Λᛋ H.: Λ<Λᛋ B.
ᑕVΛ⊨ <IΔ⊨
3 ΔV⊨I
4 IΛᛋΘ H.: IΛᛋΘ B.: IΛᛋΘ P.
<VΛ⊦ <ᐧΛI <VΛI
5 IΛ⊦ΛIIOK
6 IᚩᚩIOᒪ
7 VᐱI·FI

d Pondera argillacea duo, qualia in textrinis putabantur adhibita esse (*Spinnwirtel*). Servabat academia historica Matritensis a Bonaventura Hernandez missa.

1 V ᐅ H V *...*
X L L ᐠ ΛI *...*
2 ᛗ≷Λ *...*

e Caput bovis argillaceum: in occipite inscriptum
Iᐱ

a 1 Descripsimus ego (H.). Berlanga (B.) Hispania anteromana p. 240; Pujol (P.) *apuntes ...* in *Rev. de ciencias históricas* II 1880/81 p. 528. ᐅ ita primum elementum exhibet B.

2 Descr.

3 Descr. H. et B. ⊙ (pro O) B., qui ᐱ scariphatum non enotavit, utpote Latinum. Cf. ⊨I in nummis n. 1, 2. 6

4 Descr. H., B., P.

5 Descr.

6 Descr. H. et B., qui ultimum elementum ita exhibet ᐱ·

7 Descr. H. et B., cuius lectio fortasse praestat.

8 Descr. H. et P.

9 Descr. B. et P.

10 B. solus exhibet.

b 1 Descr. et edidi C. II 4974 25 (inde B.) suspectam tum iudicans immerito, ut ambo quae sequuntur. Caucaeni Lusitani nomen habet Appianus Hisp. 57. Caucini est C. II 3055. Cf. etiam n. IX et quae ibi adnotavi.

2 Descr. et ed. ibid. 54 (inde B.) suspectam iudicans. *Acarius* Lusitanus C. II 5710. *Acces* 5763. *Acco* Celticum saepius.

3 Descr. et ed. ibid. 55 (inde B.) suspectam iudicans.

c 1 Descr. H. et B. Hispania anteromana p. 245.

2 Descr. H. et B. Edidi C. II 4970, 2 Latinam ACAS / C·VALE *Acastus C. Valeri.*

3 Descr. Cf. C. II 4970 17 C·ALF·I.

4 Descr. H. et B.

5 Descr.

6 Descr.

7 Descr. et edidi C. II 4970 556 ita VNI·FI, Latinam putans.

d 1. 2 Descr. Matriti a. 1861, signatum n. 43; postea non vidi. 1 v. 1 V fortasse ᐊ fuit.

e Descripsit Pujol *Rev. de ciencias historicas* II 1880/81 p. 528.

Ceterum quae olim (a. 1860) apud Ioh. Fernandez a me visa sunt fragmenta vasculorum postea partim ad Bonav. Hernandez partim in museum urbicum pervenerunt. Quod cum denuo visitarem a. 1886 et 1889, ex indigesta multitudine fragmenta haec Iberica non potui expiscari. Berlanga in museo vidit pleraque eorum.

Inter vascula Tarraconensia mirum non est fuisse, in quibus nomina figulorum videantur aut impressa esse aut scariphata litteris Ibericis. Nam inter figulos infimae condicionis plerumque homines linguae patriae usum durasse ad tempora Romana hic ut in aliis regionibus facile admittemus. Sed in legendis eis a duplici periculo cavendum est: primum, ne, quae usu continuo detrita atque evanida sunt, fortasse Latina pro Ibericis habeantur propter similitudinem quandam formarum fortuitam: deinde, ne consulto mutatis et in similitudinem litterarum Ibericarum effictis (qualia ibi exstare constat) decipiamur. Quos ipse vidi eius generis vasculorum titulos ac descripsi postea a Berlanga examinati sunt cum cura: quae ei mihique visa sunt suspicione carere, hic primo loco composui (*a b*); incerta (*c*) nolui inter suspectas relegare, ubi quaedam recensentur aperte falsa (n. V*—VII*), ut cum reliquis comparari possent. Quae certo non Ibericae visae sunt, sed Latinae, ut OPΓΛTF C. II 4974 53 interpolata aperte, et ΝΟΙΔ (Διον . . .) Graeca, XΛX aut Latina aut corrupta omnino, quae omnia vidi apud Ioh. Fernandez, omisi.

Addidi inscriptiones ponderum duorum ex argilla factorum, quae creduntur, Matriti quondam a me visa (*d*) et capitis bovini item argillacei a Caelestino Pujol observatam (*e*).

XIII a In rupe quadam montium prope *el Valle del Ladron*, circiter passus 200 *del manso llamado de Llort* prope Tarraconem, signa exstant incisa similia eorum, quae in *Fuencaliente* reperta sunt (infra n. LXI *a*).

Felix Torres y Amat academiae historicae Matritensi misit a. 1830 sched. Matrit. *Est.* 26 D 96. Postea nemo memoravit.


Non magis Iberica visa sunt, quam reliqua eiusdem generis: unde omisi, futuris tamen indagatoribus significans.

II. CELTIBERIA SEPTENTRIONALIS

Celtiberiae regiones eae, quae ad Aragoniam hodiernam pertinent, cum nummorum Ibericorum imprimis fertiles sint, etiam monumenta indigenarum epigraphica sine dubio non pauca continent vel aliquando continebant. Sed rerum antiquarum indagatores perpauci ibi exstiterunt, peregrinatores docti vicos raros et squalida paupertate laborantes attingere non solent. Itaque quae casu e tribus Aragoniae oppidis *Torrellas* (n. XIV) *Iglesuela* (n. XV—XVII) *Cretas* (n. XVIII) prodierunt inscriptiones paucas hic composuimus. Videntur illae sepulcrales esse omnes neque multum differunt scribendi genere a regionis praecedentis titulis. Etiam inscriptiones Latinae in regionibus illis nec multae nec gravioris momenti ullae repertae sunt.

Falsae huc pertinent a Petro Valera fictae duae (n. X* XI*): suspecta est sive potius describendo interpolata Bilbilitana (n. IX*); non Iberica sed Latina gemmae inscripta olim Caesaraugustae exstanti (n. XII*).

XIV *Torcellas* prope Turiasonem *(Aragon)*. exstabat a. 1779 in pariete domus Orosiae Casaus prope portam. Videtur periisse.



Anonymus in *Memorial literario de Madrid* XIX 1790 p. 613 ss. inversam, ut recte observavit editor (ab eodem puto acceptam Iosephus Velazquez in scheda inter collectanea Iosephi Cornide ms. Matrit. *Est.* 18, 38 et Bossi *storia di Spagna* I p. 321 tab. III 1: nam exempla haec prorsus conveniunt).

Litterae ab homine imperito exceptae ex lapide fortasse partim evanido non satis certae. interpunctio incerta est. Unde nolui textus typis male expressi imaginem photographam exhibere.

V. 1, 2. 4 v. 2. 10. 14 ▽ et ▷ *a* in aliis quoque inscriptionibus non satis certo distinguuntur — 5 P videtur *p* esse — v. 2, 12 num ◇ (ut v. 3, 1) an ⟐ an ♀ fuerit incertum — 13 et v. 4. 25 M non satis plene exhibita tamen pro *ś* habenda — 20 ʃ quid sit. ignoro — v. 3 num initio aliquid desit incertum — 22 punctum post Ψ incertum — post N 23 non minus unum elementum excidit — 24 Z potest *g* esse — 26 И, fuitne H?

Titulus videtur sepulcralis esse propter formam lapidis: sed etiam votivum esse posse nemo negabit. Legendus est ita fere:

mad·apliq ‖ *man*[*o*?]*śaulein*[?] ‖ [·]*omn*[·]*gśh*[·]

1—3 Si interpunctio recte posita est. in *mad* latere putabimus nomen breviatum, velut Madico: cf. *Madigenus* C. II 2771. 2869 et **Mamdica* dea C. II 5669 — 4—8 *apliq* non videtur differre ab *Abliq(um)* gentis nomine C. II 2817. 5783 et gentis *Abilicorum* C. II 2698; nam *p* et *b* non distingui ab Iberis novimus — 9—12 *man[o]* et ipsum nomen potest esse, fortasse breviatum: *Manens(is)* centuria Arvae fuit C. II 1064. *Manilus* hominis nomen C. II 5716 — 13—19 *śaulein* fortasse originem indicavit: comparari possunt Savia Pelendonum oppidum apud Ptolemaeum II 6, 53 et *Sarigilus* C. II 5070 *Saunus* 1302 hominum nomina — Reliqua prorsus incerta sunt.

Itaque inscriptio significavit fortasse *Madico Apliq(um) Mano(nis filius) Sauliniensis* vel similia.

XV *Iglesuela* (*Aragon, de la bailia de Cantavieja, una legua de la raya del reyno de Valencia* Xim.) prope aediculam *de Nuestra Señora del Cid*, supra portam domus *la Tenada* (*on the left lintel of the door of a building called the* Tenada, *contiguous to the church* Con.; *en una casa al poniente de la ermita* Mem. de Val.). Ibi videtur adhuc exstare.


Exemplum novicium pictum est in aedicula (*en la iglesia, se halla lucida* Camp., *en el interior de la misma capilla*. picta aetate recenti. supra addito versiculo, quem voluerunt. hoc: 'est longaeva vetustas anteque tempora Cidis' Mem. de Val.).



E schedis Antonii Augustini Escolano *historia de Valencia* [1611] l. II c. 24 habuit Gregorius Mayans (inde Lastanosa *medallas* p. 116 n. 175). a quo accepit Ximeno *escritores del reyno de Valencia* [1747] I p. III; Velazquez *ensayo* p. 127 et aeri incisam p. 163 (inde Petrus Valera personatus. i. e. Trigueros. n. 6); Erro *alfabeto de la lengua primitiva* p. 169 tab. 5, 1; Salvator Campillo misit a. 1819 academiae Matritensi *Est.* 18, 55; Terreros p. 133 tab. XVII, 8; Paluzie p. 83 et 262 8 e; Lorichs p. 64 (cf. p. 184 ss.); schedae Traggiae, qui habuit a Iosepho Rius, *rector de Cullera* (inde Cornide schedae academiae Matrit. *Est.* 18. 38): Conyngham *description of the theatre of Saguntum* (1790) p. 44 et 46, 4 cui dedit Bayer delineatam optime (inde Phillips p. 195. 15); *Memorias de la Sociedad arqueologica Valenciana* a. 1876 p. 16 et a. 1880 (Valentiae a. 1881) p. 9; Berlanga Hispan. anterom. p. 234.

Exhibeo exemplum, quod a Bayero accepit Conyngham et aeri incidit; haec imago supra repetita est. Reliqua consentiunt, sed minus accurata et perspicua sunt. Solus Campillo elementa 14 et 16 ita ⊨ exhibet: quae formae *e* litterae, ⊭ et ⊨, iuxta adhibentur.

Hic quoque lapis propter formam videtur integer esse et sepulcralibus adnumerandus. Litterae omnes perspicuae sunt; transcribendae ita:



id est:


5 10 15
iqnuciui || *ilduqlešein*

Vocabulorum divisio incerta, sed indicata fortasse versuum dispositione.

1—8 *iqnuciui* potest unum vocabulum esse; similiter incipiunt hominum nomina *Iresta* C. II 3695 *Igalchis* 1591 *Iguaso* 846. Terminatur similiter *iltrazui* n. IV 4—11; praeterea in eodem titulo *nuce* est 1—3 9—18 et ipsum fortasse est unum vocabulum; sed etiam distingui possunt *ildu*, quod redit in *ilduqith* n. 37 et *ildurh* n. 44 vocabulis nummorum et in Ildum loci nomine cum illis comparando, et *qlešein*. Cum hoc compono *klaišqm* n. 83 *klighm* n. 50 *klšthn* n. 47 in nummis scripta — De Iꟽ *in* clausula dixi proleg. c. III § 3 c. IV § 13.

Fuit igitur fortasse *Iqnonucio Ildu(onis filius) Q(ua)-lesinus* vel simile aliquid.

XVI *Iglesuela*, prope aediculam *de Nuestra Señora del Cid, on the corner of the gate or portico of the square at entering on the right hand* Con. *Se halló en un sepulcro* Camp.



Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 44 et 46. 2 cui dedit Bayer (inde sibi exscripsit Trigueros in schedis acad. Matrit. *Est.* 18. 73; indidem Phillips p. 195. 16): eius exemplum supra dedi: Salvator Campillo [1819] in schedis academiae Matrit. *Est.* 18. 55. Testes tituli n. XV reliqui omiserunt.


Camp. ita exhibet ◇<Λ▷ / ◇Y〳 cum sequenti coniungens, cuius potest re vera pars fuisse.

Quae supersunt ita legenda

[*d?*]........*oui*

Sed ◇ etiam *th* fuisse potest.


XVII *Iglesuela*, prope aediculam *de Nuestra Señora del Cid, on the door of the old house of the same hermitage* Con.



Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 44 et 46. 5. cui dedit Bayer (inde Phillips p. 195. 17): eius exemplum supra exhibui. Cf. n. XVI. Testes titulorum n. XV XVI reliqui omiserunt.

Elementum primum quod superest potest M fuisse; alterum 〳 *i* est. Campillo ita legit ◇Yꟽ: v. n. XVI.

XVIII *Cretas*, prope *Monroyo (Aragon)*, tabula lapidea longa *palmos 3*, reperta prope *la Fue*[illegible] *el Folet de Vidiella*: servabat ibi loci dominus Marianus Camps *(de Teruel)*. Nescio an exstet.



Ex ectypo accepto a gubernatore provinciae eius depinxit Bonaventura Hernandez Tarraconensis. cuius imaginem exhibeo: Lorichs *recherches* p. 170 tab. LXXXI; idem exemplum etiam Gayangos mihi dedit.

Lorichs ita exhibet, elementis 1—5 inter se coniunctis.

ΛΛΛΜϟVΛX◇

Differunt igitur 5 ϟ (pro <) et ultimum ◇ (pro ◁): sed alterum exemplum sine dubio praestat. Lapis videtur sepulcralis esse, ornatus imaginibus armorum. quae defunctus gerebat: cuspides sunt hastarum trium et iaculorum duorum: hastam unam et tela tria homo armatus in patera Segoviensi (n. XXXIV) gerit.

Inscriptio ita legenda est:

5
caluščeldr

Quaeritur primum utrum unum vocabulum sit an duo: atque hoc probabilius. Quod si ita est, altera quaestio oritur ubi vocabulum secundum incipiat. Si 1—5 *calušc* pro nomine habemus. comparandae sunt terminationes similes in *Menosca Virovesca* et similibus. quae composui proleg. c. IV § 37; cf. etiam *Tannegiscerris* nomen. Nomen potuit fuisse *Calusco*. Patris deinde *eldr* cum *Ildrons* C. II 1590. 1591 comparari poterit. Si *caluš* defuncti nomen erat — neque offendit *š* finalis, si modo nomen perscriptum est —, comparabimus *Calaetus* C. II 733. 2968. 3298; a *cal-* etiam alia nomina Iberica incipiunt multa, ut *Calagurris Calecula Callaecia Callet Calubriga Cale* portus. Terminatio fuisse potest ut in *Caccossa* viri *Leiossa* deae *Segossoq(um)* gentis nominibus. Tum cum patris *celdr* componemus *celdo* equi vocabulum, cf. proleg. cap. IV § 24. Nomina igitur possunt fuisse aut *Calusc(os) Eldr(ontis)* aut *Calussa Celdr(ontis filius)*.

III. ORA MARITIMA AB OSTIIS HIBERI VERSUS MERIDIEM

Provinciae citerioris ora maritima usque ad Carthaginem novam a gentibus Ibericis multis variisque olim habitata vestigia earum pauciora servavit quam exspectaveris; neque adsunt ibi coloniarum Graecarum Phoeniciarumve relliquiae ullae. Tantopere institutiones Romanae inde a Scipionum aetate vigentes vetustatem oblitteraverunt. Sed eminet inter inscriptiones regionis eius Ibericas lammina Castellonensis (n. XXII), quamvis sepulcralis tantum, ut videtur, argumenti; utpote textum continens Ibericum tam vetustissimum quam longissimum, qui adhuc comparuit. Reliqua monumenta sepulcralia sunt omnia, breviuscula, ut quae in *Alcalá de Chisbert* reperta sunt (n. XIX—XXI), neque magni pretii. Paullo numerosiora Saguntina sunt (n. XXIII—XXXI *b*), pro oppidi eius dignitate: sed dolemus interiisse ea paene omnia aetate recenti propter inscitiam et inopiam indigenarum. Unum iam antiquis collectoribus (n. XXIII), alterum Antonio Augustino (n. XXVIII) innotuerat. Inter monumenta patria, quae saeculo hoc ineunte in aedibus publicis collocaverat Henrici Palos y Navarro sollicita diligentia (v. C. II p. 512), Iberica quoque erant complura: unius eorum dimidia pars (n. XXIII) casu servata est. Schedas eius servatas in archio publico, quod est Compluti *(Alcalá de Henares)*, inspexit Antonius Chabret, qui exempla titulorum Ibericorum inde mihi enotavit. Exempla eorum praeterea plus minusve accurata debemus comiti de Lumiares et Alberto Conyngham peregrinatori Britanno. Accesserunt nova tria, quae debentur Antonii Chabret, historici Saguntini, curis indefessis (n. XXVI. XXXI *a b*), secundum adeo bilingue, ut Tarraconensia (n. VI. VII), sed non maioris quam illa utilitatis ad linguae Ibericae cognitionem augendam. Non sepulcralis, sed fortasse geographici argumenti titulus est verbosus ex regni Valentini loco aliquo incerto proveniens, qui Matriti servatur (n. XXXII); lectionem eius propter lapidis condicionem malam ex parte admodum impeditam ut repraesentaremus quam accuratissime nulli curae pepercimus. Nam cum lamminis Castellonensi (n. XXII) et Luzagensi (n. XXXV) et cum patera Segoviensi (n. XXXIV) inter primaria linguae Ibericae monumenta numerandus est. Vasculi Ilicitana inscripta (n. XXXIII) minoris etiam quam Tarraconensia similia (n. XIII) momenti sunt.

Falsae huius regionis duae tantum mihi innotuerunt, Saguntina Petri Valera (n. XIII*) et Ilicitana Latina, falso pro Iberica habita (n. XIV*).

XIX *Alcalá de Chisbert (partida de Polpis), colocada en la pared de la bodega, extramuros de la villa, de Josef Vicente Puig,* in marmore nigro Lum. (Conde). *In Polpis, a village of the territory of Alcala de Gibert, on the lands of Joseph Vincent Puig* Conyngh. Lapis altus est ped. 1, latus ped. 1 dig. 2 (Hisp.) Velasco.



Lumiares *inscripciones del reyno de Valencia* p. 13 tab. I 15 (Masdeu XIX p. 267, 1663; Berlanga Hisp. anterom. p. 237): Conde *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 149: Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 44 et 46, 6 cui dedit Bayer (inde Phillips p. 194, 14), eius exemplum exhibeo; Velasco *la Academia* I 1877 p. 120.

Elementa tria ultima sic exhibent Lum. et Conde: ΛΛΥΙ; Velasco titulum integrum ita exhibet inverse collocatum ΛΛᐅ♀ΧΛΛΙ.

1 I videtur integrum esse — 3 ᐅ *a* est aperta: cogitavi autem de Δ *du* — 8 I ultima fortasse non integra est.

Lego igitur:

ilakqiai

Fuitne ΙΛΔ♀ΧΓᐅΙ *ildurqiai*?: cfr. n. XV *ilduqlešein*. Sed comparari possunt nummus inscriptus *ilacupyš* n. 81 et *Ilurcuris* Carpetanorum oppidum Ptol. II 6, 56: alia nomina similia desunt. Cum terminatione comparo *castlosaic* n. XLV.

XX *Alcalá de Chisbert,* lapis repertus *en la partida llamada Corral del Royo, en una muralla de obra cimenticia*: servabatur in aedibus Augustini Zaragoza, canonici Hispalensis, marmor nigrum Lum. Conde. Ibi exstat Velasco.

ΝΙΧΟϟΛᐅΟΛΛЧΙΓ

Lumiares *inscripciones del reyno de Valencia* p. 10 tab. I 12 (inde Masdeu XIX p. 267, 1664; Phillips p. 194, 12; Berlanga Hisp. anterom. p. 236); Conde *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 49 ex eodem exemplo; Velasco *la Academia* I 1877 p. 120.

Inscriptio qualem imagines exhibent non satis perite delineatae videtur integra esse, litterae singulae parum clarae sunt. In universum autem Lumiaris exemplum praestat; tamen quominus repeterem imagine photographa impedivit confusa eius obscuritas.

1 Ν Lum., ◇ Vel., fuit fortasse ◇ *o* — 3 X Lum., ◇ Vel. — 4 ◇ Lum., ⋊ Vel., quod elementum in his regionibus praeterea omnino non comparet — 5, 6 ϟ Λ Lum., Vel. omisit — 10 Ч Lum., Ȣ Vel., quod elementum et ipsum sine dubio male legit, ut 4. Videtur Ч *u* fuisse, non ϟ *s* aut ᓄ *y* — 11 Γ testes ambo, sed Vel., male pictam.

Lectio igitur incerta est; fuit fortasse:

[*n*]*idrslaoš*[*u*]*i*

Nidrons Laosui?

In *-ui* terminatur *iltrazui* n. IV. *Lascuta Lastigi Lauro* oppidorum nomina sunt. Sed praestat abstinere ab interpretandis incertis.

XXI *Alcalá de Chisbert*, rep. d. 11. m. Mart. a. 1791 *n. el Cabo de Hirta, en un trozo de torrecilla antigua*; servabatur in aedibus Francisci Roca, *calle de la Cort*, marmor nigrum Lum. Conde. Ibi exstat Vel.

ΘΛV/VΙ

Lumiares *inscripciones del reyno de Valencia* p. 10 tab. I 13 (inde Phillips p. 194, 13; Berlanga Hisp. anterom. p. 237): Conde *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 49: Velasco *la Academia* I 1877 p. 120.


Imago Lumiaris aliquantum obscura archetypum eius, quod cum Condis conveniebat, non satis dilucide refert. Velasco ita exhibet ◇ΛVVΠ. Ultimae lineae quinque ad Λ solam potius ducunt, quam ad ΝΙ.


Itaque legendum fortasse:


oleš . . . . .

Olesa nomen hodiernum oppidi est in Catalaunia siti: *Olyndicus* Hispanus apud Florum I 33, 14 memoratur.

XXII *Castellon de la Plana*, lammina plumbea longa m. 0.435, lata 0.04, reperta m. Augusto a. 1851 *sur une hauteur appellée Puchol près de Castellon* Lor., *en uno de los Puchs* (tumuli ita appellantur, qui sepulcra vetusta continebant) *de Castellon*. Loci dominus dedit Portefaix v. cl., qui tum praeses provinciae erat, ut mandaret Academiae historicae Matritensi, quo tamen non pervenit Sabau. Effossiones in loco palustri non procul ab ora maris sito institutae a. 1878 *en el terreno llamado Cuadro*, qui fuit tumulus diametri m. 20 ad 25, novi nihil protulerunt Mem. A. 1861 servabat Matriti Basilius Sebastianus Castellanos, societatis archaeologicae Matritensis director, apud quem vidi et contuli. Nunc est in museo archaeologico Matritensi.







Descripsi et ectypa sumpsi; Lorichs *recherches* p. 202 tab. LXXX (inde Phillips *Sitzungsber. der Wiener Academie phil.-hist. Cl.* vol. LXVII 1871 p. 573—580 cum tabula et commentario: Berlanga Hispan. anterom. p. 242 cui suspecta erat, immerito; Sabau *noticia de las actas de la Academia* Matriti 1868 p. XI memorat: A. H. Sayce *la Academia* I 1877 p. 237ss. explicare studuit, frustra; *Memorias de la Sociedad arqueologica Valentina* a. 1879 p. 8 item memorant tantum.

Lorichsii tabula eiusdem atque archetypum mensurae tam est perfecta, ut correctam in minimis quibusdam rebus ex meo exemplo supra repetendam curarem; ectypa enim propter scripturae tenuitatem repraesentari non potuerunt. Litterae omnes perspicuae sunt, ita ut textum typis denuo describere opus non sit. Punctis ternis (in fine tantum tabula bina exhibet, fuerunt hic quoque olim tria) vocabula distinguuntur. Elementa v. 1 sunt 42, v. 2 40, v. 3 39, v. 4 32, summa 153 (inter quae vocales sunt 80, ꟿ 23, *i* I 6). Adnotanda sunt de litteris singulis haec:

V. 1, 1 Y elementum primum, quod lammina et ectypa clare exhibent, non redit, *u* in hoc titulo ubique ↑ est, fortasse de *z* cogitandum — 2 I quinquies redit, ut dixi, iuxta ꟿ multo frequentiorem — 3 ♀ ♀ ♀ ♀ promiscue pro *r* adhibentur — 4 Ψ forma solita hic, ter quattuor hastis 1, 22 3, 21 4, 4 adhibita est — 7 *s* litterae forma vetusta et insolita hic 3, 17, paullo aliter formata 1, 15 et 2, 27 usurpata est — 8 ≷ 1, 8 2, 2 30 32 34 3, 24 27 4, 2 35 et ≮ 1, 17 2, 26 3, 38 scribuntur; unde hic quoque videmus litteras vetustas Phoenicias promiscue sinistrorsum et dextrorsum verti — 13 ⊨ et ⊭ iuxta scribuntur — 16 ⊖ *th* ita linea in medio simplici praeterea scribitur 3, 5: ⊕ contra 2, 3, 25 3, 32 4, 23 — 21 ∀ *k* quater praeterea 1, 38 2, 4 3, 3 19, ✱, quam item *k* esse vidimus, bis 2, 29 3, 1

(hoc loco octo radiis, non sex) scriptae sunt. Inter utramque soni ususve dissimilitudinem quandam obtinuisse probabile est: cf. ⧖ 3, 9 — 24 ↑ solet in hoc titulo hasta tam continua quam soluta scribi, cf. 1, 33. 35 2, 14. 19. 31. 38. 40 (ubi mihi magis soluta visa est) 3, 8. 13. 29 4, 15 — 26. 27 Є bis posita ab ⊨ sine dubio diversa hic quoque *ce* videtur esse: redit 1, 40 2, 6: 4, 13 lineolam in medio duplicem habet.

V. 2, 11 A *ca* etiam 3, 22. 37 4, 9. 29 scriptum est — 16 ⏃ *du* hic semel legitur, Δ 2, 21 — 29 ⊙ *o* non videtur aliud significare quam 4. 6 O. quae ᗝ similis evasit; casu puto — 33 Ħ *h* ita etiam 3, 5. 11 scribitur — 37 P redit 4, 14 ita scripta pro ᑭ solita.

V. 3, 9 ⧖ *q* semel iuxta ♉ (v. 1, 22) et ✱ scripta est; tamen non puto ♉ eandem litteram esse — 17 4, 10 ʒ *g*, 4. 3 ᛇ est: simili atque in ⋗ (v. 1, 8) et ⋖ varietate — 30 Λ *l*. 4, 12 magis Λ est — 33 C ante Φ et 4, 5 ante O scribuntur, ubi < exspectamus; sed forma rotunda hic quoque videtur vetustior esse.

V. 4, 13 de Є forma dixi ad 1, 26.

Itaque legenda est inscriptio ita:

1 [z] *i r t a i m s* : *a i r i e i m th* : *s i n e k t n* : *u r ce ce r e r e* : *a u r u n i k i ce a i*
2 *a s th k i ce a i e* : *e ca r i u* : *a du n i u* : *k du e i* : *i th s m* : *e o s u* : *s h s i n p u r u* :
3 *k r k r h n i u* : *q š h i u* : *i i th g m* : *k r i ca r s e n s e* : *u l t th e r a i ca s e* :
4 *a r g t c o* : *a i ca g* : *ĭ l ce p u r a i e s* : *ĭ i th s ì n i e ca r s e* :

De vocabulis XXI singulis haec adnoto.

V. 1, 1–8 [z]*irtaims*: *cf. Ildrons* nomen viri et in *s* terminata proleg. c. III et IV § 10 — 9–16 *airieimth* incipit ut *air-ildurin* nummus n. 22 — 17–23 *sinektn*; *singeie*[*t*]*o* est n. XLVI v. 6. Singilis fluvius ulterioris notus; de *-tn* terminatione. ut in *acoeqntn* n. 15a, v. proleg. c. IV § 13 — 24–31 *urcecerere* conferendum cum nummis n. 116 *urkekn* inscriptis. quos ad *Urci* oppidum referimus — 32–42 *aurunikiceai* Auruncos et Ausones Italos in memoriam revocat. sed potest casu tantum convenire; *aušaïn* et *aušescen* n. 18 Iberica sunt. item *Auringis* oppidum: terminatio comparanda cum *ïlakqiai* n. XIX et cum *asthkiceaie* 2, 1–9: cf. etiam *cecei* n. XXXV v. 1.


V. 2 *asthkiceaie*; cf. *Astigi* oppidum ulterioris, *Astures*, *Astolpas* nomen, quod Viriati amicus apud Diod. XXXIII 7, 4 habet — 10–14 *ecariu* non habeo quocum componam; *equlee* est in lammina Gadorensi n. LVIII; in *-iu* terminantur etiam 15–19 *aduniu*, V. 3, 1–8 *krkrhniu*, 9–13 *qšhiu* — 15–19 *aduniu*: cf. *adu* . . . n. VII 6—8. Ceterum pauca sunt nomina, quae similiter incipiunt, *Aderco Adobriga* oppida minus certa, *Adaius Adronus* nomina virorum — 20–23 *kduei*; *Cadus Cadarus* nomina hominum sunt. *Cadiaci* gens Callaeca — 24–27 *ithsm*; ab *it-* incipiunt *Itucci Iturissa* oppida; cf. infra 3, 14–18 et 4, 21–32 — 28–31 *eosu*; in -u terminatur etiam sequens vocabulum: cf. nummi inscripti *eoalagš* n. 80 — 32–40 *shsinpuru*; cf. *šhš* n. 75. 79 et *šh* n. 85.


V. 3, 1–8 *krkrhniu*; initium duplex comparetur cum 1, 24–31 *urcecerere*; etiam quod sequitur 19–28 *kricarsense* simile est. Comparo *Caraca Caru Caronium Carca* oppidorum nomina, *caraues* n. 71*a*, et cum *-arsense -carse* terminationem 4. 29–32 et quod in nummis Saguntinis est *arse* n. 40 (cf. n. 52. 67) — 9–13 *qšhiu*; conferri potest *Cossouqm* gentis nomen C. II 2847 — 14–18 *iithgm*, cf. 4, 21–32 *iithsĭniecarse*; nummi sunt inscripti *ĭithla* n. 26. *iitlh* n. 27. Terminatio *-gm* cum *-cn*, *-kn -qm* et similibus componenda, cf. proleg. c. III § 13 IV § 12 sq. — 19–28 *kricarsense* cf. *krkrhniu* 3, 1–8 et cum *-carsense* 4, 29–32 *-carse* — 29–39 *ultthertaicase*: in *-se* exeunt quod praecedit vocabulum et 4, 21–32; *-craicase* comparo cum *kricars* . . 19–24.

V. 4, 1–6 *argtco* videtur idem vocabulum esse atque *arethg* n. VII, *arede* n. VI. XXIII. XXVI, quod sepulcrum significare coniecimus — 7–10 *aicag*; cf. *aiqgtegu* n. XXXII V. 10, unicum vocabulum quod praeterea possim comparare *Aegiamunniaegus* Callaecorum deus est, C. II 2523 — 11–20 *ïlcepuraies*; ab *il-* incipiunt vocabula Iberica multa; cf. *ïleatne* n. XXVIII, *ileatnde* n. XXIX, *ileacaklo* nummorum n. 40 *bb*–*dd*, [*iletithriqn*] n. LXXIV 6–15. Cum *-puraies* fortasse componendus *Pyrresus* Celtiber Valer. Max. III 2, 21 — 21–32 *iithsiniecarse*; cf. 2, 21–27 3, 14–18. Cum *-siniecarse* compono 1, 17–23 *sinektn*. De terminatione dixi ad 3, 1–8. Cf. etiam [*tiraparsai*] n. LXXIV 16–25.

Cum in sepulcro reperta sit lammina contineatque unum saltem vocabulum 4, 1–6 *argtco*, quod ad sepulcrum spectat, inscriptionem conicio legem aliquam sepulcralem continuisse sive fortasse exsecrationem. Tales enim exsecrationes scimus Graecos Romanosque in plumbo scriptas sepulcris indidisse; nomina defunctorum vix aut raro plumbo inscribebantur. In *ecariu*, *aduniu*, *eosu* Icarum, Adonidem, Auroram nemo facile deprehendet. Itaque monumentum linguae Ibericae primarium adhuc obscurum manet.

XXIII Sagunti Antiq. Sagunti e lapide Bemb. In postrema arce in lapide muro imposito. hic arabica [sic] Mam. *En el castillo antes de llegar á la torre de Hercules, en el lienzo de la muralla á la derecha* Lum. *In the wall within the citadel at the angle on the right hand below the tower of Hercules.* lapis longus p. 1 dig. 8. altus dig. 10 (Anglicos) Conyngh. *Recently found* Class. Journ. *Dans la maison de ville* Lab. Ibi. *en las antiguas casas del ayuntamiento*, exstabat pars dimidia sinistra a. 1861. quae postea translata est in theatrum (1886). Ectypum gypseum academiae Dublinensi intulit Conyngh., ubi frustra quaesivi a. 1867 quaesiveruntque saepius mea causa amici Britanni.





Descripsi ex ectypo partem sinistram superstitem; Antiquus in cod. Filonardiano f. 27 vv. non divisis: Ioh. Bembus f. 65 v. vv. duobus; Mameranus f. 24: Henr. Palos schedae Complutenses: Lumiares *barros Saguntinos* [1779] p. 32 tab. IV 4 et *inscripciones del reyno de Valencia* p. 58 tab. XVIII 120 a Bayero acceptam (inde Conde *idololatria* schedae Matrit. E 152 f. 50; Phillips p. 192, 5: Berlanga Hisp. anterom. p. 238: Chabret *Sagunto* II p. 182, 2): Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 45 et 46, 11 (inde Trigueros schedae Matrit. *Est.* 18, 73), cuius imaginem supra repetivi; Laborde *voyage* I p. 100 tab. 143, 10; Anonymus in *Classical Journal* II 1810 p. 659, 3.

Exhibeo ectypum partis superstitis photographice expressum et imaginem Conynghami, i. e. exemplum Bayeri, quocum consentit Henrici Palos.

Titulum sepulcralem esse apparet et videtur demonstrari vocabulo primo. Interpunctionis reliquiae quamvis confusae tamen verae putandae sunt. Fortasse etiam v. 2 et 3 puncta erant terna.

Transcribo litteris Ibericis ita:

ᐅ O ⊧ X C ⁝ ϟ ᛘ C Δ ᴎ

ᛘ ᴎ ⊧ I ᴎ : ᴎ ⊧ O

⊧ ᛘ Λ Δ ᴎ ⁝ X . . .

V. 1, 5. 8 C rotunda est etiam in lammina Castellonensi n. XXII v. 3, 33 4, 5 — 9 Δ et 3, 20 Δ possunt iuxta adhibita fuisse — 10 ᴎ habent Antiq. et Bemb., Λ Mameran. et Lum. *inscr.*, I Anon., Lab. haec tantum habet CI. Sed ᴎ certa videtur, Λ v. 4, 21 aliter formata est.

V. 2, 18 O integram exhibent testes antiquiores, infra fractam reliqui praeter Lab., qui omisit.

V. 3, 1 ss. ᛉᛘΛΛΛ⁝ Antiq., ᛉNΛΛΛ⁝ Bemb., ᛉΛΔᴎ:X Mamer., ᛉᛘΛΔΛ<: Lum., ᛉᛘΛΔN:: Lab., ᛉᛘΛΔN Classic. Journ.: apparet elementa versus finem minus perspicua fuisse. Post 24 X tria minimum excidisse spatio indicatur.

Lego igitur:

a r e d e . s i e d u n ‖ *i n e i n . n e r* ‖ *e i l d u n . b . . .*

De 1–5 *arede* dixi ad n. VI. VII. XXII v. 4, 1–6; cf. n. XXVI — 6–10 *siedun*, si unum vocabulum est neque coniungendum cum vocabulo v. 2 primo, potest comparari cum *siedkto* lamminae Castellonensis n. XXII v. 1, 17 ss. et *Segeda* oppido — 11–15 *inein*: non pauca vocabula ab *in-* incipiunt, ut *Indortes Indo Indortes* virorum nomina; *-ein* terminatio satis frequens est, cf. proleg. c. III et IV § 13 — 16–18 *ner* quaeritur utrum plenum vocabulum sit an non

sequenti coniungendum. Ad nummos Narbonis *nerhncen* inscriptos n. 1. 2. 14 contuli similia; *nerseatu* est n. XXVIII, *nersnatn* n. XXIX — 19–23 *eildun*: cf. *eildu* . . n. XXXI. *ilduqlešeïn* n. XV. *ilduqith* n. 37; *Ildum* oppidi, *Ildrons* viri nomen est. *Ilerda* n. 30 et *Ilergetes* n. 31 (cf. n. 6. 8) eiusdem originis. Terminatio similis est in . . *neathun* n. L v. 4.

Fuisse potest sepulcrum *Segeduni Ineinis filii Nerii ex Ildo oriundi*: vel simile aliquid.

XXIV Sagunti. *estaba en la calle del camino real. en la cerca del huerto llamado de Armengol, frente al trinquete de la pelota, en marmol negro* Lum. *In the house of the widow Michael Serbera* [*Cervera*], *calle real, on marble*, lapis altus ped. 1 dig. 6, latus dig. 8 (Anglicos) Conyngh. *Dans la maison de ville* Lab. Videtur interiisse. Ectypum gypseum academiae Dublinensi intulit Conyngh.; v. n. XXIII.



Henr. Palos schedae Complutenses: Lumiares *barros Saguntinos* p. 32 tab. IV 6, *inscripciones del reyno de Valencia* p. 58 tab. XIII 117 a Bayero acceptam (inde Conde *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 49 v.: Berlanga Hisp. anterom. p. 237; Chabret *Sagunto* II p. 183. 6): Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 45 et 46, 9 acceptam a Bayero (inde Trigueros schedae Matrit. 18. 73: Phillips p. 193. 8): Laborde *voyage* I p. 100 tab. 143. 15; Anonymus in *Classical Journal* II 1810 p. 659. 4.

Exhibeo exemplum Bayeri, quod fere consentit cum Henrici Palos neque vero omni ex parte perfectum est. Lapis videtur et ipse sepulcralis esse propter formam: a laeva parte margo fortasse exesus fuit. unde litterae aliquot. una duaeve. exciderunt initio versuum. Interpunctio. ut in n. XXIII. punctis ternis vel binis indicata est.

Transcribo litteris Ibericis ita:

. ᴎ ⁝ ʌ ◈ X Λ ◇ ⧗ .
. > M : ᐅ ᐊ V ᴎ X Λ ϟ ⧗
. Y ᴎ ϟ ⊑ . . ᴎ ᐊ I . .

Variam lectionem Lumiaris et Labordii. qui lapidem viderunt. adscripsi non ad singulas litteras. sed versuum integrorum. brevitatis causa et perspicuitatis:

V. 1	ꟷ ʌ ◈ X Λ > ⧗ // Lum..	И : ʌ ⋿ . X Λ · > X Lab..	ꟷ : ʌ ◈ . X Λ > ⧗ Anon.
2	M ᐅ ᐊ V ∖ X Λ ϟ ⁻ // Lum..	M : ᐅ ᐊ V ᴎ X Λ ϟ X Lab..	M ᐅ ⌋ V ᴎ X Λ ϟ Anon.
3	V ᴎ ϟ Y⋿ ᴎ ᐊ ⁻// Lum..	V ᴎ ϟ ᴎ ᐊ ∖ Lab..	V ᴎ ϟ Y ᴎY ᐊ Y Anon.

Primum elementum quod servatur etiam apud Henricum Palos ꟷ est: unde potest etiam ᴎ *g* fuisse — 7 puto ◇ fuisse — 15 et 22 V possunt *e* esse.

Legendum igitur videtur:


[.] *n . ca th d l o q .* ‖ . [o] *s̀ . a r c i d l s q* . *c i s e . . i r i . .*

Cum litterae quae perierunt certo modo suppleri nequeant. de eis tantum vocabulis quaedam adnotabo. quae videntur integra esse.

cathdloq: de *oq(um)* terminatione et similibus dixi proleg. c. IV § 47; cf. etiam . . *duthoc* . . n. LXX — 10 12 *cosu* est in n. XXII V. 2, 28 31 — 13 20 *arcidlsq*; praeter *arcde* cum similibus (v. n. XXIII 1 5 quaeque ibi adnotavi) comparari potest *arcedurg* nummorum n. 23: de *esq(um)* terminatione v. adnotata ad n. XVIII 1 5 — Reliqua non attingo.

Titulus potest fuisse sepulcralis *[I]n(donis) Cathadiloq(um) [E]oss(i filii) Arcidolesq(um)* cet.; si modo patris et filii patriae vel gentilitates diversae esse potuerunt.

XXV Sagunti, in coenobio Trinitariorum caligatorum, *en la puerta del establo* Tragg., *en el segundo pilar del claustro* Lum., ibi viderunt reliqui: lapidem *(limestone)* altum esse ped. 1 dig. 8, latum dig. 8½, adnotat Conyngh. *Dans la maison de ville* Lab. Videtur periisse. Ectypum gypseum academiae Dublinensi intulit Conyngh.



Traggia in schedis Cornidis acad. Matrit. *Est.* 18, 38 bis, descriptam a Iosepho Rios *rector de Cullera*; Henr. Palos schedae Complutenses; Lumiares *barros Saguntinos* [1779] p. 32 tab. IV 6, *inscripciones del reyno de Valencia* p. 58 tab. XIII 119 a Bayero acceptam (inde Berlanga Hisp. anterom. p. 238; Chabret *Sagunto* II p. 183, 5); Conde *idololatria* schedae Matrit. E 152 f. 44 et 49 v. ex exemplo iussu Alphonsi Cano, episcopi Segobrigensis, facto; Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 45 et 46, 7 (inde Trigueros sched. Matrit. *Est.* 18, 73; Phillips p. 194, 10), cuius imaginem exhibeo; Anonymus in *Classical Journal* II 1810 p. 658, 2.

V. 1 post ◁ · punctum habet Palos — Ɣ ita ultimum elementum exhibent Lum. Conde Anon., om. Traggia. Quod inverse ponitur Ɣ pro ♈, comparandum cum ≮ et ≯ iuxta adhibitis in n. XXII 1, 8 cet. V. 2 Puncta om. Tragg. Lum. Conde, Palos et Anon. altero tantum loco habent (Ν : V). V. 3 Puncta om. omnes praeter Con. 27. 28 Ν Λ Lum. *barros*.

Transcribo litteris Ibericis ita:

Η Λ Η ◁ Ψ Ϻ ◁ ϟ Ɣ

◇ Ν Ρ Ν : V Ν Ψ Ϻ ◁ ϟ

Ε Ν Ν : Ε ◈ ◁ Ν Ν Δ

V. 2, 10 ut in n. XXIV 7. 11 videtur ◇ fuisse non plene servata; nam nec ᚦ *p*, nec Λ *l*, nec < *c* (quod V 14 est) esse potest in scriptura hac dextrorsum procedente. Puncta ante > posita litteram mutilam videntur indicare.

Interpunctio: duobus tantum locis servata quo modo vocabula distinguenda sint incertum reddit. Indicavi lineola simplici, quem ad modum distingui possint.


Legendum igitur:

hlhrt | *grsk* ‖ [o]*ian.citgrs* | *eni.ethrindu*

1—5 *hlhrt*; vocales omissae sunt, ut in *hrhsis* n. 88 *hsthuen* n. 46 *hthlaqm* n. 104 *htkšen* n. 34 — 6—9 *grsk*: *grs* redit 17—19, unde fortasse coniungenda sunt *hlhrtgrs* et *citgrs*; cf. *Garos Garonicus* nomina virorum, Gargoris rex Curetum vetustus apud Iustin. XLIV 4, 1; etiam *krsa* in nummis Gerundae n. 16 — 10—13 *[o]ian* cum *oicq* nummorum Toletanorum n. 110 et cum *Oiasso* Vasconum oppido comparandum: nisi terminatio est vocabuli quod praecedit — 14—19 *citgrs* non habeo quocum conferam nisi cum *Citania* oppidi nomine fortasse vetusto: de *grs* dixi ad 6—9 — 20—22 *eni* potest pertinere ad vocabulum quod praecedit, cum -*i* terminatione frequenti (v. proleg. c. III et IV § 13) et nominibus in -*enus* (proleg. c. IV § 13) componendum. Si novum vocabulum est, unum *Endovellicum* deum afferre possum similiter incipientem — 23—28 *ethrindu* ad nomen nummorum *ethrthr* inscriptorum n. 1, *Etmaneum* gentis Avieni v. 300, *[E]stommoqtum)* C. II 6338 *h*; in -*u* terminata habuimus n. XXII v. 2. [illegible]

Hic quoque titulus videtur sepulcralis esse: sed vocabula singula quem ad modum interpretanda sint ne divinando quidem assequimur.

XXVI Sagunti rep. a. 1887 *en el soportal de la casa plaza del Mercado n. 12*, ubi servatur: lapis parvus, altus m. 0.20, latus 0.36; litteris non bonis nec satis profunde incisis, altis m. 0.03 ad 0.035.



Descripsi ex ectypo, quod misit Chabret a. 1887, qui edidit *Sagunto* II p. 181, 1 cum imagine [illegible]: ectypum supra repraesentatum est.

Lectio omnino certa est: illud tantum quaeri potest, utrum elementum 11 ǀ fuerit an ᚦ: sed in ectypo ǀ clare apparet — 18 ᛏ item perspicua est. Puncta singularia perspicua sunt: tamen v. 1 unum, v. 2 duo [illegible] fuisse probabile puto.

Transcribo litteris Ibericis ita:

Ρ ◇ Ε · X <

Ρ Ν ↑ Ν Ν ǀ Ν · Ε Ρ <

◈ ᚦ Ν · Ρ

Legendum igitur ita:

a r e · d e [illegible]

1—5 *arede*, et quae adnotavi ad [illegible] in medio vocabulo positum videtur, [illegible] — 6—10 *unni*; [illegible] nomen Ibericum vel Celtibericum frequens est, C. II n. 2782 2811 2822 2859 [illegible] 2786. Nomina Iberica in [illegible] genetivos [illegible]

cf. proleg. c. IV § 43 — 11—16 *iiseac*; ab *ii* incipiunt nummorum inscriptiones *iithla* n. 26 *iitlh* n. 27; cf. *iithsinieearse* n. XXII 4, 21—32. Cogitavi de gentis nomine in *-ac(um)* — 17—19 *thln* clausula potest esse vocabuli praecedentis — 20 *a* singularis compendium videtur ex usu Romano profectum: nisi hic quoque ut post 3 punctum in medio vocabulo positum est: ut fuerit *thlna* nomen. *Thalna* cognomen Romanum Etruscae fortasse originis sono tantum convenit.

Erat fortasse sepulcrum *Aiuni Iiseac(um) Thalona (filii)*; scriptura multo recentior est quam n. XXII, fortasse aetatis Romanae, ut n. VI. VII; id quod etiam puncta singularia videntur indicare.

XXVII Sagunti, cippus rep. in colle castelli (*en la vertiente o falda del castillo*) in loco, qui dicitur *el Secanito del Vaquero*, in marmore nigro. Videtur periisse.



Henr. Palos schedae Complutenses: Lumiares *inscripciones del reyno de Valencia* p. 55 tab. XI 107 (inde Conde *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 50: Phillips p. 193, 6; Berlanga Hisp. anterom. p. 237: S. Sanpere y Miquel *Rev. de ciencias hist.* I 1880 p. 8: Chabret *Sagunto* II p. 184, 9).


Puncta, sed incerta, solus habet Palos V. 1 post X, 2 ◁·⊨·, 3 ǀ·⊨◁ᛗ◁ — V. 2, 12 Y Palos solus; utrum Y i. *g*. Y *t* an X *a* fuerit incertum — 14 ◁ Palos; ▷ *a* videtur fuisse. — V. 3 in. ⊓ǀǀǀǀ Palos, qui ∧ in fine solus servavit tria minimum elementa exciderunt.

Legendum igitur fortasse ita:

isidois ‖ *sere*[*g*]*e*[*a*]. ‖ . . . *ieriri*

1—7 *isidois*: comparari possunt *iršones isones* n. 54, *Isines* centuria Arvensis C. II 1064. *Isapto* nomen Balearicum C. II 3677. 3678. Cogitavi aliquando ᛗϟǀXᛟᛗϟ *isdrus* in lapide fuisse, scilicet *Isidorus* scriptum litteris Ibericis; cf. n. XXXI a — 8—14 *sere*[*g*]*ea* comparari potest, si modo cum versu novo novum vocabulum incipit, cum *Seria Serga Serippo* oppidorum, *Sergeton* mulieris C. II 2114 nominibus — 19—24 *-ieriri*: similiter terminatur *urcererere* n. XXII 1, 24—31.

XXVIII Sagunti Xim. *En la calle de Ramos, en el angulo de la casa de Miguel Cambra* Lum. *In the house of Michael Zambra, calle Ramos, on limestone*, lapis altus ped. 1 dig. 7, latus dig. 8 (Anglicos) Conyngh. Ectypum gypseum museo Dublinensi intulit Conyngh., v. n. XXIII. Archetypum videtur periisse.



E schedis Antonii Augustini habuit Ximeno *escritores del reyno de Valencia* I p. III (inde Erro *alfabeto de la lengua primitiva* [1806] p. 164 tab. 4. 2: Paluzie *paleografia* p. 81: Berlanga Hisp. anterom. p. 236); Henr. Palos schedae Complutenses: Lumiares *inscripciones del reyno de Valencia* p. 58 tab. XIII 118 (inde Conde *idololatria* schedae Matrit. E 158 f. 49 v.: Berlanga Hisp. anteromana p. 238; Chabret *Sagunto* II p. 184, 8); *Conyngham theatre of Saguntum* [1790] p. 45 et 46, 8 (inde Trigueros sched. Matrit. 18, 73: Phillips p. 193, 9).

Duos olim exstitisse lapides perquam similes, n. XXVIII et XXIX, certum est; nam Conyngham vidit utrumque; praeterea in n. XXIX addita erat subscriptio novicia, qua carebat n. XXVIII. Denique n. XXIX v. 1, 5 ᛗ. habet, ubi n. XXVIII ⊨ habet, v. 2 post 14 n. XXIX X⊨ habet, n. XXVIII ⊨ solam lacuna non indicata. Tamen potest idem homo designatus esse, lapidibus duobus in variis sepulcri locis positis, sed nomina eius varie scripta. Nam sepulcrales esse titulos ipsa brevitas indicat.

Litterae singulae clarae sunt atque consentiunt testes. Nam quod v. 1, 4 pro ϟ Augustinus ϛ habet et 5 pro ⊨ idem ∈, item v. 2. 2 ᛣ Augustinus pro ǀ∧, ex typorum inopia apud Ximenum explicatur — 14. 15 in ᛗ⊨ consentiunt Augustinus et Conyngham: ᛗX⊨ Palos: Lumiares ante ⊨ asteriscum sive x parvam posuit.


Unde legendum

nerseatn ‖ *ileatne*

1—8 *nerseatn* sive secundum n. XXIX *nersnatn* a *ner-* radice videtur derivatum esse, de qua dixi ad n. XXIII 16—18; *-atn* terminatio comparanda cum *ileatne* quod sequitur et cum *sinektn* n. XXII v. 1, 17—23, ubi de terminationibus similibus dixi — 9—15 *ileatne* sive n. XXIX *ileatnde* componendum cum vocabulis ab *il-* incipientibus multis, quorum quaedam adnotavi ad n. XXII v. 4, 11—20; praeterea cf. *ilenk* n. XXX 6—10.

Potest igitur fuisse *Nersenatinis Ileatondei (filii)* vel simile quid.

XXIX Sagunti, *in the wall of the ermita del Sangre de Cristo, on a gritstone,* lapis altus ped. 1 dig. 8, latus ped. 1 Conyngh. Similiter Conde. *Recently found* Anon. Subscriptum vel pictum erat in hoc lapide infra: ANO 405 DES | PVES DE ROMA Y 300 | ANOS ANTES DE CRISTO. Ectypum gypseum museo Dublinensi intulit Conyngh., v. n. XXIII.



Lumiares *barros Saguntinos* [1779] memorat p. 33 sed non adscribit; Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 45 et 46, 12; idem *inscripciones del reyno de Valencia* p. 158 tab. XIII 118 (inde Conde *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 48 sine subscriptione novicia; Phillips p. 193, 9; Chabret *Sagunto* II p. 182, 4); Anonymus in *Classical Journal* II 1810 p. 658. 1 cum subscriptione novicia et cum notis Drummondi ibid. p. 907—923 et IV 1811 p. 263—273; Conynghami imaginem exhibeo.

Testes consentiunt; unde legendum

nersnutn || *ĭlcatnde*

De singulis vocabulis dixi ad n. XXVIII.

XXX Sagunti, *en el hospital, suelta,* in marmore nigro.



Lumiares *inscripciones del reyno de Valencia* p. 58 tab. XIII 121 (inde Conde *idololatria* sched. Matrit. E 152 f. 50; Phillips p. 193, 7; Berlanga Hisp. anterom. p. 238; Chabret *Sagunto* II p. 183, 7).

Transcribo ita:

Λ ↑ ꟼ Ͷ .
I Λ < Ͷ ꭥ .
. . . Λ ϟ .

4 utrum ◸ an Ͷ fuerit incertum: hoc videtur probabilius — 5 elementum unum videtur excidisse, sed versus potest etiam plenus esse — 10 videtur aut ꭥ fuisse aut ◇ — 15. 16 aut Λϟ aut ◇< fuisse possunt.


Lego igitur dubitanter:

luin[.] | *ĭlenk*[.] | ...*ls* .

1—5 *luin*, nomen admonet nummorum *lluitsgs* inscriptorum n. 69 et *Lovesus Lobesus Lovatus Lubianus* nominum: vocabulum si plenum est, nomen fortasse mulieris agnoscendum, cf. prolegom. c. IV § 43 *b* — 6—11 *ĭlenk*. comparandum cum *ĭlcatn* n. XXVIII XXIX.

Potest igitur fuisse *Lovin(a) Ilcatondei k..ls* [uxor an filia?]

XXXI Sagunti, loco accuratius non indicato *(the situation of this is not noted)* Conyngh., qui ectypum gypseum intulit museo Dublinensi; cf. n. XXIII.



Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 45 et 46, 10 (inde Trigueros sched. Matrit. 18, 73; Phillips p. 194, 11).

Videtur fragmentum esse tituli plenioris. Transcribo quae supersunt ita:

ꓲ ꟼ Λ Λ Δ Λ I .


Elementa 1—5 clara sunt: 6 ꓡ nullam habet cum litteris Ibericis similitudinem: potest I fuisse, linea altera casu fortasse orta.

Unde legendum:

ciklul...

Hoc *cikdul* . . . comparari potest cum *ne*[illegible] n. XXIII 16—23. Unde etiam fieri potest, ut 5. 6 ΛI... potius Ͷ fuerit.

XXXI a Sagunti, lapis parvus repertus m. Februario a. 1892 in domo *calle del Araig, casa n. 9,* in pariete curtis. Longus est m. 0.27, altus 0.12; litterae altae sunt Latinae m. 0.045, Ibericae 0.035. Latinae videntur esse aetatis Augustae ineuntis.



Descripsi ex ectypo ab Antonio Chabret misso, cuius imaginem supra exhibeo; edidimus ego C. II Suppl. n. 6342 et Fita *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 208.

Legendum

—. *f* ⅄BIVS·M·L·ISIDORVS

/ΛII◇·⦻I/V⊑/V·H\

In Latinis olim decipiebamur ectypo minus accurato et legimus [*f*]ABIVS MESIDORVS; postea vidi in ectypo meliore quae supra dedi quaeque Chabret ex lapide comprobavit. Iberica Chabret ita legerat primum (vide *bol. de la Acad.*):

...ᛟ<Г◇·⦻I/V⊑/V·HX..

Nunc idem mecum consentit 1—4 ita suppleri posse [IΛ]X⊲H◇ — 10 H certa est — 11 quid fuerit incertum. Interpunctio videtur certa esse.

Unde fortasse legendum

[*il*]*drho.thĭnen.h.*

Bilinguis hic quoque fallit ut in n. VI. VII. Ad 1—4 comparo *ildurh* nummorum Iluronis n. 44 et *ilurir* Iliberris n. 128 — 5—9 *thĭnen* non habeo quocum comparem, sed a *thi* vocabula aliquot Iberica incipiunt. Cum lapis infra mutilus sit, quae ratio intercedat inter Iberica et Latina ne divinando quidem assequi licet.

XXXI b Sagunti *encontrada en el soportal de la casa n. 12 de la Plaza del Mercado*; ubi servabatur. Postea venit in museum Valentinum, ubi exstat Bereng.

IΛ<ᚹΨ/V·/VϟᛟX

◇Ψ<⊲·⊑I/V⊑/V

ϟ/\/\//V..

Descripsi ex ectypo, quod misit Chabret, qui edidit *Sagunto* II p. 182. 2; Petrus Alcantara Berenguer Toletanus ectypum misit Fitae, qui edidit *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 179.


Ectypum sero acceptum propterea repraesentari non potuit. Litterae sunt perspicuae, elegantes, altae m. 0.06. V. 3 elementum primum certo ϟ fuit, ultimum quod superest /V; post /V unum duove exciderunt. Fuerunt in versu hoc litterae novem vel decem.

Legendum videtur:

ilcatn·nskd
otcr·eĭnen
s . . . n .

Ad 1—6 *ilcatn* cf. n. XXVIII 9—14; ad 15—19 n. XXIII 11—15.

XXXII {*Procede de Valencia* Rada. Matriti, in museo archaeologico, cui d. 2 mensis Martii a. 1871 donum dedit Vincens Boix Valentinus; cippus rudis altus m. 0.70. latus 0.40. Ubi et quando inventus sit, frustra mea causa quaesiverunt Ios. Raim. Mélida, qui hanc musei partem curat. et Antonius Chabret; ad regionem sive Saguntinam sive Valentinam pertinere probabile est. Litterae altae sunt m. 0.03 ad 0.06, scalpro leviter scariphatae potius, ut in titulis Asturicis Latinis silicibus insculptis (C. II n. 5710—5723), et ex parte detritae.



Videtur igitur ita transcribenda esse:

. . ʼ N Ɣ ⊗ Ν
. . ⸗ ⊨ Ν
. . ∢ Ψ X
. . Y ⊨ ϟ . X ◇ Ψ
. Y ∧ ♀ I [◇] Y .
Y A ϟ ↑ Ν ꟿ ∧
√ ◇ ꟿ Ν ᐅ I ♀
I ʍ < ◇ Ψ I Ν
ᐅ Y ⊨ X ↑ Ν ꟿ ∧
ᐅ I ⧗ ⌐ Ψ ⊨ ⌐ I ∧
⁝⁚ I I

et legenda:

. . . *g u th n*
. . . *e n*
. . [*a*] *t d*
. . *u e s* [.] *d o t*
. *u l r i* [*o*] *u* .
u ct s u n i c
[*g*] *o i n a ī o*
t š e o t i n
e u . *l u n i* .
e i q g t e g i a
. . *ī*

Descripsi a. 1886 et denuo contuli a. 1889 atque ectypum sumpsi, quod supra propositum est. Ioh. de Deo de la Rada *noticia del museo arqueologico nacional* (Matriti 1876) p. 82 memorat tantum, non edidit; unde inedita mansit.

Lapidis superficies ex parte desiluit; unde litterae complures aut plane interierunt, ut v. 1—4 in., aut ex parte mutilae sunt, ut vv. 4. 5. Imaginem ex ectypo sumptam photographam cum lapide accuratissime contulit a me rogatus Mélida, socio assumpto Emmanuele Gil y Flores numismatico, litterarum Ibericarum perito. Unde de lectione iam constat, quatenus fieri potest.

Supra nihil deest; apparet lapidem ab omni parte integrum esse; sed superficies supra a sinistra mutila est.

V. 1 in. desunt elementa non minus duo; tertii apex superest — 4 quod superest primum, quamquam non satis perspicuum, Ν, *g* videtur esse, cf. V. 10, 4 — 5 Ͷ, nam lineam additam Ͷ casui tribuo — V. 2 et 3 in. item duo minimum elementa desunt, tertii restant apices — V. 3, 3 primum quod superest elementum aut X fuit aut ≮; hoc veri similius est. Fortasse ≮ *ce* est inverse positum — V. 4 in. duo elementa desunt — 3 primum quod superest mutilum (fuit fortasse Ͷ, *u* — 5 ϟ potest ϟ fuisse, ut V. 6, 3 — 6 interiit totum — 7 X potest fuisse — 8 ◇, fortasse ◇ — 9 Y in lapide apparet — V. 5 in. paene evanuit elementum unum, fortasse ◇ — 2 quod sequitur Y perspicuum est — 3. 4 ⊨ 1 ♀ item perspicua sunt — sequuntur ante Y duo incerta: (, fortasse I, et ◇, fortasse *o*. In fine deest elementum unum — V. 6 in. nihil videtur deesse: quod post Y sequitur 2 ⊚ videtur *ca* esse aliunde notum; post A in lapide superest lineola \ — 3–7 perspicua sunt — V. 7 in. hic quoque nihil deest. 1 ⺋ *g* in lapide apparere affirmat Melida, in ectypo ⊦ est — 2–7 inter ◇ et Ν nihil deest: quod potest pro puncto rotundo haberi, ut v. 10 post 4, casu ortum est — V. 8, 1 quod in. fuit elementum I esse in lapide apparuit; reliqua 2–7 certa — V. 9, 1. 2 ▷ Y dedi Melidam secutus, qui affirmat haec in lapide distingui — 3–7 certa sunt — 8 Λ, non N in lapide est — V. 10, 1 aut ▷ *a* aut O *o* fuit — 4 ⊦ *g*, ut V. 1, 4 — Punctum, ut V. 7, casu ortum — 7. 8 ⊢ I, non N in lapide esse affirmat Melida — 9 Λ, non Ν, ut V. 9, 8 — V. 11 primum elementum, si vere fuit L, inter Iberica praeterea non occurrit (nam n. XXXI 6 prorsus incertum est); casui tribuit Melida — quae sequuntur duo I fortasse numerum indicant.

Mirum est, quod Y sexies v. 1 4 5 bis 6 in. 9, ↑ bis v. 6 et 9 iuxta leguntur; vide prolegomenon cap. III § 5.

Vocabula cum quemadmodum distinguenda sint non appareat, in universum quidem veri simile est cum versibus convenire; sed hoc quam incertum sit non est quod moneam. Versuum divisiones secutus haec adnotavi.

V. 1, 1–7 ...*guthn* et 2, 1–5 ..*en* terminantur similiter atque alia vocabula Iberica; cf. n. XXII V. 1, 17–23 — V. 3, 1–5 ...*cetd*: *t* et *d* similiter coniunguntur in nummis *tdum* inscriptis n. 109 — V. 4, 7–9 *dot* fortasse componendum cum *Dutaius Doutius* nominibus — V. 5, 6. 7 *ou* diphthongum tantum in titulis Ibericis, qui Latinis litteris scripti sunt, non in Celtibericis exstare dixi proleg. c. IV § 4; cf. *sierouciut* n. XLIV v. 5 — V. 6, 1–7 cum *ucasunic* comparo *Ugia Ucubi* oppidorum, *Uccaba Uccius* hominum nomina; terminatur ut V. 9, 1–8 *auedunic*; cf. *uninaunin* et *unininit* n. XLIV v. 2. 4 — V. 7, 1–7 *[g]oinaïo* fortasse cum *goemina* n. XLVII 1 componendum; si *[p]oinaïo* legitur, vix illud licebit ad Poenos referre; *Poemana* Celticum est, cf. prolegom. c. IV § 42 — V. 8, 1–7 *ïscotïn*; conferri potest *Lascuta* oppidum, de *-ïn* terminatione cf. n. XXIII 11—15 — V. 9, 1–8 *auedunic*, cf. V. 6, 1–7; *edunic* componi potest cum *edin* nummorum n. 4. 6, Edetanorum populo, *Edeco Edesco* virorum nominibus, *Edunnis Edunn* Aquitanicis — V. 10, 1–5 *aïggt*; cf. *aicag* n. XXII V. 4, 7–10. Praeterea *oieq* est in nummo Toletano n. 110 — 6–9 *egïa* fortasse componendum cum *cearin* n. XXII V. 2, 10–14 *equlce* n. LVIII V. 3. 4, *Egara Egelesta* oppidorum, **Egoitus* viri nominibus — V. 11, 1. 2 si numeri sunt, fortasse ad exemplum Romanum scripti sunt.

Quamquam nihil certi intellegimus, tamen titulum sepulcralem non esse satis tuto contendi potest. Fuitne cippus terminalis? Cf. ad V. 11 dicta, et n. XLVI.

XXXIII Ilici, fragmenta vasculorum, quae invenit et servabat Ibarra; iam cum sylloge eius translata sunt in museum archaeologicum Matritense, excepto *b*.



Aurelianus Ibarra *Illici* p. 31 tab. I 1—5 (*a*—*e*) qui alia se omisisse affirmat, quae legi non possent: *f* addidit Petrus Ibarra.

Petrus frater scriptoris defuncti quod servat fragmentum *b* accuratissime a fratre delineatum esse mihi affirmavit. Idem quod addidit *f* censet Iberice inscriptum esse. Sed fratres ambo quamquam nulla opinione ante concepta atque diligentissime quae viderunt depingunt, tamen dubitare licet, utrum haec vere Iberica sint an Latina mutila et incerta. Sed cum Tarracone quaedam eius generis prodierint (supra n. XIII), nolui Ilicitana haec prorsus omittere; interpretari autem non audeo. De fraudibus, ut Tarracone, hic cogitari omnino nequit.

IV. CELTIBERIA INTERIOR

Celtiberi in quibus paeninsulae regionibus habitaverint quamquam Strabonis auctores fide dignissimi, Polybium dico Posidonium Artemidorum, satis accurate indicaverunt, tamen licebit in monumentorum tanta penuria comprehendere hoc capite monumenta locorum dissitorum, quae fortasse non omnia intra fines Celtiberiae propriae cadunt. Monumenta autem, quae inde prodierunt, cum lammina Castellonensi (n. XXII) et cum cippo Valentino (n. XXXII) inter linguae Ibericae primaria numeranda sunt: patera Segoviensis (n. XXXIV), quae tamen fortasse ad ulteriorem potius provinciam pertinet, et lammina Luzagensis (n. XXXV). Reliqua, cippus Cluniensis (n. XXXVI), arula in *Pedregal* reperta (n. XXXVII), sigillum aureum Alcazarense (n. XXXVIII), tesserae hospitales Bayonensis (n. XXXIX) et Segobrigensis (n. XL), vascula argentea Castulonense (n. XLI) Italicum (n. XLII) Siciliense (n. XLII *a*) Alcornocalense (n. XLIII), tessera denique plumbea Palmensis (n. XLIII *b*), quamquam paucorum verborum omnia neque omnia lectionis prorsus certae, tamen faciunt et ipsa ad linguae Ibericae varietatem paullo accuratius cognoscendam. In fine posui monumentum Castulonense litteris Latinis scriptum ab utraque parte, ab altera prius perscripta vocabulis peregrinis paene omnibus, exceptis defuncti nominibus (n. XLIV), ab altera, quae paullo recentioris aetatis est, nominibus defuncti Latinis, originis indicatione peregrina (n. XLV). Praeter falsa quaedam vel suspecta exigui momenti (n. XV*—XVIII*) cadunt intra huius partis fines monumenta reperta in colle sanctorum *(el Cerro de los Santos)* prope Yeclam regni Murciensis, quorum titulos falsos Ibericos memoravi proleg. c. II § 29, Latinos C. II p. 955. Tamen hic quoque videntur non prorsus tacendi esse, cum praesertim post longum silentium nuper denuo monumenta regionis eius virorum doctorum oculos in se converterunt. Scilicet ante triginta annos amplius, circiter a. 1860, in colle aliquo, qui pertinet ad montes *de Alcaraz* et *de Segura,* sito illo ab *Albatana* versus septentriones, ad orientem ab *Albacete,* leugas quattuor ab *Almansa* et unam versus meridiem a *Montealegre*, murorum vetustorum, aedificii alicuius oblongi parietinae, fragmenta operis tectonici varia, reliquiae pavimentorum, tegulae aliaeque res antiquae variae repertae sunt; ut exposui *Arqueologia de España* p. 236. Circa aedificium illud, quod templum fuisse credebatur, prodierunt signa circiter viginti variae magnitudinis ex lapide calcario, mulierum potissimum stantium et vascula manibus duabus tenentium, et signorum aliorum fragmenta, capita virorum mulierumque, statuae deinde aliquot mulierum sedentium; quae omnia nunc exposita sunt in museo archaeologico Matritensi. Fraudes eis inmixtae pueriles, quarum inscriptiones sive Latinae sive Hispanicae risum movent, illud effecerunt, ne quis ne ea quidem monumenta attingere auderet, quae fraudis suspicione carent. Nuper duo viri docti Leo Heuzey Parisinus artis antiquae perquam guarus (in *Comptes rendus de l'Acad. des Inscr.* a. 1890 p. 125 ss. et in *Revue d'Assyriologie* II 1891 p. 96 ss. cum tabulis) et Maximilianus Junghändel architectus Germanus (in *Verhandlungen der Berliner anthropologischen Gesellschaft* 1892 p. 69—82 cum tabula) de statuis illis verba fecerunt. Sed quidquid illi de aetate statuarum iudicaverunt — docte et circumspecte eos iudicavisse libenter agnosco, an verum viderint, dubito —, titulos statuis inscriptos sive Graecos Latinosque sive Aegyptios Ibericosque omnino non attigerunt. Ibericos omnes sive qui pro Ibericis habendi videntur, cum nec Graeci sint nec Latini, cur falsos esse iudicem infra e textu ipso (n. XIX*—XL*) affatim puto apparebit.

Castuloni Petrus Valera sive Trigueros titulos falsos duos tribuit (n. XLI* XLII*).

XXXIV Segoviae a. 1888 ineunte in horto quodam reperta est patera ex argilla rubra, sed nigro colore tecta (videtur similis esse figlinorum e Campania prodeuntium), rotunda, diametri m. 0.48. Intra in margine summo inscriptio est constans litteris prominentibus, altis m. 008, numero LXXXI (Heissius LXXVIII tantum computat). Sequuntur ornamenta palmarum quae dicuntur et florum et altera inscriptio in circulo interiore, litteris item prominentibus, altis m. 0.012, numero XXXIII (secundum Heissium XXVII). In umbilico ramo cincto est imago hominis armati stantis, dextra tela tria, sinistra hastam tenentis. Servat Parisiis Stanislaus Baron.


3



2 4

1 5

Inscriptio marginis summi, sinistrorsum procedens, ita ut capita litterarum introrsum, pedes foras spectent, initio certo nullo, haec est:




Transcribo ita:

a




Inscriptio circuli interioris item sinistrorsum procedens et similiter collocata haec est:



Transcribo ita:

b



Heiss *gazette archéologique* XIII 1888 p. 313 ss. cum tab. 40 phototypica et imaginibus inscriptionum eis, quas supra repetivimus.

Scriptura sinistrorsum directa in universum ulteriori provinciae magis convenit, quam citeriori: sed fortasse inde tantum orta est, quod figulus in forma matrici litteras inscripsit dextrorsum. Heissii imagines accuratissimae — nam pateram ipsam videre mihi non contigit — de eius vetustate dubitationes omnes, quae ab imperitis tantum proferri possunt, prorsus excludunt. Talia enim fingendi difficultas tanta est, quam nemo facile vincat hominum eorum, qui lucri causa res veteres imitari suscipiunt. Ceterum Heissius, numismaticus cautus et fraudium, quales Parisiis antiquitatum amatoribus offerri solent plurimae, peritissimus iudex, de vetustate paterae dubitari non posse disertis verbis exposuit. Idem observavit artem vascula argillacea similia faciendi in regionibus illis Hispaniae, ubi patera prodiit, item in regno Valentino et in Africa inde a vetustissimis temporibus ad hanc aetatem perdurare. Scripturae indoles in universum perspicua est, quamquam litterae aliquot propter argillae superficiem detritam, scilicet formae matrici insculptae a caelatore et in argilla non satis profunde expressae, paene prorsus evanuerunt; atque ipsa in formis variis adhibendis inconstantia Iberis propria videtur. Editor in enumeratione elementorum omisit *a* 1 22 51 et *b* 1 13, quae pro interpunctionis signis habuit. Praeterea elementa *a* 42 43 45 46 47 52—57 62—65 67—69 79 81, item *b* 3 6 7 9—14 21 30 incerta esse significavit. Heissii imagines lineas quoque fortuitas, quae ad litteras non pertinent, accurate repraesentant; quas studui ab illis seiungere. Textum interpretari Heissius non temptavit.

De elementis singulis haec adnotanda videntur.

a 1 ɏ sive ⊣ redit 37 38? 58 66 *b* 8: ⋺; ɏ *a* 27; ɏ 32 79 *b* 19 30; ∃ videtur esse *b* 31 — 4 Ⴗ et ⋎ promiscue adhibita sunt. illud Ⴗ 4 39; hoc ⋎ *a* 16 *b* 4: praeterea accedunt formae ᒣ *a* 42, si recte depingitur, et ulterioris propria ʎ *a* 57 81 — 5 ʌ semel exstat (nisi forte redit *a* 69), praeterea septies ᗑ 18 33 44 55 60 *b* 14 22, semel ᗑ *b* 5 — 6 ⋟ clarius quam in imagine *a* in vasculi ipsius (p. 167) apparet, neque obstat, quod idem elementum redire non videtur; nisi forte > fuit, ut *a* 29 *b* 17 — 7 ᗅ iuxta ◇ et ◇ *th* esse veri est simile; quod lineam habet mediam perpendicularem, casui tribuo. Redit *a* 52? *b* 2 — 8 ≷, quod redit *a* 13 22 51 *b* 1 33 iuxta ʍ *a* 49 adhibitum, pro *s* habendum videtur — 9 ◇ 12 ◇ 20 ◇ 41 ◇ 59 ⦸ omnia *o* videntur esse non satis aequabiliter formata — 27 ad ⊴ cf. *a* 1 — 38 elementum quale depingitur aut ⊣ esse potest aut O adiecta linea perpendiculari fortuita; hoc praetuli. Cf. ad *a* 1 — 41 ◇ elementum mutilum videtur *o* esse — 42 cf. ad *a* 4 — 45 elementa confusa ᛘ, 46 X, 47 ᛋ esse possunt: 47 comparari potest cum *a* 62 et 77. Fortasse *g* significant — 49 ʍ *š* semel occurrit — 50 ᚦ item semel occurrit et incerta est — 52 53 incerta sunt: ad 52 cf. *a* 7 — 54 ᗅ videtur satis certum esse — 55 cf. *a* 5 — 56 Ⴤ esse probabile est — 57 cf. *a* 4 et 81 — 62 cf. *a* 47. 77 et *b* 23 — 67. 68. 69 incerta sunt: si 69 X est, ⊃⊃ quae restant non facile explicantur — 73 ▷ hic et *b* 26 legitur; praeterea ◁ est *a* 21 48 64 *b* 32: sed *a* litteram videtur significare ubique — 75 ⊣ hic solum legitur; estne *z*? cf. Ⴗ 80 — 77 cf. 47. 62 — 80 Ⴗ, non Ⴜ, est: propterea quod sequitur ʎ: sed num ↑ praeterea *u* sit, nescio quid significet; cf. 75.

b 6. 7. 9. 10. 12. 13 paene prorsus evanida sunt; 8 ∃ et 11 Ⴤ aliqua cum probabilitate definiuntur — 16 elementum hoc redit 18. 20. 29; cum ⚲ non esse possit collato n. 25 ⚲, pro ↑ male picto habendum est — 21 ∍ distinguitur: sed quae sequuntur ante 22 ᗑ lineae confusae sunt neque litterae certae videntur esse — 25 ⋎, quamquam non satis perspicuum atque diversum aliquanto ab *a* 47 62 77, tamen et ipsum pro *g* habendum est — 28 ⅃ videtur esse *m* litterae forma ea, quam ex nummis n. 188 (cf. 74 *c* 86 *b*) et fortasse ex titulo n. LXXII 17 novimus.

Scriptura sinistrorsum directa, ut supra dixi, praeterea vero etiam formae litterarum Ш ᗅ ʎ ʍ ⅃, quas Heissius non neglexit, ad ulteriorem provinciam ducunt: unde de loco, ubi inventa sit patera, dubitare licet, quamquam potest aut casu antiquitus Segoviam pervenisse aut casu ibi venum iisse. De litteris singulis supra dictum est: Ɲ omnino deest, nisi latet in *a* 53 Ɲ. Initium scripturae cum non indicatum sit neque vocabula singula distincta, lectio certo stabiliri nequit. Unde Heissii imagines incipiunt, ego quoque, ut facilius legeretur, initium feci. Initium circulorum duorum Heissius aliqua cum probabilitate ex collocatione imaginis, quae in media patera est, et ex ornamentorum dispositione desumpsit. Quem secutus sum in re incerta; initio certo nullo etiam vocabula singula certo definiri non posse apparet. Tamen singula vocabula quemadmodum distingui possint indicavi lineolis simplicibus : duplices ⁞ indicant initia versuum in imaginibus supra propositis. Sed tenendum est vocabulorum hanc divisionem arbitrariam esse.

Legenda autem videtur ita fere:

a *eqticace* | *thsotqos* | *krica* || *moas* | *lurtekcr* | *qecatque* || *eito*
igcatdga | *š*[.]*sthnqcati* || *eocatgla* | *he*[..]*dutrar* | *ziggqezi*

b *stheica*[..]*e*[..]*t*[..]*ca* | *qu* || *cueucecaggratmue* | *eas*

a 1—6 *eqticace*, cf. *b* 8—14; vocabula ab *ec-* *eg-* *eq-* incipientia composui ad n. XXXII V. 10, 6–9 — 7—13 *thsotqos*; in lammina Gadorensi n. LVIII quater legitur *thsšdaiemsu*; de *-qos* terminatione dixi proleg. c. IV § 11 — 14—22 *krica moas*; cf. *kricarsense* n. XXII V. 3, 19–28 — 23—30 *lurtekcr*; cf. *lutacei* n. XXXV V. 2 quaeque ibi attuli; terminatio non absimilis est in *urcecerere* n. XXII V. 1 24–31 — 31—37 *qecatque*; cf. *cat* 44. 45, 55. 56, 60. 61 — 38—48 *eitoigcatdga*, nisi duo sunt vocabula vocabulorumve partes; de *-cat* modo dixi, *td* coniunguntur in *tdum* n. 109 — 49—57 *š*[.]*sthnqcati*; in *-i* terminantur vocabula Iberica non pauca, cf. infra 75—81; de *-cat-* v. 31—37 — 58—64 *eocatgla*; de *-cat-* v. 31—37; de incipientibus ab *eo-* dixi ad n. XXII V. 2 28–31 — 65—74 *he*[..]*dutrar*; de *-ar* suffixo Iberico dixi proleg. c. IV § 37. 43 — 75—81 *ziggqezi*; in *-i* terminata habuimus n. IV 4—11 XV 1—8.


b 1—7 *stheica* ..; fuit fortasse *-cat-*, ut *a* 33. 34, ubi vide — 8—14 *e*[..]*t*[..]*ca*; comparandum fortasse cum *a* 1—6 *eqticace* — 15—21 *qucueuce*; cf. *quo.oqih.mii* n. XLIX *e* — 22—27 *caggrat*; cf. *cacale* n. L v. 1, *Cacalo Caecossa* hominum nomina; cum *qrat* comparandum *areiqratqš* n. 79 *t* et *qrtca* n. XXXV V. 2. 6 XXXIX — 28—33 *mueeas*; cf. *muiticas* n. XLVI V. 4; *-eas* terminatio redit n. LVII V. 10.


In tanta totius monumenti obscuritate licuit tamen similitudines quasdam cum vocabulis Ibericis aliunde notis expiscari; sed cuius generis inscriptio fuerit, num fortasse votiva, nullo modo divinare licet. Aetatem monumenti propter fabricam Heissius Augusti fere suspicatus est; mihi aliquanto vetustior videtur.

XXXV *Lúzaga*, lammina aerea, rep. c. a. 1877 loco quodam deserto prope *Huerta Hernando*, dicto *el despoblado* sive ab accolis *Luz bella* (?), *partido de Cifuentes*, *provincia de Guadalajara*, leugis a Segontia *(Sigüenza)* quattuor, ad sinistram Tagonii fluvii ripam; servatur in *Huerta Hernando* vico a loci domino Ioh. Maria Morali. Alta est lammina m. 0.15, lata 0.16, inscripta litteris altis m. 0.01, punctim incisis; insunt foramina septem, quattuor in angulis, ut affigi lammina possit, tria amplius in media. quae videntur addita esse aetate recentiore.

[Imaginem vide in pagina sequenti.]

Transcribo ita:





Fita *bol. de la Acad.* II 1882/83 p. 35 ss. cum imagine optima eiusdem atque archetypum magnitudinis et eisdem coloribus picta; quam omisso colore supra repetivimus. Addita est epistula Iacobi Zobel continens commentarium grammaticum, qua lectionem stabilivit et illustravit.

Legendum videtur:

areqratokš · caruh · cecei
qrtea · lutacei · angš · irasihea
erea · uela · teersekš · šh
ucisui · mlaihonoc
ceciš . cariqoe · ceciš
šdn · qrtean · elasuchn
caruh · thecs · ša qrtea
thiuhreigš

Zobelius inscriptionem tribuit aetati nummorum Ibericorum quartae. quam voluit, incipienti a bello Numantino; mihi paullo vetustior visa est. Una repertus est denarius Aregradensis n. 79; atque etiam litteratura convenit cum regione Numantina.

Formae litterarum regionis eius consuetae sunt excepta una G. quam Zobelius agnovit eandem esse atque ᐸ *ce*, scilicet linea. qua ab < vel C *c* simplici distinguitur, paullo aliter apposita, fere ut in G Latina. Tamen G Iberica *g* esse non potest: quae hanc ✓ formam habet v. 2 et 8, cum *c* V sit v. 1. 3. 6. Similis *c* litterae forma V redit in nummis *hilauces* inscriptis n. 75 regionis eiusdem, in quibus et ipsis *šhš* legitur, quocum *šh* v. 3 huius lamminae comparari potest. P *a* quater v. 1 bis 2. 7. quinquiens ita ▷ vel D v. 2. 3 bis 4. 6 scribitur: ✶ et ✱ pro *k* bis v. 1 et 3. Deest omnino *p* littera, item, fortasse casu, ♁ *k*; X *d* semel legitur v. 6, item *m*. cui deest hasta inferior. W pro Ψ v. 4, fortasse sola scalptoris neglegentia. Reliqua facile leguntur. cum praesertim vocabula singula punctis vel singulis vel binis distinguantur. Interpunctio enim perspicua est: v. 3 post ⋸ φ V ▷ latet sub aerugine. sed in archetypo cernitur.

Ad vocabula singula haec adnotanda sunt.

V. 1 Idem *areqratokš* vocabulum, id quod Zobelium fugere non potuit, redit paene aequaliter scriptum *areiqratqš* in nummis n. 79, quae Numantiae ipsi vel Agredae oppido vicino tribuuntur probabiliter. Unde a nomine oppidi inscriptionem incipere putabat. Cum oppidi vocabulo sane comparanda etiam *argtco* n. XXII V. 4, 1–6 *arethg* n. VII et similia, quae composui ad n. XXII quaeque credi possunt tumulum significare. Oppidi nomen indidem potest derivatum esse. — *caruh* vocabulum alterum redit v. 7 ineunte; in *u* terminata habuimus supra n. XXII, ubi vide — *cecei* tertium bis v. 5 paullo aliter ita *ceciš* inflexum; *cecei* admonet *kiceaie* terminationis. quae bis legitur in tabella Castellonensi n. XXII v. 1 et 2.

V. 2 *qrtca* bis redit infra v. 7 et v. 6 paullo inflexum *qrtcan*; infra idem exstat in titulo n. XXXIX. Unde apparet appellativum esse. non nomen proprium — *lutacei* nomen fortasse eiusdem oppidi esse, quod hodie *Lúzaga* appellatur, Zobelius coniecit probabiliter; *lutaqš* scriptum est in nummis huius regionis n. 82, ubi vide, Λουτία apud Appianum Hisp. 94.

V. 3 In *erca* et *uela* vocabulis et ipsis oppidorum nomina latere putat Zobelius. Atque sane comparari possunt *Ercavica* n. 94 regionis Segobrigensis et *Velia*, de qua dixi ad n. 56; memoratur apud Plinium III 26 et Ptolemaeum II 6, 64. Tamen cf. etiam *erba* tituli n. XLVI v. 4 — *šh* comparandum cum *šhš* nummorum n. 75 et 79, v. supra adnotata. Cf. etiam n. II.

V. 5 De *ceciš* v. ad n. 1 adnotata — *cariqoe* cum Cara oppido et Carensibus comparandum, de quibus dixi ad nummos huius regionis n. 71 inscriptos *caraues* et *caralus* — Cum *šdn* fortasse *sicdun* tituli Saguntini n. XXIII comparandum est.

V. 6 De *qrtcan* dixi ad v. 2 — *elasuchn* comparari fortasse potest cum *Elaisicum* gentis nomine C. II n. 5763.

V. 7 Ad *caruh* cf. supra v. 1 — Cum *thces* conferri possunt nummorum *ttaqš* n. 76 et *hztces* n. 61 — Post *ša* in foramine excidit fortasse interpunctio tantum, cum sequatur *qrtca*, cf. v. 2 et 6.

V. 8 Cum *thiuhreigš* comparanda videntur *Turriga* Callaeciae apud Ptolemaeum II 6, 22 et *Turgalium* C. II p. 74.

Instrumentum in aere inscriptum maioris sine dubio dignitatis fuisse putandum quam lammina Castellonensis plumbea n. XXII: oppidorum nomina si plura recte agnoscuntur, de tabella foederis fortasse cogitandum. Sed modulus exiguus facit potius, ut tabellam sive hospitii sive patronatus esse existimem. quales in eiusdem generis lamminis aereis in Hispania prodierunt complures (C. II 1343 2210 2211 2633 2958 2966 3695 5792). Cf. tesserae hospitales n. XXXIX. XL.

XXXVI Cluniae *(Peñalva de Castro)* repertus a. 1774 in moenibus oppidi vetustis; cippus supra semicircularis, diametri *poco mas que media vara*, i. e. circiter m. 0.50; a. 1804 paene interierat fumo. Nescio ubi exstet.



Loperraez *historia del obispado de Osma* II p. 327 tab. fig. 1; Erro *alfabeto de la lengua primitiva* [1806] p. 155 tab. 4. 1 ab amico acceptam: (Paluzie *paleografia* p. 81: Berlanga Hisp. anterom. p. 235).

Tertium elementum apud Loperraez O. apud Erro ⚲ est: quod praefero.

Transcribo ita:

5
ꟿ ↑ ⚲ ↑ A ᗊ ꟿ ᗊ ↑

Legendum igitur:

5
n u r u ca a i u u

Fortasse *Nuruca Aiau(ni)*.

Unum novi nomen simile Asturis *Noreuus* C. II 5745; in *-uca* terminata plura, ut *Pusiuca*; deinde *Albuquius* Lusitanum et *Contucius*, fortasse Celtica: *sisuc* in nummo n. 188. Conferenda etiam oppidorum nomina *Iptuci Arucci Itucci*. De *Aio*, *Aionis* dixi ad n. XXVI.

XXXVII *El Pedregal* prope *Guadalajara*, repertus circa a. 1860, cippus rudis, altus m. 0.42, latus supra 0.39, infra 0.22; servatur Matriti in bibliotheca Academiae regiae historicae; litterae altae sunt m. 0.03, evanidae.

a



Descripsi a. 1881: ectypum misit Fita a. 1889, quod iuxta repraesentatum est. Romanus Andres de la Pastora misit Academiae *bol. de la Acad.* II 1882-83 p. 170, ubi tamen titulus non adscribitur.

Transcribo ita: Λ O Γ ξ Λ

et lego: *l o p s* [*a*]

Ultimum elementum aut ᐱ aut ᐅ fu[illegible]se putandum.

Fita et ipse legit *lopsa*, cogitans de *L*[illegible]*sa* nomine Iberico frequenti: probabiliter, cum *p* et *b* apud Iberos promiscue usurpari videri-mus. Sed potest etiam arula fuisse deo alicui sacra.

Ibidem prodiit fragmentum lapidis alterius, servatum una cum priore, in quo has litteras distinguo, altas illas m. 0.045:

b



Ectypum misit Fita.

Legendum [illegible]

XXXVIII *Torre de Alcazar*, rep. a. 1842 in praediis marchionis *de Acapulco*, sigillum aureum, altum m. 0.025, quod repraesentat puerum nudum sedentem et manibus tenentem volumen sive schedam rotulumve, in quo haec inscripta sunt litteris gracilibus. In museum Stockholmense cum nummis Lorichsii non venisse sciscitanti officiose rescripsit Ioh. Hildebrand musei illius director.



Lorichs *recherches* p. 206 tab. XXXIII acceptam a marchione de Acapulco.

Transcribo ita:

Ⴗ M ⅂ Ⴗ ⊙ V
ᛚ I X ʍ ᛚ

Lego:


c o n p š i
l š d ĭ l

Zobelio inscriptio visa est ita legenda esse VϾNΛMV|ΛMXIΛ; certe sinistrorsum scripta videtur esse propter collocationem tantum voluminis.

2 Ɔ videtur ⊙ esse; reliqua elementa satis perspicua sunt paene omnia — 9. 10 incerta sunt; possunt fuisse aut Ⴗ aut XI; hoc praetuli — 7 et 11 ᛚ *l* sunt.

Probabile est sigillum ex metallo pretioso factum, Graeci fortasse artificis opus, votivum fuisse. In *conp(e)ši* fortasse dei nomen agnoscendum Compessis a loco aliquo dicti, in *lšdĭl* dedicantis *Lesudilis*; vide *liseacthln* (?) n. XXVI et virorum nomina *Lesuridantaris* C. II 2900 *Lesso* C. II 3852.

XXXIX *Los Fosos de Bayona*, qui est locus desertus moenibus cinctus cum portis sex et aedificiis vetustis, dictus *Villarieja* sive *la Redonda*, provinciae *de Cuenca* prope *Huete*, inter *Montalbo* et *Saheliers*, *el Hito* et *Rozalén*, in via antiqua Matrito Valentiam; ibi reperta est m. Ianuario a. 1876 cum nummis aliquot Ibericis tessera aenea forma apri dimidiati; longa est m. 0.055, alta 0.037; in facie interiore inscriptus est titulus litteris punctatis, altis m. 0.004.



Aurelianus Guerra *bol. de la Academia* I 1877/79 p. 132 (cf. XV 1889 p. 144) cum tabula, acceptam a Braulione Guijarro Huetensi (inde Heiss *gazette archéologique* XIII 1888 p. 320).

Transcribo ita:

ᛚ Ⲙ Γ ᚠ Λ
⧗ ◇ Ψ Λ · Λ ◇


Legendum:

l i p a ca | *q r t ca · car*

Fita olim legit *nibak|qrzkkr*, iam lectionem hanc vix defensurus. Cum *lipaca* cf. nummus n. 55 *lipaqš* inscriptus; *qrtca* redit ter in n. XXXV.

Tessera videtur indicare societatem inter Lipacenses et Carenses; *qrtca* enim appellativum esse indicavimus. Forma similis est tesserarum Italicarum, ut Fundanae vetustae in piscem formatae (C. I 532 = X 6231) et sequentis n. XL.

XL Matriti in museo archaeologico, tessera aerea in caput bovis dimidiatum formata, alta m. 0.035, longa 0.045. Unde provenerit ignoratur.



Descripsi a. 1889 misitque descriptam accurate Raimundus Ios. Mélida musei curator. Idem postea subministravit ectypum gypseum, unde imaginem supra propositam desumpsi.

In ectypo gypseo partis interioris tantum titulus apparuit; cum ectypi conficiendi causa aes purgatum est, etiam partis externae comparuit.

Scriptum est enim in parte externa litteris minimis, leviter incisis et ex parte detritis

ΜⱵΧΓ♀ᛘ♀Ιϟ

in parte interna litteris paullo maioribus et clarioribus, punctim incisis

ΜⱵΧΓ♀ᛘ♀Ιϟ

Legendus igitur uterque titulus

šeqpriris

Ad Segobrigam referendum esse iam intellexerat Castrobeza musei quondam curator collatis nummis n. 89 inscriptis ΜⱵΧΓ◇ᛘ‹ϟ *šeqprices*; a *ris* vix alterum vocabulum incipit, sed terminatio variat.

De antiquitate ne dubites. Aut tessera hospitalis est aut massa metalli pro moneta inserviens.

XLI Castulone, vasculum argenteum forma pilei (veluti pileus Ulixis et nautarum), extrinsecus sine ornamentis, pondo unciarum Hisp. 10. capax unciarum aquae 24 (= 690 gr.), altum m. 0.105, diametri supra m. 0.137. Margo interior ornatus est linea lunularum 20 ad 24 sinistrorsum positarum. Repertum est a. 1618 *en tierra de Torres, lugar del Marqués de Camarasa, tres leguas de Baeza* (Vivatia) *y no lejos de Cazlona* (Castulo). Servabat marchio de la Aula una cum nummis argenteis Ibericis octo et denariis Romanis numero 683, quos continebat. Exinde aut periit aut latet. Extra iuxta marginem titulus scriptus est litteris punctim incisis:



Discurso del Marqués de la Aula sobre el vaso y medallas que se hallaron en Cazlona año de 1618, quem servabat manu eius scriptum Antonius Delgado (apographum a Mosti a. 1762 factum apud eundem utilitatis nullius est), item epistula eiusdem inscripta *carta del Marqués de la Aula escrita á Rodrigo Caro desde Estepa en 15 de Febrero de 1623*, cuius archetypum periit, apographa servabant Cardenas et Bravo: hoc nunc Aurelianus Guerra Matriti possidet. Epistulam illam habuit Velazquez sched. Matrit. 62 *Est.* 22. 100 et ex parte edidit *ensayo* p. 123 cf. p. 163 cum tab. XIX 5 (inde Terreros *paleografia* p. 132 tab. 133 [Paluzie p. 81. 262. 7]; Erro *alfabeto* p. 145 tab. 3; Lorichs *recherches* p. 205; Delgado *nuevo metodo* I p. 149 ss. cf. p. XI; Phillips p. 195. 18; Berlanga Hisp. anterom. p. 239).

E schedis marchionis de la Aula habuit etiam Petrus Valera personatus, i. e. Trigueros, quamquam fingens se a. 1589 scribere, cum vasculum repertum sit a. demum 1618: unde denuo fraudis se ipsum convincit. De nummis dixerunt Zobel et Mommsen *sopra alcuni ripostigli di denari romani scoperti nella Spagna* in Annalibus instituti archaeol. Romani XXXV 1863 p. 11 ss. Statuitur ibi thesaurum defossum esse circiter a. u. c. 660 a. Chr. 94.

Tabula apud Iosephum Velazquez, quam supra repetivi, contuli cum autographo Delgadiano atque accuratam esse cognovi. Post ᛕ litteram sextam in spatio aliquanto maiore autographum lineolam habet (ᛕ\), quam vix puto pro interpunctione habendam esse, cum fortasse fortuita sit. Sed spatium potest indicare vocabuli finem. Transcribo igitur ita:

ᛚᛗᚩᛗᛘᛕ ᛇ◇ᚦ✱♀ᚩᛗ

et lego:

l n ca n i k g o a e r ca n

Elementa 3 et 12 ᚩ aut *ca* significare possunt aut, quod rarissime accidit, *e*: ita ᚩ scribitur in nummo n. 95 (*šeqtas* Segontia). Tamen cum 11 ✱, quod etiam in nummis Castulonensibus n. 118 exstat, nihil esse possit praeter *e*, pro *ca* accipienda sunt, quamquam paullo aliter formata (pro ᴧ): id quod fortasse descriptori vel delineatori vitio vertendum est. Reliquae litterae perspicuae sunt.

Unde fortasse legendum *l(o)ncanik(o)s goaercan*, Loncanicus Goaercani filius: si modo probabiliter statuimus nomina inscripta fuisse possessoris in vasculo, quod thesaurum continebat. *Loncius Loncinus* nomina videntur Iberica esse a Longeius Longinus Romanis diversa. Cum altero nomine comparari possunt *Quaequerni* populus Gallaeciae: vocalium cumulus similis, non aequalis, est in *coalaqs* n. 80. Sed esse haec incertissima et cogitari posse etiam de titulo sententiae longe diversae neminem fugiet.

XLII Patera argentea rep. saeculo proximo exeunte in Italia, in sepulcro quodam circiter m. p. quattuor ab Urvino Metaurensi sito, litteris leviter incisis et ex parte evanidis. Videtur periisse.

a in margine extrinsecus

Δ I ϟ И A Λ ⊵ И ≮ И A B K

b a sinistra eius, qui spectat, intrinsecus

Ͱ Ψ И Λ M Λ D //// I И

c a dextra, intrinsecus

↑ /// ⋇ ↑ /// M

F. Gamurrini *Appendice al* Corp. inscr. Italic. *ed ai suoi Supplementi di Ariodante Fabretti* [Florentiae 1880] p. 6 tab. I n. 21 ex epistula Anonymi saeculo proximo exeunte ad Lanzium scripta (inde F. Lenormant *Revue archéologique* XLIV 1882 p. 31): quem sequor.

Inscriptionem propter litterarum gracilitatem lectu difficilem ab homine Italo scripturae Ibericae prorsus ignaro exceptam apparet non omni ex parte certam esse. Lanzius primum Umbricam esse iudicavit, deinde Punicam, cum reperta esset in loco pugnae Metaurensis. Ibericam esse agnovit Lenormant, neque mirabimur ducem militemve Iberum ex Hasdrubalis exercitu aut secum tulisse supellectilis domesticae particulam aut deo alicui patrio peregre votum fecisse: patera deinde e praeda Punica potuit cedere in possessionem eius, cuius in sepulcrum fortasse multo postea inlata est.

a 1 Δ *du* est — 6 Λ per se tam *c* quam *l* esse potest: sed cum *b* 4 Λ exstet iuxta 1 Ͱ, in *a* quoque Λ *l* esse probabile est — 5 et 11 A iuxta *b* 6 Λ non offendunt — 9 ≮ hic quoque *ce* est — 12 B certo male descripta: nam B nunquam litteram Ibericam fuisse certum est: fuit fortasse P *p* — 13 K *k* littera Iberica est, quamvis rara.

b 4 Λ *c* potest esse pro Λ solito — 7 D *a* post Λ *ca* tolerari quidem potest, cum P P *a a* habeamus n. XLIII 5. 6; sed fuit fortasse ◁ *r* — Deinde exciderunt litterae minimum duae.

c 2 et 5 spatia elementorum singulorum — 3 ⋇ *e* iuxta *a* 7 ⊵ probabilis non est; sed ≠ forma etiam in vasculo Castulonensi n. XLI 10 exstat; ubi vide.

Legendum igitur

a *d u ı s i c a l e i c e i c a* [*p*] *k*
b *l t i c š c a* [*r*] . . *i i*
c *u . e u . š*

a Si hic quoque licet vocabula singula distinguere et nomina agnoscere, legerim *Duisica Leiceicapk(om)*, comparans *Plandica Venica* virorum nomina et gentium velut *ilaca[p]qš* nummorum n. 81; deinde

b *L(u)tic(o)s Ca[rant]ii*, conferens *Lutia* oppidum, de quo dixi ad n. XXXV V. 2, et *Caraius Caranto Caricus* nomina: denique

c *U[r]eu[qo]s*, ex Vareia Beronum oppido fortasse derivatum.

Si patera votiva fuit, *Duisica* dei deaeve nomen a gentilitate illa cultorum esse potest.

XLII a Catinae *(Catania)* in Sicilia in museo PP. Benedictinorum exstat vasculum (oenochoe) Graecum pictum (figurae rubrae sunt in fundo nigro), altum m. 0.19, exhibens mulierem sedentem, quae dextra pateram tenet, artificii non elegantis, quod saeculo fere quarto adscribitur. Iuxta in fundo litteris accurate incisis inscriptum est:

ᚠ ◇ ⊵ ⧗ ♀

Torremuzza Siciliae inscriptionum nova collectio (ed. 2 Panormi 1784 fol.) cl. XVI p. 249, 6 (inde Corp. inscr. Graec. III 5682); O. Benndorf *Archaeologischer Anzeiger* 1867 p. 123* et *griechische und sicilische Vasenbilder* (Berol. 1869/83 fol.) tab. XXXXIII 2 p. 90. 122.

Corporis inscriptionum Graecarum editor [Π]ροέδρ[ου] legendum proposuit; Ibericam esse agnovit G. Loeschcke *Archaeol. Zeitung* XXXV 1877 p. 138.

Pro ⧗ *q* voluit qui scripsit puto X *d*; pro ♀ finali, quam iuxta ◇ non facile admittemus, exspectamus ⧗ *q* vel ⚲ *k*. Nisi qui scripsit ◇ et ♀ iuxta adhibuit propter neglegentiam. Unde videtur legendum non *areqr*, sed potius

a r e d k

Scilicet idem vocabulum, de quo dixi ad n. VI et proleg. c. IV § 48. Hominem aliquem Iberum in exercitu sive Punico sive Romano militantem vasculum Graecum in sepulcro a civibus suis collocatum habuisse probabile est.

XLIII *Aldea de Arconocal, partido de Fuente Ovejuna;* repertum ibi est m. Iunio a. 1873 vasculum argenteum pileo simile (ut Castulonense n. XLI), pondo unciarum Hispanarum 22 et *adarmas* 2. Servabatur sive exponebatur Cordubae in museo provinciali, ubi vidi a. 1881. Postea per aliquod tempus Hispali expositum esse venum dandum neque vero invenisse emptorem adnotat Berlanga, qui cum eius causa a me rogatus Hispalim adiret a. 1889, videre non potuit. Videtur igitur aut periisse aut latere; frustra certe omnia ad denuo detegendum temptavimus.

Litterae graciles punctim scriptae erant et lectu admodum difficiles. Legimus

Berlanga:

P ᛋ V Σ P P ⚲ ⊨ ᛋ : P I ⊟ I I I I ✓ I I I I

ego:

P Λ V · S P P Q E ᛋ : P I · B ⁞ ⁞ ⁞ ⁞ ✓ ⁞ ⁞ ⁞ ⁞

Descripsi et edidi C. II 6249 4 (p. 1002) tum Latinam existimans; Berlanga Hisp. anterom. p. 245 ab amicis acceptam.

Berlanga vidit Ibericam esse, sed suspectam esse iudicabat: iniuria puto. Talia enim in aere fingi potuisse omnino negandum videtur.

3. 4 V et Σ quamquam inter litteras Ibericas solitas non sunt, ut observavit Berlanga, tamen recte titulus puto inscriptionibus Ibericis attribuitur. Nam V pro *c* in ulterioris provinciae titulis saepius exstat et S forma rotundata ϟ Ibericae esse potest.

Post interpunctionem duplicem: (nam puncta reliqua, quae ego mihi visus eram vidisse, prorsus incerta sunt) pondus indicari probabile est; ut suspicati iam sunt amici Berlangae. Textum eius generis nisi archetypo accuratissime examinato ex parte incertum manere consentaneum est; tamen quod paene eadem legimus Berlanga et ego, facit ut haec fere inscripta fuisse coniciam:

a n c s a a r e n : a ĭ h / / / / g / / / /

Hastae quaternae in fine positae numeros possunt indicare; a reliquis explicandis abstinendum, sed comparanda lammina Gadorensis n. LVIII.

XLIII a Tessera plumbea rotunda diametri centim. 4. litteris alte prominentibus: dicitur rep. esse Palmae in insula Baleari maiore, ubi servabat Alvarus Campaner numismaticus.

In adversa: caput Mercurii cum petaso et chlamyde circa collum dextrorsum, pone caput:

ω (vel m)

ante caput in circuitu:

Ↄ h F D

In aversa: luna sinistrorsum aperta, in circuitu:

M · AIS · ⊾ · VM VS


Descripsi et edidi C. II 6246 3; adversae inscriptio cum margine tesserae paene interiit: quae restant, Latina non visa sunt. In aversa elementa quattuor quinqueve ultima evanida sunt. Praeterea ⊾ etiam ▷ esse potest. Non intellego.

Tesseras similes alias, velut C. II n. 4963 8–10, ibidem repertas esse affirmavit Campaner.

Quae ante caput in circuitu scripta sunt, possunt Iberica esse: sed prorsus incerta sunt. Pone caput Ш littera Iberica *t* est.

XLIII b *Jumilla;* sigillum plumbeum (*idolo de plomo*) litteris Ibericis inscriptum ibi repertum esse refert Lozano *Jumilla* p. 53, titulum vero non refert. Cf. n. XVIII*.

XLIV Prope Castulonem lapis hic servabatur *en el cortijo de Casablanca*, ibi prope repertus postea venit in universitatem Granatensem; deinde cum reliquis a Gongora collectis in museum archaeologicum Matritense, ubi exstat. Lapis magnus litteris aetatis rei publicae liberae altis m. 0.082, punctis quadratis.



Descripsi et ectypum reportavi, unde edidi C. II 3302 = I 1476 (ubi videantur testes antiquiores; inde Phillips p. 199 n. 27) et Exempla script. epigr. n. 39, quam imaginem supra repetivi; Garrucci sylloge n. 2204; Berlanga Hispania anterom. p. 193. 259 qui vidit.


V. 1 *M. Folvi(os) Garos* Latina sunt. *Garos* cognomen Ibericum cum *Gargoris Garonicus* componendum. Vix enim *Garosa* legerim, cum a v. 2 incipiant vocabula Iberica. In nummis Castulonis bilinguibus (n. 118) inter alia nomina magistratuum leguntur haec CN·VOC·ST·F et CN·FVL·CN·F.

Reliqua sunt peregrino sermone concepta:

a . uninaunin . ve | *bag . marc . la . l.* | *unininit* | *sicrouciut*

Ad voces v. 2 et 4 cf. *Fabia L(uci) l(iberta) Unini[ta]* tituli eiusdem regionis C. II 3552 et *L. Quintius Uninitus* tituli Sitifensis ex Africa C. VIII 8604, hominis sine dubio Hispani; item *Bastogaunini Galduriaunin* nomina Iberica.

XLV Castulone; servatur in museo Matritensi, in parte aversa lapidis eius, in cuius adversa exstat titulus n. XLIV, litteris altis m. 0.045 ad 0.065, paullo quam illius recentioribus, sed tamen et ipsis liberae rei publicae temporibus tribuendis.



Descripsi et ectypum reportavi, unde edidi C. II 3294 (inde Phillips p. 199 n. 26) et Exempla script. epigr. n. 40, quod exemplum supra repetivi; Berlanga Hispania anterom. p. 193. 259 qui vidit.

V. 3 *castlosaic* Iberico sermone videtur indicare Castulonensem. Cf. *teucaecom* n. XLVI v. 9 et *reaicoi* n. LVII v. 9. Supplendum fortasse *castlosaic(om)*.

HISPANIA ULTERIOR

Sub ulterioris provinciae nomine comprehendi inscriptiones nec Latinas nec Graecas quotquot prodierunt e reliquis paeninsulae regionibus praeter citerioris. Scilicet ad ulterioris propriae, quae Baeticam et Lusitaniam meridionalem complectitur, addidi inscriptiones raras regionis mediterraneae, quae postea citeriori adscripta est, Lusitaniae orientalis, i. e. conventus qui postea fuit Emeritensis, Callaeciae, Lusitaniae septentrionalis, sive earum eius partium, quae cis Durium fluvium sunt. Atque hae quidem regiones vastae provinciae ulterioris partem primam (huius syllogae V) efficiunt. Inde, ut ex regione Castulonensi, prodierunt inscriptiones lingua quidem Iberica, sed litteris Latinis scriptae; quas cum Iberice scriptis componere imprimis utile visum est. Iberice vero scriptas regio provinciae ulterioris altera, quae est ora Baeticae meridionalis (VI), paucas, unam vallis Baetis fluvii superior (n. LXI), reliquas Lusitania meridionalis (VII) sola protulit.

V. LUSITANIA ORIENTALIS, CALLAECIA, LUSITANIA SUPERIOR

E regionibus, quas supra nominavi, prodierunt tituli aliquot scripti litteris Latinis omnes, ut Castulonenses (n. XLIV XLV), quamquam longe inde reperti, atque bilingues ex parte, ut illi. Ad Extremaduram provinciam Hispanam duo pertinent (n. XLVI XLVII), ad Callaeciam complures, sed breves plerique neque satis perspicui (n. XLVIII—LIV); proveniunt hi ex oppidis indigenarum vetustis, quorum exemplum plenissime notum Citania est (v. C. II p. 896). Addidi illis anuli aurei titulum litteris, ut videntur, Graecis scriptum (n. LV); quod non mirum in regione Celtica, cum monumenta Galliae ipsius Celtica litteris Graecis scripta esse omnia notum sit. Ad Lusitaniam superiorem, utpote ad loca trans Durium sita in Portugallia hodierna, duo pertinent (n. LVI LVII), et ipsi bilingues, i. e. cum initio sive clausula Latinis; reliqua enim cum Latinis non magis conveniunt, quam quae leguntur in Castulonensibus (n. XLIV XLV) et in Lusitaniae orientalis. Itaque ne scriptura quidem Latina ad sensum vocabulorum percipiendum viam nobis patefacit.

Signa quaedam rupibus incisa (n. XLVIII a) memoravi tantum, depingenda vero non curavi. E falsis huc pertinet inscriptio una Turgaliensis (n. XLIII*), quae est Latina male lecta.

XLVI *Arroyo del Puerco* prope Norbam; *existe en una dehesa* Box. Postea nemo vidit.

MBATVS
SCRIPSI
CARLAE PRAISOM
SECIAS · ERBA · MVITIE
AS·ARIMO·PRAESO
NDO · SINGEIE\ O
INI · AVA · INDI · VEA
VN · INDI · \EDAGA
ROM · TEVCAECOM
INDI · NVRIM · I7P
VDE/EC · RVRSE::CO
AMPILVA
INDI

Masdeu *historia critica de España* XIX p. 630 n. 2166 cui misit Boxoyo; inde edidi C. II 738; repetivit Phillips p. 199 n. 23.

Masdeu cogitavit de fraude *(me da sospecha de invencion caprichosa)*; immerito, talia enim non finguntur. A Boxoyo quae Cornide et Masdeu acceperunt omnino fidem merentur (v. C. II p. 75); sed in singulis facile errare potuit qui vocabula sermone peregrino concepta descripsit. Sermo tituli quamvis longe ab orae orientalis inscriptionibus reperti tamen cum illis in universum videtur convenisse.

Ambatus scripsi verba Latina initio posita admonent tituli Visaeensis n. LVII. Ambatus nomen Celtibericum notum est; v. proleg. c. IV § 42. De scriptoribus titulorum dixi in Exemplis scripturae epigraphicae p. XXV.

V. 3 *carlaepraisom*, ut v. 8 *[v]edagarom*, v. 9 *teucaecom* terminantur ut n. XLVII v. 2. 3 *arimom*, *sintamom* et v. 4 *teucom*. Alia vocabula in *-om* sunt n. LVII. Ceterum cf. clausulae in *qum*, de quibus dixi prolegomenon c. IV § 47.

V. 4 *secias*. De vocabulis frequentibus a *sec-* sive *seg-* radice derivatis sive Celticis sive Celtibericis dixi proleg. c. IV § 35 et 42 — *erba* fortasse comparandum est cum *erca* n. XXXV v. 3. Sed cf. etiam *Erbutius* viri nomen C. II 4963 1 — *muitieas*; cf. *[mucdas]* n. XXXIV *b* 28—33 et *muniamia* n. XLIX *f*.

V. 5 *arimo*, cf. n. XLVII n. 2 *arimom*. Etiam in n. XLVII v. 3 et 5 in *sintamom sintamo* videtur *m* finalis oppressa esse — *praesondo* comparandum cum *Atlondus Mermandus Melmandus* nominibus. cf. proleg. c. IV § 44 *a*.

V. 6 *singeie[t]o* videtur legendum esse, cum *-et* suffixum frequens sit: cf. proleg. c. IV § 36.

V. 7 *ini*, v. 7. 8. 10. 13 *indi*, n. XLVII v. 2. 4 *indi* cum *inde* Latino nullo modo comparandum: sed potest particula esse Iberica — *veaun* et v. 8 *[v]edagarom* componenda cum n. LIII *venearum*, n. LVI *reamvaearum*. n. LVII *veamnicori*.

V. 8 *[v]edagarom* videtur in lapide fuisse. scriptum fortasse compendio VED.

V. 9 *teucaecom* v. *teucom* v. 4.

V. 10 *nurim*, cf. *Nura* insulae Balearis minoris fortasse nomen it. marit. p. 512, 1, *nuruca* n. XXXVI, item *Norenus* nomen viri. — In fine legendum videtur ITE.

V. 11 *[ite]ude[a]ec* (aut *-ude[v]ec*) *rurse[ai]co* fortasse legenda. Terminationes *-aicus*, *-ecus* in deorum nominibus frequentes composui proleg. c. IV § 39.

V. 12 *ampilua* admonet vocabulorum Celticorum cum *ambi-* compositorum.

Cippum sepulcralem non esse manifestum est: fuitne terminalis? Cf. n. XXXII.

XLVII *Arroyo del Puerco*: v. n. XLVI.

GOEMINA · INDI · ENV
PETANIM · INDI · AR
IMOM · SINTAMO
M · INDI · TEVCOM
SINTAMO

Masdeu *historia critica de España* XIX p. 630 n. 2165 cui misit Boxoyo; inde edidi C. II 739; repetivit Phillips p. 199 n. 24.

V. 1 Primum elementum ita ᴄ formatum a typothetis videtur G fuisse: neque vero puto latere vocabulum Latinum. gemina aut femina (foemina barbare tum adhuc scribi solitum), quamquam initia Latina sunt in titulis n. XLIV XLV XLVI LVII, clausulae Latinae in titulis n. XLVIII XLIX *a* LVI; *indi* quater est in n. XLVI. — Ad *enu* cf. *enupli* tituli Tarraconensis n. X.

V. 2 *petanim* componendum cum n. LVII *petravio*. cum *Petavonio* Asturiae oppido et *Peteris* vico prope Bilbilim. cuius Martialis meminit IV 55. 18 — *arimo* etiam n. XLVI v. 5 habuimus. *teucaecom* ibid. v. 9.

V. 3 ad *sintamom* et 5 *sintamo* cf. supra v. 2 *arimom*. *arimo* et *singeieto* n. XLVI v. 5. 6.

XLVIII In vico *Santa Maria de Ribera* in *Galicia*, prope *la Coruña*.

CROVGIN
TOVDA
DIGOE
RVFONIA
SEVER . .

Martinus Sarmiento *viaje á Galicia* (a. 1754) op. eius ms. (in bibl. acad. Matrit.) vol. I f. 564 v. Inde edidi C. II 2565 (Phillips p. 199 n. 25).

Sarmiento auctor est summae fidei et observator accuratissimus.

V. 1 cf. *crouceaimaca reaicoi* n. LVII v. 8. 9 *Crougintoudadigoe* fortasse dei nomen est. Simile est etiam Groviorum populi Callaeci nomen.

V. 4. 5 Latina sunt: *Rufonia Sever[i]*, nomina mulieris, quae aram fortasse deo posuit. Initia Latina sunt in titulis n. XLIV XLV XLVI LVII, terminantur Latine n. XLIX *a* et LVI.

XLVIII a In rupe montis *Carrás* Callaeciae, *parroquia de Almoite, partido de Allariz, provincia de Orense*, duas ab *Orense* leugas versus meridiem et orientem, inter *Maceda* et *Allariz* vicos signa incisa multa formae variae exstare testis est

Iosephus de la Fuente, architectus *de la junta de caminos*, qui delineavit accurate, contulit Iosephus Verea Aguiar; imaginem illius academiae historicae Matritensi misit Ioh. Emmanuel Bedoya a. 1837 sched. Matritens. *Est.* 18, 54.

Memoravi, sed litteras esse non puto. Sedem Auriensem locum esse oppidi vetusti dixi C. II p. 904. 1040. Cf. n. LVIII a LXI a LXI b.

XLIX *In monte Cristello* (1/2 *legoa do rio de Vizella, 2 de Guimaraens, concelho de Filgueiras, feligresia de S. Verissimo*), ubi fuisse vulgo credunt *a cidade de Pegas* (cuius nomen superesse dicitur in *huma poça grande que retem o nome de preza de Pegas*), in ipsius rupis partibus variis exstabant tituli hi (*a* repertus a Dominico Ramos, avo Emmanuelis Macedo Magelhaens, postea servabatur in domo eius rustica *a quinta de Passos*):

a em hum grande penedo tosco, versus meridiem

I V N O Æ I R V R N A R V M
QNTILLO · ET · PRISCO · COS p. C. 159

b em outro penedo mais alto

VN . . . NG

c d em dous outros mais adiante

VN

e em outro mais adiante

QVO · OQIH · MII—

f e em outro

MVNI
MIA

Francisc. Xav. de Serra Craesbeek *Memorias resuscitadas de Entre Doiro e Minho* f. 4 v. (inde Argote *Memorias do arcebispado de Braga* II p. 463, qui fragmenta *b—f* omisit; ex Argotio Muratori 1997, 2: Cornide ms. Matrit. *Est.* 18, 40: Levy p. 19, 59 et 298, 716). Ex his ego C. II 2409.

a Cum v. 2 annum indicet Latine, etiam v. 1 Latine scriptum et Iunonis nomen continere olim putavi. Sed comparatis reliquis eius regionis monumentis vocabulum sive vocabula

iunomeirurnarum

puto Iberica esse. Comparanda sunt *innoveamvaearum*, *ancnunarum* n. LVI et *fiduenearum* n. LIII, item *iumeoci* n. L v. 2. 3. Cf. vocabula in *-om* terminata n. XLVI. XLVII.

b c d Simile vocabulum redit n. LI.

e Non intellego; cf. n. L v. 3 *oci*.

f muniamia vocabulum cum *Munigua* oppidi, *Munus Munna Munigalius* hominum nominibus comparari potest. Cf. etiam n. XLVI v. 4.

L *S. Verissimo*, in rupe viva, non procul ab ea, in qua inest n. LI, *á beira d'um caminho, não muito distante das ruinas da tal cidade de Pegas*.

C A C A L E
ИΛO IVME
OCI CENE
/////INFATVHN

Sarmento descripsit summa cum cura mihique misit in epistula a. 1887, adnotans praeter v. 1, qui facilis sit lectionis, reliqua omnia satis incerta et evanida esse; inde ego C. II 5581.

Hic quoque cogitavimus Sarmento et ego de vocabulis Latinis male exceptis: cum potius Iberica sint, sane et ipsa incerta pleraque.

V. 1 *cacalehao* fortasse dei nomen est: *Caccossa* C. II 1512 et *Cacurus* Diodor. XXXI 39 hominum sunt. Cum v. 3 *-oci* cf. *oqih* n. XLIX *e*.

LI *S. Verissimo*, in rupe quadam viva, chiliom. 2 a loco ubi exstat n. L; inter vocabulum prius et reliquas litteras spatium interest metri unius.

GA. VNNG

Sarmento misit a se descriptam a. 1887, qui adnotat easdem litteras VNNG ab Argotio etiam in aliis rupibus (v. supra n. XLIX) observatas esse: inde ego C. II 5585.

LII *S. Martinho de Penacova, concelho de Felgueiras, a norte de Santa Comba de Regilde*, in rupe viva.

GAR (D supra R)

Sarmento *Revista de Guimaraens* I 1884 p. 180 et in litteris ad me datis: inde ego C. II 5584.

Fuitne *gal pr*? Cf. n. LI.

LIII In monte *de S. Romão* [ita etiam Citania dicta est: v. C. II p. 896], in confinio pagorum *de S. Pereins* et *de S. João de Eiris*, leugam dimidiam a rivis *Ave* et *Vizella* versus meridiem, lapis rotundus dicitur repertus esse una cum fragmento operis tectonici, cuius ornamenta similia videntur esse lapidum Citaniensium (unde saeculo quinto sextove olim tribui) SERRA. In Citania minore quae dicitur, versus meridiem a valle *Ave* fluvii, rupes exstat arte formata in circulum dimidium stantem; altus est circiter m. 1, latus in basi amplius m. 2. In parte antica (occidentali) titulus exstat (*a*) litteris inaequalibus scriptus (altis m. 0.12 ad 0.25), quae spatiis quoque inaequalibus (m. 0.01 ad 0.15) dispositae sunt; in latere postico orientali alter titulus est (*b*) litteris similibus scriptus Sarmento.

a *Serra:*

FIDV . . . HIC

Sarmento:

† AMB †
FIDVENEARVM
H IC

b *Serra:*

COS · NE Æ
P · S

Sarmento:

COS VNE Æ
H S

Francisc. Xav. de Serra Craesbeek *Memorias resuscitadas de Entre Doiro e Minho* f. 34. 35. 36 (inde Argote *Memorias do arcebispado de Braga* 2, 462. 467, ubi etiam citat Ludovici Alvares de Figueiredo relationes, in quibus ego certe non vidi; e Serra ego inscript. Hisp. christ. p. 97 n. 37*; visi sunt enim sibi antiquarii Portugallenses *aepiscopum* [*b*] oppidi eius aliquem *fidum* [*a*] hic deprehendere): Sarmento misit a. 1878 (inde edidi Hermae vol. XV 1880 p. 601), postea edidit *Boletim de archit. e de archeol.* IV 1883 p. 59: ex his ego C. II 5607.

Sarmento adnotat in *a* v. 2 in. spatium cavum in lapide consulto vacuum relictum, praeterea elementum primum non satis clarum, sed F potius quam P esse.

Lectio incerta quidem est, sed apparent vocabula haec:

a *nimidi* (sive *niminid*) *fiduenearum hic*
b *cosuneae h s.*

Cum *a* supra comparavi n. XLIX *iunomeirurnarum* vocabulum et *anenunarum* n. LVI: cf. etiam n. LIV.

LIV Citaniae, *perto das Vigas das Rebatas nas ruinas de huma ermida, huma lage no chão.* Frustra quaesivit SARM.

XOEL OVC. VO

Francisc. Xav. de Serra Craesbeek *Memorias resuscitadas de Entre Doiro e Minho* f. 34 v. (inde Argote *Memorias do arcebispado de Braga* 2, 462. 467); inde ego inscript. Hisp. christ. p. 97 n. 38* et C. II 5599.

xoelouc.uo?

Exempla Serrae in universum quidem fidem merentur: sed hoc non intellegitur.

LV Anulus aureus, rep. in sepulcro quodam prope *Jinze de Limia* (Forum Limicorum). Extra in circulo scriptum:

BHWEKOENBNOΔM
XOMOKMEN · PΔEOM

Sarmento misit a se depictum accurate: edidi C. II p. 1025 n. 111.

Non intellego; formulas gnosticas esse aliquando suspicatus sum, sed iam magis credo vocabula esse Iberica litteris aut Ibericis aut Graecis scripta. Illud minus probabile est propter B litteram scripturae Ibericae ignotam: Graece scripta ita leguntur

βηωεχοενβνοδμ
χουρχμεν . ρδεομ

Vocabula in *-om* terminata aliquot habuimus n. XLVI. XLVII. LVII: cum ..*deom* aliquo modo convenit *fidvenearum* n. LIII. Cum vocabulo, ut videtur, primo *beoekoen* conferri potest *reaicoi* n. LVII v. 9. Cf. anulus n. LXXVI.

LVI *Freixo de Numão.*

IVNO
VEAMVAEARVM
TARBOWMAN
CNVNARVM
SACRVM
CIRI
CVR

E schedis Viterbi communicatam mecum a Iosepho de Oliveira Berardo Visacensi edidi C. II 430; inde repetita est *Revue archéologique* XVI 1868 p. 392 (G. Phillips omisit).

Legendum est:

iuno | *veamvaearum* | *tarboum an cnunarum* | *sacrum* | *Ciri* | *cur(averunt?)*

V. 1 cf. *iunomeirurnarum* n. XLIX et *fiduenearum* n. LIII et in *-om* terminata n. XLVI. XLVII. LVII.

V. 3 cum *tarboum* fortasse componendi sunt lares **Tarmucenbaci* C. II n. 2472.

V. 5—7 Latina sunt, ut n. XLVI v. 1. 2 n. XLIX *a* v. 2 n. LVII v. 1—3. *Ciras* Egoiti f. est C. II 2949, *Cirtiatis* genet. C. II 455. Ciri gentis nomen esse potest. Clausula Latina est ut in n. XLVIII.

LVII *Lamas de Moledo*, qui vicus distat leugas quattuor et dimidiam a *Vizeu* versus septentriones, situs est inter *Moens* et *Moledo*, non procul a *Soutello*, ad septentriones *Coura* fluvii. Ibi ad latus vici meridionale pone domum Iacobi Simão de Ribeira inversus iacet lapis permagnus, fere quadratus et aliquantum convexus, *comprehendendo na sua área 35 palmos craveiros d'altura, sobre 33 de largura* Ber.; facies lapidis inscripta, quae versus septentriones conversa est, alta est m. 1.54, lata 1.37; litterae profundae et optimae altae sunt m. plus minus 0.09.

RVFN ET
TIRO SCRIP
SERVNT ·
VEAMNICORI
DOENTI
ANVCOM
LAMATICOM
CROVCEAIMACA
REAICOI · PETRAVIOET
ADOM · PORCOMIOVEAS
CAELOBRICOI ··

Emmanuel Botelho Ribeiro Pereira *Dialogos moraes* cet. *sobre a fundação da cidade de Viseu* (a. 1630) ms. (a. 1747) bibliothecae publ. Portuensis B 4, 187 fol. 85 male et cum interpretatione ineptissima; Iosephus de Oliveira Berardo *Memoria sobre algumas inscripções encontradas no districto de Viseu* in scriptis academiae scientiarum Olisiponensis *Memorias dos corresponsaes* a. 1857 p. 2. Ex his edidi C. II n. 416, cum ipse videre non potuissem. Postea mea causa investigavit Wilelmus Gurlitt, cuius exemplum edidi in actis academiae Berolinensis minoribus a. 1868 p. 8. unde repetivi in addendis C. II p. 695. Idem exemplum repetitum est *Revue archéologique* XVII 1868 p. 391 et a Georgio Phillips p. 198 n. 22.

Gurlitt adnotat litteras paene omnes tam claras esse, ut nulla fere esse possit dubitatio. Pereira litterarum nexus solvit pro arbitrio suo. Tamen variam lectionem adscribere visum est integram, utpote in titulo primario, quem ipse videre non potuerim.

1 Ut dedi Berardo: RFN Gurl. EST Pereira errore aperto. 3 SFRNT Berardo; elementum secundum ita E formatum esse, casu, adnotat Gurlitt. 4 VIAE · AMICO · RI Pereira; elementum primum a V differre adnotat Gurlitt; scilicet formam habet \ etiam in inscriptionibus Latinis non raram. RI litteras altiores esse et tenuiores reliquis idem dicit. 6 ANCO · M Pereira, ·ANC\OM Berardo; C cum puncto videtur G litteram indicare. 7 omisit Pereira. LAMATICIM Berardo. 8 C·RO·V·C·EAIMAG Pereira, CROVGEAIMAGA Berardo; cf. n. XLIII. 9 REAICO · I · PETRAVIO · LI Pereira, REAICI · PETRNIOIT Berardo; in PFT videtur F cum puncto pro E positum esse. 10 ADOM · PORCOMIO · V · EA · I Pereira, ADOM · PORCMIOVEA ◊ Berardo; A initio certam esse, reliqua elementa ab aquis cadentibus corrosa adnotat Gurlitt. 10 CALELOBRICO · I · Pereira, CAELOBRIGOI · Berardo.

Legendum igitur:

Rufin(us) et ‖ *Tiro scrip* ‖ *serunt.* ‖ *veamnicori* ‖ *doenti* ‖ *anucom* ‖ *lamaticom* ‖ *crouceaimaca* ‖ *reaicoi . petravio [e]t* ‖ *adom . porcomioveas* ‖ *caeilobricoi*

Praeterea haec adnotanda.

V. 1—3 cf. n. XLVI v. 1. 2.

V. 4 *veam* habuimus n. LVI in *veamvaearum* et *veaun* n. XLVI v. 7 ubi vide; cf. etiam infra v. 10 extr. *veas*; quamquam etiam legi potest *veamumcori*, v. 6 *namucom*, v. 9 *petronio*, v. 10 extr. *veai* aut *veam* aut *veans*, tamen quae supra dedi probabiliora visa sunt.

V. 6. 7 *anucom lamaticom* in *-om* terminata comparentur cum similiter terminatis in n. XLVI. XLVII. *Lamaticom* fortasse nomen loci est *Lamego* hodie dicti. De *-ic* suffixo dixi proleg. c. IV § 36.

V. 8 *crouceaimaca* componendum cum *crougintoudadigoe* n. XLVIII et *Ceceaigis* sive *Ceceaecis* dis C. II 2472 2597.

V. 9 *reaicoi* admonet *Eaeci* dei C. II 741 742 763 in eisdem regionibus culti: cf. etiam *rurse[ai]co* n. XLVI v. 11. In *-coi* terminatur etiam *caeilobricoi* v. 11.

V. 9. 10 Cum Latinum tituli initium sit, cogitare in promptu erat de L. Petronio et A. Dom(itio) fortasse magistratibus oppidi. Sed species fallax est atque haec quoque vocabula Ibericis inserta pro Ibericis potius habenda sunt. Vocabula *petravioetadom* fortasse coniungenda sunt, ut *porcomiovea[n]s*; cum prioribus cf. *petanim* n. XLVII v. 2 et quae ibi attulimus similia. Ceterum Iberica a *p* incipientia rarissima esse saepius diximus. Cum *porcomio*... non habeo quae comparem praeter *purpen* n. 2 et nymphas *Percernes* C. XII 1329. — De *-eas* terminatione v. n. XXXIV *b* 28—33.

V. 11 videtur nominari *Caeilobriga* oppidum. In valle Cudae (*Coa*) fluvii, quem Portugallenses *Riba Coa* dicunt, et ad *Agueda* fluvii cum Durio confluentes in confiniis Portugalliae et Hispaniae oppidi antiqui vestigia superesse adnotavit Viterbo (*Elucidario* I p. 227) situmque *o Castello de Calobre* ab aratoribus nuncupari (vide C. II p. 48). Hanc Caelobrigam fuisse putant scriptores Portugallenses Berardo aliique. Cogitari etiam potest de Κοιλιόβριγα Coelernorum sive Colarnorum oppido secundum Ptolemaeum II 6. 42, qui nominantur in titulo pontis Aquiflaviensis C. II 2477. Itaque hic quoque titulus fortasse terminalis est, ut n. XLVI. XLVII, vel operis alicuius publici.


Interpunctiones in Ibericis desunt praeter v. 9. 10 (nam de v. 6 vide supra adnotata) atque ne in v. 9 quidem certae. Tamen vocabula pleraque versibus ipsis distingui videntur.

VI. BAETICA MERIDIONALIS

E Baetica propria, ubi etiam nummos Iberice inscriptos praeter Obulconenses non reperiri vidimus, tituli Iberici pauci prodierunt. Sed tamen lammina Gadorensis (n. LVIII) et silex Ilipensis (n. LXI), unica eius generis monumenta ex regionibus illis nobis servata, testantur scripturam Ibericam, quam inde ab antiquissimis temporibus ibi in usu fuisse testes fide digni referunt, usque ad aetatem Romanam perduravisse. Addidi titulos breves litteris Phoeniciis scriptos duos (n. LIX. LX), qui cum mercibus Aegyptiis et Graecis in Hispaniam videntur invecti. Deinde hic quoque memoravi signa aliquot rupi incisa (n. LVIII a. LXI a b), ut supra c. V (n. XLVIII a).

Falsae ad hanc regionem pertinent Iliberritanae montis sacri (n. XLIV*—LIII*), quaedam deinde a Petro Valera sive Trigueros fictae Obulconensis (n. LIV*) Hispalenses (n. LV*—LVII*); quas breviter indicare satis duxi. Hastae in colonia Romana quae olim visae sunt exstitisse sive Ibericae sive Libyphoeniciae duae, Latinae iam visae sunt male lectae (n. LVIII*). Vasculum prope Olbam *(Huelva)* repertum Erroni fucum fecerat; inscriptum enim est non Iberice, sed Germanice (n. LIX*; v. proleg. p. XXIV). Phoeniciae quaedam anulo altera inscripta, quae potest genuina esse, sed male descripta est (n. LX*), altera a Trigueros impudenter ficta (n. LXI*) similiter ut Paimogensis (n. LXII*), agmen claudunt. Cuius si fraudes omnes in schedis delitescentes in lucem protrahere voluissem, falsarum series numero longe superasset syllogen titulorum vere Ibericorum.

LVIII In fodinis plumbi montium *la sierra de Gador* dictorum prope *Almeria* oppidum rep. c. a. 1860 et inde nescio quo delata; lammina plumbea eiusdem qua haec imago magnitudinis. Frustra ubi lateat studui resciscere.



Jacobus Zobel ab amicis sibi monstratam depinxit accurate mihique misit a. 1862; nemo postea vidit.

Exemplum apparet fide omnino dignum esse. Scriptura procedit sinistrorsum, quod in ulteriore provincia exspectamus.

E genere eius scribendi cursivo simili formae litterarum rariores videntur explicandae esse.

ᛤ et ᛤ pro *e* (non enim videtur pro *ce* habenda, cum *e* praeterea omnino desit). ◇ pro ◈ *th*, vix diversa ab ◇ (altero loco v. 2 posita certo *th* est, ut in reliquis versibus). Ч pro ᛚ *p* videntur accipienda esse. Prorsus singularis est ⧄, quam incertus haereo utrum pro *n* habeam ᛘ Obulconensi aliqua ex parte similem an pro *m*, quae ᘂ interdum est (n. 86. 188); altera utra tantum littera adest in hoc titulo. ᗒ *s* et ᴧᴧ *ś* saepius iuxta adhibentur. ↑ *u* formam habet in citeriore provincia usitatam, nisi forte *t* est ut in nummis Obulconensibus: Ч iuxta ↑ cum nec *u* esse possit nec cum *z* formis reliquis conveniat, Zobelius H esse coniecit non plene scriptam: probabiliter, cum aliae quoque litterae non perscriptae sint. Ita И v. 4 sine dubio ⋈ est non perscripta. Litterae *c* et *k* omnino desunt; nisi haec Ẍ est semel adhibita v. 1. Sed puto potius *m* esse non plene pictam. ◇ *o* semel v. 1 priore loco posita incerta est. Puncta addita quamquam non videntur casui tribuenda esse, tamen cur appicta sint et numquid significent non liquet; interpunctio esse non possunt. Hastae vv. 1—4 extremis aperte numeri sunt. V. ultimus lammina inversa additus est.

Itaque lego dubitanter:

V. 1	[*a*] *d o a h m i m th s ś d a i e m s u*	IIIIIIIII
2	*p ś r u l e e th s ś d a i e m s u*	IIIIII
3	*e q u l e e th s s d a i e m s u*	IIII
4	*e q u l e e th s s d a i e m s u*	III

Apparet eadem vocabula singulis versibus redire exceptis initiis: unde quamquam deest interpunctio, singula aliqua cum probabilitate distinguuntur. Nomina fortasse sunt hominum trium cum indicatione operis facti, fortasse ponderis plumbi fusi; ut in tegulis Latinis.

V. 1 Elementum primum, cuius pes tantum superest, potest aut ◁ *a* fuisse aut ↑ *u* aut ◁ *l* aut Ⲛ *p*. Vocales *oa* iunctas alibi non invenio; *ua* saepius coniunguntur, *oia* sive *oea* in *Oiarso Oeaso* oppidi nomine. Cf. proleg. c. IV § 38 et 43. In *thsš* vv. 1—4 vocales omnino deesse explicatur fortasse ex *šhš* vocabulo simili nummorum n. 75. 79. Indicavisse potest una cum vocabulo sequenti id quod homines illi quattuor fecerint. Quod sequitur vv. 1—4 *daiemsu* comparari potest cum *zïrtaims* vocabulo in lammina Castellonensi n. XXII primo. Ibi etiam in -*u* terminata composuimus v. 2, 10—14. 28—31.


V. 2 in. cum *pšr* tantum litterae differant ab *eq* versuum duorum qui sequuntur, *pšr* et *eq* fortasse pro singulis vocabulis habenda.

LVIII a In rupe montium *la sierra de Maria*, ad collem *del Maimon*, chiliom. $1^1/_2$ a *Velez Blanco* et circiter 4 a *Velez Rubio, provincia de Almeria,* iuxta specum *de los Letreros* septem tituli picti colore rubro exstare dicuntur.

Emmanuel de Góngora *antigüedades prehistoricas de Andalucia* (Granatae 1868 8.) p. 70 ss. delineavit (*fig.* 79—87) et edidit; sed fide exigua.

Memoravi, ut n. XLVIII a LXI a, neque vero repetivi, cum litteras esse non putarem.

LIX Prope Abderam rep. sunt fragmenta vasculi Graeci picti (figurae rubrae sunt in fundo nigro) sacculi fere quarti. secundum picturae genus et ornamenta, operis elegantis. Servantur Granatae in museo; in margine ostii superiore extra scariphatae sunt litterae Punicae novem clarae, hastae praeterea quattuor incertae hae:



Descripsi. Berlanga Hispan. anterom. p. 397 cum imagine ligno incisa et supra repetita.

Eduardus Sachau ita legit


. . תבת ארבת ||||

addens vocabulum alterum ארבעת et hastas quattuor numerum indicare et ad mensuram vasculi fortasse pertinere.

LX Gadibus, rep. a. 1873 in fundamentis murorum urbis prope portam *de tierra;* servabat ibi Iohannes B. Corbeto, postea Hispali Antonius Delgado; gemma *quartz* formae ovalis in margine aureo, alta m. 0.016, lata 0.011.

cabirus

vultur *vultur*




Delgado *nuevo metodo* I p. CXXXI; Berlanga Hispan. anterom. p. 397 q. v. Sigillum dextrorsum inscriptum est, ut impressio procedat sinistrorsum. V. 1 lineolae transversae duae infra positae non videntur ad litteras pertinere. Legerunt

Berlanga	Sachau
לועמאל	לנעמאל
בארת	תראף

Scarabaeum Phoenicium cum imaginibus Aegyptiis similibus nuper Malacae inventum servat Berlangae amicus; litterae non insunt. Quamquam sigilla eius generis e Phoenicia advehi potuerunt tempore recenti, tamen recepi, cum possit etiam originis Hispanae esse. Cf. n. LX*.

LXI Ilipae *(Alcalá del Rio)* rep. die 6. m. Maii a. 1763 prope arcem *(en el castillo del Alcazar)*, qua occidentem respicit, versus torrentem *de Casanchas*, silex formae irregularis *(una peña morada como las guijas de empedrados)* longa circiter *tres cuartas de vara* (i. e. circiter m. 0.68); exstabat primum inserta muro *de una cerca en la plaza del Calvario* iuxta domum Iohannis Garcia Merchante, Marci fratris, parochi Ilipensis, in platea (Merch.), quae domus postea fuit Matthiae Felicis Peraza. Ibi die 15. m. Oct. a. 1782 vidit Bayér, calce tectam, quam cum removissent fabri, idem potuit describere. Postea Hispalim asportata est *en el Alcázar*; ibi eam vidisse se ait *en poder de D. Juan Fernando de Aguirre* Delg., is affirmavit postea Matritum amandatam esse. Videtur igitur periisse.


[Imaginem vide in pagina sequenti.]



Marcus Merchante apud Bravo *Betica* II p. 411 (inde Velazqnez schedae Matrit. 62 *Est.* 22, 100); Ruybal Flórez schedae Hispal. f. 48; Franciscus Xaverius Delgado, Antonii pater, in schedis apud illum servatis, qui vidit Hispali; Bayér *viaje* schedae Matrit. f. 218, a quo habuit Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 44 et 46, 3 (inde Phillips p. 197, 20); Delgado *nuevo metodo* I p. CXXXII e schedis patris; Berlanga Hispan. anterom. p. 243.

Exemplum Mercantis omnium pessimum est neque omnino videtur respiciendum. Exhibeo Bayeri accuratissimum, quale servavit Conyngham; exemplum enim schedarum Matritensium, cum non sint ab ipso scriptae sed a librario imperito, minoris auctoritatis est.

Exemplum Francisci Xaverii Delgado aperte minus accuratum nec plenum (litteras enim 54 tantum habet), hoc est




in medio lapide 

Tamen variam eius lectionem, utpote proficiscentem a viro non inerudito, adscripsi.

Berlangae inscriptio omnino suspecta visa est; immerito puto, nam talia nec in lapide incidi solent et prorsus differunt a fraudibus Petri Valera et reliquorum.

Quaeritur primum unde textus, qui aliqua ratione βουστροφηδόν scriptus est, incipiat, deinde quo ⊔ O elementa in angulo superiore sinistro posita pertineant; quae Delgado pater ita I ⋈ dedit. Neque elementa ea, quae Bayeri imago exhibet, nec quae Delgadi exemplum, litteris Ibericis notis prorsus aequalia sunt: sed propius ad v. 1 initium accedere, quam in imagine mea, probabiliter puto statuisse Delgadum patrem, qui solebat accurate describere. Exspectamus scripturam sinistrorsum procedere; sed litterae singulae dextrorsum spectant. Unde cum Delgado scripturam dextrorsum incipere, deinde sinistrorsum volvi, altero versu iterum, sed litteris inversis (ut v. 2 vere sinistrorsum procedat) dextrorsum verti probabile iudico ita: ⤻ ⤺

Unde textum ita transcribo:



De singulis elementis haec adnoto.

1 et 2 incerta esse supra dixi. Nam L alibi in hoc titulo non legitur, I semel (excepto n. 30, de quo statim dicetur). ⋈ autem et ⋈ deinceps poni pro *q* credibile non est. De n. 1 quid statuam nescio; cum linea inferior apud Delgadum desit, I *i* admisi; quae iuxta ᛗ 14. 34 non offendit.

2 et 30 IC *k* esse puto; nam vix differt a K solita.

4 et 11 Δ alibi vidimus *du* esse, v. proleg. c. III § 15; *d* certe esse non potest propter X formam solitam iuxta adhibitam n. 26. 43. 49. Sed fuit fortasse Λ *c*; ut n. 39. Mirum sane est *k q c* deinceps poni; sed cf. *Docquiricus* nomen.

5 H et 13 ↑ semel adhibitae *u* et *t* esse possunt; sane 13 Delgado ita exhibet N.

6 A. praeterea 8. 18. 23. 27. 29. 36. 38. 40. 44. 46. 53 rediens, propter ipsam frequentiam pro *a* habenda, non pro *th*. Ceterum Delgado ita A vel A scribit.

7 P *r* etiam 21. 35. 54. semel 50 O legitur; hanc Delgado ita ⟩ exhibet; fuit fortasse Φ.

9 H hic et 15. 56 *h* est.

16. 24 ≢, 20. 48. 51 ≢. 37 ⊧ iuxta adhibitae pro *e* a descriptoribus fortasse non recte ubique exhibitae sunt.

17 et 22 ξ varie formatae *s* iuxta 41 M *š* semel adhibitam non offendunt.

19. 32. 45 N *n* a Delgado cum N confusa est interdum.

25. 31. 42 o forma minore huius scripturae generis propria est.

28. 55 ⊢ *l* videtur esse iuxta Λ 39 et fortasse 4 et 11, ubi vide: quae *c* esse potest.

39 Λ *c* vide 4. 11 et 28. 55.

50 O vide 7.

52 P semel adhibita a Delgado ita ϟ scribitur; potest *p* esse. quamquam littera rara est.

Itaque, quamvis dubitanter, sic fere lego:

5 10 15 20 25 30 35 40 45
i k q c u a r a | *h o c n u i* | *h e s a n e r s a e o* | *d a l a k o n* | *th i r a e a c a* | *š o d a n a*

50 55
q e d th e | *p a r l h*

Vocabula certo distingui nequeunt; lineolis interpositis indicavi, quem ad modum coniectura, sed valde incerta, procedere potuerint.

1—8 *ikq(o)cuara* comparari potest cum *Egara* oppidi *Tamara* fluvii nominibus hominumque in *-arus*, quae composuimus proleg. c. IV § 43.

9—14 *hocnui* et 15—25 *hesanersaeo* vocabula si recte distinximus, similia habent in *i* terminata non pauca; *-aeo* cum *-ai*, *-aie*, *-aies* terminationibus vocabulorum, quae sunt in titulo n. XXII V. 1. 2. 4, comparari possunt.

26—32 *dalakon* comparandum cum in *-om* terminatis n. XLVI. XLVII.

33—40 *thiraeaca* comparetur cum [*thkiara*] n. LXIV 1—6 [*thkira*] n. LXV 1—5. In *-ac* terminata composui proleg. c. IV § 37.

41—46 *šodana* terminatur ut *Draganum* gens Avieni, *Abana Tagana* mulierum nomina et similia composita proleg. c. IV § 43.

47—51 *qed(a)the* cum *cedmli* n. 25 *Cedrippone* oppido fortasse componendum est.

52—56 *parl(o)h* cum *paramo* comparandum; cf. proleg. c. IV § 24. In *-h* terminata composui proleg. c. IV § 6 extr.

Propter similitudinem quandam scripturae cum titulorum Lusitanorum (n. LXII—LXXVI) hunc quoque lapidem sepulcralem esse probabile, sed minime certum est.

LXI a In rupe montium *la sierra de Quintana*, a *Fuencaliente* oppido versus orientem leugam unam, in loco dicto *Piedra escrita*, signa picta colore rubro exstant in tabulis, quae videntur, artificiose laevigatis novem.

Antonius Lopez de Cardenas delineavit a. 1783 misitque comiti de Floridablanca; schedas eius servat Aurelianus Guerra Matritensis, apographa exstant non pauca. E Guerrae schedis edidit Góngora *antigüedades prehistoricas de Andalucia* (Granatae 1868 8.) p. 64 ss. *fig.* 70—78.

Enotavi, ut n. XLVIII a LVIII a LXI b; sed scripturam esse non puto.

LXI b In rupe montis *Horquera*, prope *Baena* oppidum ad *la Torre del Puerto* et ad specus *las cuevas de Carchena*, sepulcra exstabant ex tabulis lapideis facta, in quibus signa insculpta erant ex parte litteris Ibericis similia.

Aurelianus Fernandez Guerra tabulas duas delineavit a. 1848, tertiam addidit, repertam *en el cortijo de las Cumbres*, Raphael Calvo de Leon, *vecino de Luque*; inde imagines eorum edidit Góngora *antigüedades prehistoricas de Andalucia* (Granatae 1868 8.) p. 62 s. fig. 67—69.

Cf. n. XLVIII a LVIII a LXI a.


VII. LUSITANIA MERIDIONALIS

Ultima huius syllogae pars comprehendit titulos Ibericos quindecim (n. LXII—LXXVI) repertos in regione Lusitaniae ea, quae est ab Ebora meridiem versus inter Pacem Augustam fere et oram Oceani, i. e. campum *de Ourique* dictum, inter Portugallenses propter pugnam cum Mauris ibi commissam clarum, et loca quaedam regni Algarbici. Necropolis ibi videtur fuisse aut unius alicuius oppidi vetusti nobisque ignoti aut plurium: loca enim novicia, unde prodierunt, a nullo adhuc accuratius explorata sunt. Monumentorum illorum pleraque interierunt (exempla servaverunt schedae Cenaculi), supersunt ea tantum, quae e regno Algarbico Olisiponem in museum suum Algarbiense transtulerat Estacio da Veiga (n. LXXI—LXXIII LXXV LXXVI); quibus unus accessit (n. LXXIV) a me nondum visus. Indicia autem in se habent altae vetustatis; quare id potissimum dolendum est, quod interpunctione carent ideoque singula vocabula certo discernere non sinunt. Sepulcrales titulos omnes esse certum videtur; sed quomodo intellegendi sint ignoramus. Nomina quaedam distinguuntur, singula quaedam sive vocabula sive sonorum coniunctiones redeunt; sed pleraque obscura sunt.

Anuli inscriptio in fine adiecta (n. LXXVI) num recte omnino huc trahatur incertum quidem est: sed probabile.

Falsae ex hac regione nondum prodierunt ullae.

LXII Tabula lapidea (videtur ex lapide scissili fuisse, ut reliquae eius regionis), cuius mensurae non indicantur; rep. saeculo proximo exeunte *na freguezia de Ourique*, i. e. a Pace Iulia meridiem versus. Servabatur olim in museo Pacensi; quod cum transferretur Eboram, interiit cum reliquis eius generis monumentis a Cenaculo collectis.



Cenaculo in schedis Eborensibus 1, 14 n. 91 solus servavit; inde ed. Cartailhac *les âges préhistoriques de l'Espagne* (Par. 1886) p. 269.

Exemplum Cenaculi iussu satis accurate delineatum in universum fidem meretur; sed qui delineavit litterarum Ibericarum prorsus imperitus in formis singulis reddendis aperte non raro erravit.

Exemplum Cenaculi charta dilucida expressum hic exhibeo; Cartailhac minore modulo paullo elegantius reddidit. Scriptura marginis exteri supra a dextra incipit et sinistrorsum procedit in latus sinistrum descendens; deinde denuo in versu infimo a dextra incipiens sinistrorsum procedit. Versus interior infra a dextra incipit et sinistrorsum procedit in margine sinistro ascendens; versus intimus iterum a dextra sinistrorsum procedit. Litterae in monumentis hisce scariphatae potius quam insculptae lineas habent saepe casu longiores et confusas. Descripsi ita litteris Ibericis:

25 20 15 10 5
Λ Χ ᚴ Α Χ Ɲ Ⴗ Α 1 Μ | Λ Ι Ⴗ ∃ Ⴗ Α | Α Ʒ Ч Ⴗ Ч Α 4 ǂ Λ ǂ ǂ И Α

50 45 40 35 30
Ο Ⴗ Μ И 1 Α Ⴗ И Ⴗ Ο Χ ο Ƨ Α Ч Ⴗ ο Ɣ Α Ʒ Ⴗ ǂ Ɣ Α ο

De litteris singulis haec adnoto:

3. 4 ǂ *e* videntur esse quamquam paullo aliter depictae — 5 ita Λ pictum potest *ce* esse; sed fortasse pro Λ *c* simplici habendum est — 7. 8 Α 4 lineis casu prolongatis coniunctae videntur; nam de ⋈ et Α coniunctis non

videtur cogitari posse — 10. 11 duae ᛋ deinceps offendunt: altera erat fortasse ᛗ — 18. 19 fuerunt fortasse ᛗ X — 20 Linea ᛗ litterae adhaerens casu videtur orta esse — 21 Λ *p*? cf. 50 — 24 ᛋ littera incerta: ᛁ *m* (cf. n. XXXIV*b* 28) huius regionis esse non puto — 27 Λ et ipsa incerta: fuitne Λ *c*. ut 5 et 29? — 32 ᛁ redit 37; *u*? — 40 fuitne ᛗ? — 42 ᛚ *g*? — 48 ᛗ quae traditur post alteram ᛗ vix tolerabitur: fuitne ᛋ? — 50 Λ cf. 21 — Ceterum observa Ψ *t* Θ *th* H *h* omnino deesse.

Legendum igitur fortasse:

a i e e c e r a i | *n i s a* || *a n e n* [*ĭ*] *d* || *š p a n* [?] *d a c* | *d c* || *o a u e n* | *s a u o n i* *a g o d o n i n* | *a p i š n o*

Lineis || versuum initia indicavi. Vocabulorum divisio incerta est: quem ad modum distingui possint, indicavi lineis |.

1—9 *aieecerai*; vocabula vocalibus abundantia et similiter terminata habuimus n. XXII.

10—19 *nisaanen*[*ĭ*]*d*; cf. **niminid* n. LIII *a*.

20—27 *špan*[?]*dac*, *špan*[*a*]*dac*(*um*)?; Hispaniae nomen siquis agnoscere volet, non repugnabo.


28—34 *d*(*o*)*coauen*, vocalium cumulatio non offendit; in -*en* terminata frequentia sunt in Aquitania, v. proleg. c. IV § 44 *b*. Cf. etiam *auedunic* n. XXXII 9.

35—40 *sauoni*, cf. Saunium Asturiae flumen apud Melam III 15 et *Sauium* Pelendonum oppidum Ptol. II 6, 53; *Saunus* viri nomen est C. II 1302.

41—48 *agodonin* cum *uninaunin*, *unininit* n. XLIV et cum nominibus *Bastogaunini Galduriaunin Uninita* conferri potest.

49—54 *apišno*; nomina ab *api*- incipientia, ut *apitascus* (cf. proleg. c. IV § 24) *Apilus Apinus* cet. non rara sunt.

LXIII *Na freguezia de Ourique*, v. n. LXII.



Cenaculo schedae Ebor. 1, 14 n. 92; inde Cartailhac *les âges préhistoriques de l'Espagne* [1886] p. 271.

Litteras ex parte evanidas Cenaculi exemplum non omnes exhibet fideliter.

V. 1 sinistrorsum, v. 2 inversus dextrorsum videtur procedere; sed ne hoc quidem pro certo affirmari potest. Apparet litteras leviter scariphatas ex parte evanidas esse. Litteris Ibericis descripsi ita dubitanter:

ᛋ I ᛋ ᛚ I A ᛁ ᛗ ᛋ ○ Ͻ N

I ○ T ᛚ ⋈ > И O ᛋ ᛗ И O Θ

1 inter hastas ambas linea transversa videtur deesse: ut *h* fuerit, cf. n. 16. 20, ubi tamen ita И exhibetur: sed cogitari etiam potest de ○ᛕI — 2 fuitne ϶ *ce*? cf. 21 — inter 7 et 8 lineola videtur casu addita — 14 elementum incertum, *th*? — 16 vide 1 et 20 — 21 v. 2 *ce*? — 22 ⋈ aliquantum diffusa — 23. 24 elementa non satis certa, *pt*? Vocabula non distincta quem ad modum distingui possent indicavi lineolis simplicibus |, versus initium duplici ||.

Lego dubitanter:

h ce o n i | *l a i p n i n* || *th o h i n o* | *h c e q p* [*t*] *o i*

1—5 *hceoni* cf. 20—22 et *hkonthi* n. LXIV LXIX: nisi *ikoni* fuit — 6—12 *laipnin*: cf. nummi *lapl* inscripti n. 15[d] et *Lapatia* promunturium Callaeciae apud Ptol. II 6. 4. De -*in* terminatione dixi adn. XLIV, cf. proleg. c. III § 13 — 13—18 *thohino*; *th* initio vocabulorum non rarum — 19—21 *hcq*: cf. 1—4 *hceon*.

LXIV *Na freguezia de Ourique.* Vide n. LXII.

Titulus supra a dextra incipit et uno tenore sinistrorsum primum, deinde dextrorsum procedit.

Transcribo ita:

20 15 10 5
ΟϘΑƵ.....Ɔ∗ЖϘИΑϘΑИΗΒ

25
ИΦЧᴼƆΙΧΑΜ


In lacuna interierunt litterae non minus quinque. Lectio satis certa: Β et Φ, Η et Χ, ∗ et ꓘ iuxta usurpata tolerari possunt. Ƶ aut *s* aut *g* est; illud probabilius: v. n. LXIX. Vocabulorum divisio hic quoque incerta; lineolis | quomodo distingui possunt indicavi.

Legendum igitur:

5 10 15 20
t h h i a r a | *i r q k* [*o . . . . .*] | *s a r o*


25
n a | *h k o n t h i*

1—6 *thhiara*: comparavi *thiraeaca* n. LXI 33—40. Adde Tiar Iulium oppidum. 7—11 *irq(u)ko[n . .]*, cf. *ĭrcnh* n. 5 *h* 24, *isqrkleš* n. 8. De terminatione vide proleg. c. IV § 47. 16—28 *sarona hkonthi*, cf. *sarona hkonthĭ* n. LXIX et n. LXVII. *Sarona* admonet *sarna* vocabuli, de quo dixi proleg. c. IV § 24.



Cenaculo schedae Ebor. 1, 14 n. 96; inde Cartailhac *les âges préhistoriques de l'Espagne* [1886] p. 271.

LXV *Na freguezia de Ourique.* Vide n. LXII.



Cenaculo schedae Ebor. 1, 14 n. 93; inde Cartailhac *les âges préhistoriques de l'Espagne* [1886] p. 271.

Videtur et ipsa, ut praecedens n. LXIV, incipere a dextra et sinistrorsum procedere uno tenore. Litterae leviter, ut apparet, scariphatae ex parte incertae sunt.

Transcribo ita dubitans:

20 15 10 5
A ϟ I ϟ · Z Ч ϟ ‖ I Ꮧ)I Ӿ A ϟ A ‡ · A ꟼ Ͷ Ч B

1 B videtur esse, ut n. LXIV 1 — 2. 3 Ч Ͷ quamquam *u n* esse possunt, tamen comparatio cum n. LXIV 1—6 facit, ut hic quoque H Ϻ in lapide fuisse credamus — Similiter 4 ꟼ esse putabimus male formatam — 6 elementum incertum; ʈ? — 7 ‡ et ǂ iuxta usurpari vidimus n. LXI ad 16 — 9 elementum cum praecedente confusum quid significet incertum, ϟ *s*? — 11. 12 Ӿ duplex suspicionem movet; fuitne)I H *h k*. ut n. LXVI 4. 5? — 13 Ꮧ videtur *p* esse — 14 I *i* redit 20 — 17 ≷ potest *g* esse — 18 elementum cum praecedente iunctum quale fuerit ignoro — Reliqua intelleguntur.

Vocabula quem admodum distingui possint indicavi lineolis , alterius versus initium .

Itaque fortasse legendum:

5 10 15 20
th [*h i*] *r a* [*s*] *e a s a* [*h*] *k p ĭ* ‖ *s u g* . *s ɩ s a*

1—5 *thhira*, cf. LXIV 1—6 — 6—14 *[s]easa[h]kpĭ*, cf. *S[e]aniocum* gens C. II 2601 — 15—22 *sug.sisa*, cf. **Sucninus* nomen viri C. II 6249 3.

LXVI *Na freguezia de Ourique.* Vide n. LXII.

Lectio non satis certa:

5
O)I H A Ͷ O

5
. . *o n a h k o* . .

1—3 Similiter incipiunt *Oningis Onuba Onusa* locorum nomina.

4. 5 H Ꮶ cf. LXV 11. 12 LXIX 11—16.

5. 6 De *ko* terminatione dixi saepius; vide proleg. c. IV § 47.


onahko videtur pars esse *saronahkonthĭ* vocabuli, quod redit n. LXIV LXVII LXIX.




Cenaculo schedae Ebor. 1, 14 n. 95. Inedita mansit.

LXVII *Ourique*; locus accuratius non indicatur. Vide n. LXII.

a



b



Cenaculo schedae Ebor. 1, 13 '*do Beneficiado Chaves de Ourique*'.

Tituli utrum duo sint an unus an fragmenta in eodem lapide inscripta non indicatur: hoc videtur probabilius. In *a* scriptura anguli fortasse superest


H Λ A И *nach* . .

In *b* paene nihil agnosco: Y Ω Λ . . *cqu* . . ?


a videtur pertinuisse ad *saronahkonthĭ*, vide n. LXIV LXVI LXIX.

LXVIII *Na freguezia de Ourique*; cf. n. LXII.

a




b



a Cenaculo schedae Ebor. 1, 14 n. 94. *b* Idem 1, 13 acceptam *'do Beneficiado Chaves de Ourique'*.

Fragmenta quamquam prorsus incertae lectionis tamen ad lapides eiusdem generis videntur pertinuisse atque praecedentes; unde apposui, si forte denuo indagari possent.

LXIX *Na freguezia de S. Miguel do Pinheiro, termo de Almodovar* Cen. 1, 14; *a legoa do Soeiro junto de Almodovar para a quinta do Rosario* Cen. 1, 13.



Cenaculo schedae Ebor. 1, 14 n. 47 et altero exemplo 1, 13; inde Cartailhac *les âges préhistoriques de l'Espagne* [1886] p. 271. Ab amico nescio quo 1, 13 minus bene delineata est. V. 1 extr. habet O Ↄ I ϟ et v. 2 extr. ᛗ I ꟽꟽ I I.

Vocabula non distincta quem ad modum seiungi possint indicavi lineolis |, initium versus alterius ‖. Initio nihil videtur deesse — 2 et 15 ꓘ *k* est — 22 elementum mutilum et incertum.

Transcribi potest ita:


20 15 10 5
[⊙] O ᛗ I B ꟽ ‖ ∘ Ↄ I H A ꟽ ∘ ꟼ A ϟ ꟽ O A ᛗ ∘ Ↄ I Ꮃ

Quod ita fortasse legendum est:

5 10 15 20
u k o š a o n | *s a r o n a h k o* ‖ *n th i* | *š o* [*th*]

1—7 *ukošaon* comparandum cum *Ucesia Ucubi Ugia* locorum nominibus et *Uecaba Uecius* virorum. Terminatio admonet Urgavonis. 8—16 *saronahkonthi* redit n. LXIV, *onahko* n. LXVI.

LXX *Monte de Gadella, freguezia de Almodovar;* cf. n. LXII.



Cenaculo schedae Ebor. 1, 13 acceptam ab amico nescio quo.


Fortasse ita transcribenda:




. . d u th o c . .

Dutaius Doutius nomina Celtiberica sunt. Cf. *cathldoq* n. XXIV 3—8. De -*oc* -*oq* -*uc* -*ouq* suffixis dixi proleg. c. IV § 36.

LXXI Prope *Bemsafrim*, leugam unam a *Lagos* urbe versus septentriones et occidentem, ad locum dictum *a fonte velha*, parietinae exstant, ab oppido e regione occidentali et meridionali chiliometra circiter duo, in agris dictis *do Paúl* et *Sargaçal*; putant ibi fuisse Lacobrigam sive Laccobrigam Melae (III 7). Sepulturae ibi detectae sunt in campo longo latoque amplius iugero *(uma geira de terra)*: sunt tam sarcophagi rudes e tabulis lapideis senis compositi (longi circiter m. 0.80, lati 0.40), qui ossa continent, quam urnulae ex argilla cum cineribus. In sarcophagis capita mortuorum versus orientem directa erant; sarcophagi ipsi interdum ad capita pedesque mortuorum extra muniti sunt pilis lapideis. In eis sarcophagorum lapidibus, qui ad capita mortuorum sunt, ab externa parte inscripti sunt tituli, adhuc in tribus tantum sarcophagis reperti. Servantur Olisipone in museo Algarbiensi; hic lapis longus est m. 0.83, altus 0.45; litterae altae sunt m. 0.06 ad 0.09.



Transcripsi ita:



Descripsi et ectypum sumpsi a. 1881, alterum postea misit da Veiga, cui debentur quae de loco sepulcrorum et de collocatione titulorum supra adnotavi. Partem lapidis, quae deest, frustra quaesivit da Veiga. Memorat Cartailhac *les âges préhistoriques de l'Espagne* [1886] p. 270, sed non adscripsit.

Scriptura utriusque versus a dextra incipit et sinistrorsum procedit. Litterae singulae satis certae sunt.

De singulis litteris haec observanda sunt:


1 ꟾ *ĭ* in lapide plenius apparebat quam in ectypis — 2 O quamvis reliquis (10. 13. 21. 24. 27) maior tamen puncto medio vel linea transversa caret; unde pro *o* habenda — 3. 22 H, B 12 *th* videntur significare — 4 Ч *u* hasta supra hamum habet, casu fortasse; nam 6. 7 simplex Ч est; non videtur Ч *n* esse — 9 elementum in angulo versus positum et hastis duabus longis constans K *k* videtur esse, ut n. LXI 2 et 30 — 12 vide 3 — 15 Λ *c* videtur esse ut 20, casu fortasse angulo superiore carens — 17. 18 Y duo deinceps posita videntur *t* esse — 19 fragmentum incertum A vel ◁ vel ⋈ litterae; fortasse *a* fuit — 25 visum est in lapide ⋈ esse, sed hasta recta altera carens — 26 fragmentum incertum. ꟻ *l* vel ƆI *k* litterae — in fine videntur versui utrique plura elementa deesse. Vocabula non distinguuntur; lineolis indicavi quem ad modum coniectura distingui possint.

Itaque sic fere legenda:

5 10 15 20 25 30
ĭ o h u i u | *u l k o e th o r* | *c a t t* [*a*] . . . . *c o h q o* | *q* [*l*] *o a a l* | *r* . . .

1—6 *ĭohuiu*; in *-u* terminata habuimus n. XXII V. 2, 10—14 ubi vide — 7—14 *ulkoethor*: cf. *ultthcraicase* n. XXII V. 3, 29—39 et *Ulia Ulisi* oppidorum nomina — 15—19 *catt[a]*; cf. *ccacatn* n. 117 et *Catuenus Caturo Caturicus* virorum nomina — 20—24 *cohqo* fortasse cum *Cauca Caucaenus* nominibus oppidi et viri componendum — 25—31 *q[l]oaalr*; cf. nummi *eoalaqš* inscripti n. 80, *qlešein* n. XV.

LXXII *Bemsafrim*, lapis longus m. 0.64, altus 0.52: litterae altae sunt m. 0.06 ad 0.07. Ubi exstet ignoro.



Descripsi ex ectypo a Veiga misso, quod supra repraesentatum est.

Scriptura mirum in modum disposita est; videtur in imo lapide incipere a sinistra et dextrorsum procedere; deinde susum vertitur et litteris inversis sinistrorsum procedit; versus summus item inverse sinistrorsum procedit.

Transcripsi ita:

5 10 15 20 25 30
O A H Ⱶ P M H C ⸝ Λ P O N A Ⱶ ⊢ K Ↄ Ⲙ N Ո A . . ⸜ 1 N ǂ N A V

1 ɗ *q* Latinae inversae similis est; sed cauda visa est casu orta esse: unde *o* esse existimo — 8 C fortasse O est, dimidiata quia superficies lapidis dissiluit; cf. 18 — 9 sequitur elementum incertum, quod fortasse ǂ fuit, ut 28 — 10 A propter collocationem in angulo a reliquis *a* (2. 14. 22. 30) aliquanto differt: sed vix potest ᑭ *r* esse, inverse collocata — 14 haec quoque *a* propter collocationem paullum mutata est, ut 10 — 15 elementum incertum, Ͱ *t*? — 16 elementum mutilum propter superficiem lapidis erosam, ǂ *e*? — 17 Ꮶ *k*? ut n. LXXI 9 — 18 Ɔ *o* dimidiata, ut 8, sed sinistrorsum — 21 elementum evanidum, siquod omnino fuit, nam in lapide mihi visum est casu ortum esse — 22 post *a* in spatio corroso interciderunt litterae minimum duae, quarum in lapide et in ectypo lineas aliquot distinxi; fuisse visae sunt fortasse X O; imago phototypica nihil eorum indicat — 25—28 superficies lineis transversis casu ortis vel consulto incisis aetate recenti corrupta — 25 in lapide ita visum est esse ↑; hasta recta in imagine vix comparet, sed puto Ν fuisse male sculptam — 26 in lapide et in ectypo I simplex visa est, lineae curvae imaginis casu ortae — 27. 29 Ν sunt, prior superne linea transversa recenti tacta — 28 ǂ visa est in lapide et in ectypo — 31 V in lapide et in ectypo vix comparet: puto casu ortam esse.

Vocabula non distincta quem ad modum distingui possint lineolis indicavi.


Lego dubitanter ita:

o a h u r | *š h o* [*e*] *a* | *p o n a* [*t e*] *k o i n* | [.] *a* [*d o*] *n ι n e n a*

1—5 *oahur*; *ao* exstat in *Caelaon* nomine; cf. proleg. c. IV § 44 — 6—10 *šho[e]a*: de *shš* n. 75. 79 dixi saepius — 11—20 *pona[te]koin*; de *in* terminatione item saepius dixi; cf. proleg. c. III § 13 — 22—30 *a[do]n ι ena*: cf. *aduniu* n. XXII V. 2, 15–19.

LXXIII *Bemsafrim* (scilicet videtur inde provenisse, ut reliquae; sed certa testimonia desunt): servatur Olisipone in museo Algarbiensi. Lapis longus est m. 1.14, altus 0.42: litterae altae sunt circiter m. 0.07.

a



Descripsi ex ectypo, quod sumpsi a. 1881 quodque supra repraesentatum est. Ectypum alterum a se sumptum, sed non magis perspicuum misit Berlanga. Inedita mansit.

Litterae distinguuntur paucae neque constat, num recte scripturam incipere statuatur a parte dextra suprà.

Transcripsi ita:

A Λ ⋞ /\ O . ⅄ V H ⅃ Ħ Ν ᒐ . > . > ⌃

A Λ ᒪ ⅃ ᐠ Ͱ Λ ⋊ H


Leguntur:

ca c . c . . ? n th l h ? ? . o ? s p a | *a p* *n l . u ? q h*


Ab interpretatione omnino abstinendum, cum lectio nimis incerta sit.

Exstant praeterea fragmenta lapidum duorum, quorum alterum *b* indidem provenit teste da Veiga, longum m. 0.40, altum 0.28, distinguuntur litterae duae altae m. 0.13 et 0.04; *c* ex *fonte velha* prope *Bemsafrim*, longum m. 0.14, altum 0.8, in quo pes litterae alicuius veluti ᐱ et pars superior O vel ʘ litterae superest.

b




c



Descripsi *b* ex ectypo, quod supra repraesentatum est; *c* accepi a Berlanga.

Transcribo ita: ..ꟾY, quod legitur *tĭ*...

LXXIV Olisipone. in museo Algarbiensi; unde provenerit non potui resciscere, sed pertinet sine dubio ad regionem eandem, unde provenerunt n. LXXI LXXII; lapis, *grez amarellado*, longus est m. 1.15, altus 0.50.



Ioh. Bonança *historia da Luzitania e da Iberia* (Olisipone 1886; cf. proleg. p. XXX adn. 87) p. 58 s., qui quamquam non dicit a Veiga se accepisse, tamen is sine dubio intulit in museum suum, sed non advixit ad inscriptionem in opere suo publicandam. Imago Bonanzae, quam supra repetivi (ectypum enim nancisci non potui), in universum accurata est, praeter finem versus interioris.

Scriptura incipit supra a parte dextra et sinistrorsum procedit; vertitur deinde deorsum et litteris inversis redit dextrorsum. Versus alter in medio lapide infra incipit sursum ascendens et deinde sinistrorsum vertitur ut prior.

Textum ita transcribo:

25 20 15 10 5
I A ꟽ ᑫ A ᒣ A ᑫ Ͷ T ᒣ ⋈ Ͷ ♀ Φ Ͷ T Λ ᑫ Ͷ ᑫ O ᑫ ǂ X

43 40 35 30
Ͷ ᒣ //// D ᑫ O I ϟ Λ ᒣ O ⊒ ǂ ǂ Δ ᑫ ᑫ Φ

De singulis litteris haec adnotanda sunt:

1 X et 14 ⋈ iuxta videntur pro *q* adhibitae esse — 7 I hasta superne non satis perspicua; fortasse ᑫ. ut 5. 27, *l* — 8 Λ *c* videtur esse, ut 35 — 9 et 16 T videtur esse — 10 ᒣ *n*, Ч *u*, Ͷ *i* fuisse potest; hanc praetuli — 12 ♀ *r* iuxta ᑫ ᑫ ᑫ 3. 18. 22. 28. 39 adhibita tolerari potest; nam *th* post Φ 11. 26 esse non potest — 14 vide 1 — 20 ᒣ *p*? — 23 ꟽ *s* hic solum exstat — 29 Δ *du*? — 32 elementum incertum, ⊒ *ce*? — 35 cf. 8 — 36 ϟ *g*? — 38 O non perspicua quidem est, sed certa videtur — 40. 41 incerta ambo. prius potest *o* fuisse — 42. 43 minora reliquis, sed tamen certa videntur esse Ͷ et Ͷ.

Vocabula non distincta lineolis quem ad modum distingui possent indicavi.

Itaque sic fere lego:


5 10 15 20 25
q e r o l | *i l c t i th r i q n* | *t i r a p a r s a ĭ*

30 35 40
th l r du e | *e ce o n c* | *g ĭ o r* [*o*] . *n i*

1—5 *qerol*; cf. *qedthe* n. LXI 47—51 — 6—15 *ilc(a)tithriqn*; cf. *ĭlcatn* n. XXVIII. XXIX et adnotata ad n. XXII V. 4, 11–20. De *-qn* terminatione v. prolegom. c. IV § 13; *Titicus* nomen est C. II 5447 — 16—25 *tiraparsai*; cf. *thiraeaca* n. LXI 33—40 *thhiara* n. LXIV 1—6. Comparari possunt etiam *kricarsense* n. XXII V. 3. 19–28 et *ĭithsĭniccarse* V. 4, 21–32 — 26—30 *th(a)l(e)rdue*; cf. *tala talutatium* vocabula, de quibus dixi prolegom. c. IV § 24 — 31—35 *eceonc*; cf. *ecariu* n. XXII V. 2, 10–14 — 36—43 *gĭor[o].ni*; componendum fortasse cum *gĭrelu* n. 15 *e*; terminata in *-i* habuimus n. XXII V. 1, 32–42 et n. XXXV V. 1.

LXXV *Cômoro de Portella, freguezia de S. Bartholomeu, concelho de Silves*; servatur Olisipone in museo Algarbiensi. Est lapidis parvi pars superior, alta m. 0.43, lata 0.25, litteris altis m. 0.07.

Descripsi ex ectypo sumpto a. 1881, quod iuxta repraesentatur.



Scriptura procedit sinistrorsum; observa lineas interpositas, quae videntur indicare lapidem origine multo maiorem fuisse. Quae supersunt in superficie lapidis ex parte prorsus detrita ita transcribo quamvis dubitanter:

. . ꟽ O ᑫ Ꝺ . .

10 5
. . Ⅎ Ч Ͷ ǂ O C . .

15
. . > Ч Ͷ ᒣ O . .

1 Ꝺ quod superest elementum est incertae significationis — 5 elementum mutilum et incertum — 7—9 quamquam mutila tamen supplentur probabiliter, ut feci — 10 videtur pars dextra H litterae esse — 14 elementum unum vel duo incerta, fortasse *u*.

Litterae quae leguntur hae sunt paucae:

. . *r o s* . . | . . *o c i u h* . . . | . . *o n i u* . .

Ad vocabulorum reliquias nimis mutilas nihil adnoto.

LXXVI Anulus rep. *en el campo de Ourique*, cum gemma, in qua grus sculpta est; circa eam sunt litterae signave haec:

Γ Ε Ш M I Ш L I

Veiga misit ectypum a. 1881; edidi C. II p. 1028.

Litterae nec Graecae sunt nec Latinae; Ibericae esse possunt (si modo sumimus Ш et Ш promiscue positas esse) hae:

ᚪ ǂ Ш Λ I Ш V I

l e t š ĭ t c i


Cf. anulus n. LV. Cum unde incipiat textus incertum sit, nihil aduoto. Sed comparari potest *ledišama* oppidi nomen in nummis n. 68.

INSCRIPTIONES

FALSAE VEL SVSPECTAE

Tarracone in sede antiquitatis Romanae primaria, ubi cotidie fere prodeunt inscriptiones Latinae, nummi Iberici et Latini, res denique variae antiquae cuiusvis generis, ut gloria patriae augeretur etiam fraudes non defuisse non est quod miremur. Cuius illae originis sint inter peritos constat; scilicet confecerat eas Bonaventura Hernandez, homo de antiquitatibus patriis optime quidem meritus, sed iuvenili aetate prurita vanitatis ad artificia illa minus laudabilia delapsus. Qui cum die 9 m. Novembr. a. 1891 mortuus sit octogenarius, libere iam dicendum est, quod dum vixit tacuimus, ne laederemus virum officiosum, quem licentiae iuvenilis paenitebat. Inscriptiones Ibericas et Graecas infra composui; omisi aliquot hieroglyphicas, quas qui fecit testes esse voluit coloniae in Hispania vel religionis Aegyptiacae, ut sepulcrum illud Herculis Tyrii dudum a viris doctis explosum. Videantur de eo Gerhardi *Archaeol. Zeitung* 1852 p. 155 et 1853 p. 278. 326; Aemilius Braun *Bullettino dell' instit.-archeol.* 1854 p. XXIX—XXXII; A. de Minutoli *das Herculesgrab in Tarragona* Berol. 1854 8. et eiusdem *Altes und Neues aus Spanien* vol. II 1854 p. 133—217; B. Hernandez *resumen histórico-critico de la ciudad de Tarragona desde su fundacion hasta la época romana, con una explicacion de los fragmentos del sepulero egipcio descubierto en 9 de marzo de 1850*, Tarracone 1855 8.; liberque meus *antike Bildwerke in Madrid* (Berol. 1862 8.) p. 284. Fraudium illarum memoriam ideo tantum resuscitavi, ne denuo pro genuinis venditarentur.

I* Tarracone, apud Bonaventuram Hernandez, in lapide vidit Tournal. Postea non comparuit.




Boudard *numismatique ibérienne* (1859) p. 184, cui ectypum dedit Tournal (inde Phillips p. 198, 21; Berlanga Hisp. anteromana p. 241, qui damnat), qui Graecam putat litteris Ibericis scriptam Καλλ[ί]πολι Πόλεμον.

Ego nunquam vidi; falsam esse apparet.

Fragmentum praeterea marmoreum repertum Tarracone et inscriptum litteris hieroglyphicis et Ibericis memorant Albiñana et Bofarull *Tarragona monumental* I p. 18 (inde Berlanga Hisp. anterom. p. 247, qui damnat).


II* Tarracone in museo; fragmentum lapidis calcarii admodum mollis, argillae similis. Imitatur fastigii formam.



Descripsi a. 1860 et fictam indicavi; postea non vidi.

Fortasse *Serto[rius]* nomen indicari voluit qui fecit.


III* Tarracone, vasculum aereum, rep. a. 1859 *en el primitivo terreno de la cantera*, servabat Hernandez; in fundo extrinsecus incisa.




Descripsi et ectypum reportavi a. 1860; postea non vidi. Albiñana et Bofarull *Tarragona* I p. 18 et 138 tab. 13, 1 (inde Berlanga Hisp. anterom. p. 246 qui damnat, recte).

Berlanga adnotat ᚠ et ↑ non potuisse facile adhiberi in eodem titulo; sane exstare eius generis exempla ignorabat qui hunc titulum finxit.

IV* Tarracone, servabat Hernandez; fragmenta tabularum ex argilla rubra, litteris leviter scariphatis.

a (n. 12) 

b (n. 14) 

c (n. 15) 


Descripsi a. 1860 et suspectas indicavi omnes. Postea non comparuerunt.

V* Tarracone, in patella rubra scariphatum extrinsecus; servabat Hernandez.



Descripsi a. 1860 et suspectam iudicavi; nam *Intibilis* nomen videbatur fingi.

VI* Tarracone, fragmentum patellae rubrae, in museo (n. 12), quae videtur postea picta esse colore nigro. In medio colore nigro dempto, ita ut fundus ruber appareat, est noctua, infra



Descripsi a. 1860 et falsam iudicavi; scilicet qui fecit voluit legi *cekropos* litteris sive Ibericis sive Graecis scriptum.

VII* Tarracone, patella ex argilla nigra; servabat olim Iohannes Fernandez, iam est in museo (*Est.* 1 n. 18). In margine scariphatum




Descripsi a. 1860 et genuinam non esse iudicavi; scilicet desumptam ex n. XXVIII. XXIX 9–15.

VIII* In *Riba* vico ad fluvium Francoli c. a. 1850 repertae sunt tabulae duae ex lapide arenario nigro supra semicirculares et translatae in museum Tarraconense d. 18 m. Mart. a. 1857 teste Bonaventura Hernandez; latae sunt m. 0.90 altera, altera 0.75, altae, quatenus servatae sunt (nam pars inferior non scripta deest), m. 0.50.

Hernandez mihi delineavit accurate, neque vero operae pretium visum est imagines eius hic repetere. Agnosco enim anni M D L indicationem et alia indicia aetatis recentis certa. Reliquae litterae nullo ordine in superficie dispositae quamquam ex parte Ibericis similes, tamen noviciae videntur omnes neque sensum praebent ullum.

IX* *Calatayud*, tabula lapidea.

En 23 dias del mes de Noviembre del año de 1580, estando un labrador llamado Juan de Francia, vecino de Huermeda, varrio de la ciudad de Calatayud, cuia poblacion esta a la falda del monte Bambola, endonde tubo su asiento la ciudad de Bilbilis, sacando piedras y rompiendo ruinas de aquella antigua poblacion, encontró con una losa, de media vara de grueso, de largo vara y tres palmos, y de ancho vara y un palmo, que tenia las letras y caracteres siguientes. Esta piedra original tubo muchos años en su custodia y poder el Dr. Don Miguel Romeo subprior y canonigo de la iglesia Jerosolimitana colegial y regular del santo sepulcro de la ciudad de Calatayud [*y despues abad de la O.*]




Ioh. Michael Perez de Nueros († 1731) f. 28 (inde schedae P. Moret, servatae apud Paulum Ilarregui Pompaelone, e quibus Antonius Delgado mihi dedit a. 1861); praeterea indidem habuit Vincens de la Fuente *historia de Calatayud* 1 p. 29.

Titulus videtur omnino genuinus esse, sed male descriptus et fortasse interpolatus; nam qui descripsit ipse minime intellexit. Sed frustra singula quaedam vocabula aliunde nota agnoscere studui. Litterarum formas ab eo qui descripsit pro arbitrio formatas non curavi accurate imitari.


Vide prolegom. cap. II p. XXI § 4.

X* Alicubi in Aragonia.



Faustinus Muscat [1770] schedae Matrit. *Est.* 18, 1 n. 14 qui adnotat: '*esta inscripcion la apunto . . . . con el recelo que no sé donde se encontró; pues me hallo con noticias dudosas así del sitio de su existencia como de la exactitud de la copia; solo sé que se halló, segun el original que me dieron, en Aragon*'.

XI* *Iglesuela* [cf. n. XV—XVII], *cerca de la villa, en una hermita, al suelo.*



Petrus Valera [i. e. Trigueros, cf. proleg. c. II § 5] 7; inde Velazquez schedae Matrit. vol. 62 *Est.* 22, 100 et Faustinus Muscat [1770] schedae Matrit. *Est.* 18, 1 n. 14.


XII* Caesaraugustae in museo Lastanosae olim, nunc Matriti aut in bibliotheca publica aut in museo archaeologico, onyx exhibens equitem hastatum ad sinistram et iuxta eum leonem (non tigridem) cum inscriptione

Є
L
O *Leo?*

Descripsi a. 1861 et edidi C. II n. 4976, 15; Lastanosa *museo* p. 51 n. 76 (inde Erro *alfabeto de la lengua primitiva* [1806] p. 165 tab. 4, 3; Paluzie *paleografia* p. 83).

Fortasse aevi christiani. Erro legit *ego*, quod dicit Vasconum lingua esse *aër*.

XIII* *Cerea de Morviedro.*



Petrus Valera n. 22 et *cartas de Franco* I 7. Cf. n. XI*.

XIV* *Santa Pola*, qui est portus Ilicitanus, frustum columnae rep. a. 1776 in effossionibus institutis a Iosepho Caamaño, *sargento mayor de Mallorca*; servabatur in castello de Sª Pola iussu ducis *de Arcos*; in superficie superiore scariphatum Lum.



Lumiares *inscripciones del reyno de Valencia* p. 86 tab. LIII 300 cui miserant Didacus de Cuesta et Leonardo [Leandro?] Soler canonicus *de Orihuela*; Anonymus Olisiponensis (cf. C. II p. 463); Conyngham *theatre of Saguntum* [1790] p. 45 et 46 n. 14.

Solus Anonymus litteras Latinas depinxit, reliqui elementa incerta, quae Conynghamio Ibericae, Lumiari ne litterae quidem esse visae sunt, sed liturae lapidis. Certum est titulum siquis omnino fuit Latinum esse, non Ibericum.

XIVa* Dianii.

Queda aún [c. a. 1550] '*una tabla de marmol muy fino con un letrero en lengua phenicia encima de un portal viejo de aquel tiempo hecho á manera de media luna de unas piedras pequeñuelas como aquellos antiguos labraban*'.

Beuter *coronica general de España* lib. II cap. LIII (inde Chabas *historia de Denia* p. 77).

Portam fuisse originis Arabicae et inscriptionem non Phoeniciam sed Cuficam recte observavit Chabas.

XV* *Cardeñosa* (leugas ab *Avila* duas) rep. *en el sitio de las Cogotas*, ubi aper lapideus exstat Avilensibus similis, tabella ex lapide scissili, inscripta ita:



Andreas Garci-Nuñez misit academiae historicae Matritensi (cf. *boletin de la Academia* I 1877/79 p. 9).

Cf. n. XVI*. Subest titulus genuinus sive Latinus sive Ibericus sive Cuficus; sed nihil intellego.

XVI* *Cardeñosa* prope Avilam, fragmentum ex terra cocta argillacea, formae singularis (*parece resultante de la union de dos conos por sus bases*), cui inscriptae sunt lineae titulo similes hae:



Andreas Garci-Nuñez misit academiae historicae Matritensi (cf. *boletin de la Academia* I 1877/79 p. 9).

Genuini siquid subest, quod non negaverim, pessum dedit qui descripsit.


XVII* Numantiae *(Garray)*, in operculo vasculi cretacei rep. d. 1 m. Sept. a. 1803 in effossionibus institutis a societate oeconomica provinciae *de Soria*.



Erro *alfabeto de la lengua primitiva* p. 172 tab. 5, 2 (inde Paluzie *paleografia* p. 84; Berlanga Hisp. anteromana p. 247 qui damnat), cui misit Iosephus Gonzalo parochus *de Garray*.

Videtur inscriptio scariphata Latina male lecta. Erro legit *alciac*.

XVIII* *Jumilla*, fragmentum tegulae litteris Ibericis scriptum.



Lozano *Jumilla* (Murcia, 1800 fol.) p. 51.

Si omnino litterae sunt aut Latinae aut aliae, non intelleguntur.

XIX* In colle dicto *el Cerro de los Santos*, sito ab *Albatána* ad septentriones, ad orientem ab *Albacete*, ab *Almansa* leugas quattuor et a *Montealegre* unam versus meridiem, inter hunc vicum et *Yecla* oppidum, repertae sunt inde ab a. 1860 res antiquae variae, fragmenta operis tectonici, pavimenta tessellata, titulus unus Latine inscriptus (qui periit), caput columnae, signa duodeviginti partim integra, partim mutila. Effossiones deinde ibi institutae sunt a. 1871 quaestus causa a privatis atque inde in museum Matritense atque in manus variorum, Barnabae Mercillo, Michaelis Rodriguez Ferrer, Antonii Canovas del Castillo pervenerunt res permultae, inter quas aliquot manifesto

XIX* falsae. Iussu academiae historicae Matritensis effossiones continuatae sunt atque detectum aedificium templo simile, longum m. 20, latum m. 8, cum columnarum truncis duobus, in quo signa illa putantur collocata fuisse, quae cum multorum aliorum eiusdem generis signorum fragmentis, praesertim capitibus humanis, in declivitate collis orientali dicuntur iacuisse coacervata. In altero collis cacumine arcis vestigia pauca supersunt, sed in toto colle nihil amplius. Praeterea cuspides et enses aenei, sigilla quaedam aenea, fibulae, lucernae argillaceae, aetatis omnia illa Romanae reperta sunt.

Praeter monumenta vel Aegyptiaca vel litteris Aegyptiacis inscripta, quae omitto, et Latina atque Latino-Graeca Graecaque, quae alibi proposui (C. II 514*—522* inter suspecta), monumenta aliquot ibi reperta sunt et servantur in museo archaeologico Matritensi inscripta illa, ut videntur, litteris Ibericis. Ea hic composui (n. XIX a*—XL*), quamquam non nego inesse posse genuina quaedam.

Edidit et explicavit Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *antigüedades del Cerro de los Santos*, cum Aureliani Fernandez Guerrae responso Matriti 1875 fol. pp. 180 cum tab. XXII et in *Museo español de antigüedades* VI 1875 p. 251 ss. (de quo libro iudicium tuli in ephemeride *Jenaer Literaturzeitung* 1876 p. 217 ss.). Numeros adscripsi editionis prioris, quae cum altera prorsus consentit. Supplementum postea prodiit ab eodem editum *nuevas esculturas del Cerro de los Santos* cet. *adquiridas por el museo arqueológico nacional* ibid. VII 1876 p. 594—599 cum tab. I fig. 1—5. Continet signa quinque cum titulis Aegyptiis.

Nummi aenei duo dicuntur ibidem reperti esse. Editi sunt a Iosepho Biosca Mejía in libro inscripto *Album de la sociedad arqueológica Valenciana* et in *Memorial numismático español* III 1872-73 p. 208 tab. VI (inde Rada p. 75 tab. XIII 1); librum illum non vidi. Alter nummus continet in adversa parte caput Iovis, in aversa pastophorum cum inscriptione ΙΙΑϟϚΟΠΟΤΟΖ ΔΙΙΥΙΙΙΙΔΕ. Alter, quem Almansae servat Iosephus Galiano, in adversa exhibet Herculem tauro iacenti insidentem, quem domuit, et inscriptionem ΙΙΡΟϟΧΥΝΜϟΙΞ (προσκύνησις) - AV IE - ΔΑΟϟ ΕΡΚΥ, in aversa sacrificium a mulieribus duabus oblatum cum inscriptione Α ϟΑΡ ΚΙRΙ.

E Radae libro desumpsit Salvator Sanpere y Miguel, *contribucion al estudio de la religion de los Iberos, Revista de ciencias históricas* I 1880 p. 1—45.

Falsos esse titulos et Ibericos et Latinos in colle sanctorum repertos mecum putat Berlanga Hisp. anteromana p. 248 s. Repetivit et suo modo studuit explicare Minguez (a. 1883) p. 38—61, ubi epistulae nonnullae P. Caroli Lasalde de eis editae sunt. Cum ex textu, quem exhibet, novi nihil discatur, interpretatio vero omni ratione careat, singula non exscripsi. Exempli causa lectionem eius et interpretationem adnotavi ad C. II S n. 518*; Graecam putat linguam Ionicae dialecti.

XIX a* In cylindro lapideo, alto m. 0.19, diametri supra m. 0.08, infra 0.1.

I N Ⲕ N V
Δ R H V V ᴼ ⅂
I Ꙡ ꟻ ᒪↄ
ᴎ Λ ⅄ Ⴟ

Descripsi a. 1886. Rada p. 40 tab. XVIII 1 qui litteris Hebraicis scriptam putat atque dedicatam 'infanti, domino acropolis, ab Artemidoro'.

Litterae mihi visae sunt Ibericas male imitari.

XX* In pectore statuae togati (n. 4) mutilae; fragmentum altum est m. 0.27, latum 0.38, litterae altae 0.022.

M Δ ΛΑ N
A O N

Descripsi et ectypum sumpsi. Rada p. 96 tab. XI 6, qui legit *sklaiaon*.

XXI* In pectore signi (n. 44), cuius pars tantum superest, litteris parvis, altis m. 0.0015, evanidis

⊖ ∞ ᒑ v Λ v ч V ᴎ I
Γ P /// ◇

Descripsi et ectypum sumpsi; apud Radam non memoratur.

Rada p. 80 adnotat post editam dissertationem suam sibi missas esse imagines inscriptionum novarum, quae e colle sanctorum Yeclam pervenissent. Earum una fortasse haec est in museum Matritense inlata.

XXII* Lapis ex cylindris tribus compositus, longus m. 0.25, supra mutilus (altus m. 0.15), in cuius plintho haec leguntur, litteris altis m. 0.032,

P ꟻ ᴼ P N H ⋝

Descripsi et ectypum sumpsi. Rada p. 47 tab. XVI 1, qui titulum dicit Ionicum esse et Avernalis Hecatae sacrum.

Elementum primum in lapide visum est Y esse, in ectypo P.

XXIII* In anaglypho, in quo supra pendet aries (vellus aureum ordinis Burgundici novicii), infra sedet puerulus iuxta cancrum et leonem, alto m. 0.33, lato 0.27; in plintho scriptum est litteris altis m. 0.025

I N Γ I O I V A

Descripsi et ectypum sumpsi. Rada p. 87 tab. XVII 2, qui litteras dicit esse Ionicas et zodiaci signa indicari putat.

XXIV* In plintho vaccae lapideae, longae m. 0.24.

N M Y Ч O

Descripsi. Rada p. 69 tab. XVI 2, qui docte adnotat Isidem secundum Plutarchum de Iside et Osir. c. 15 a quibusdam dictam esse Νεμανοῦν.

XXV* In signo mulieris integro, alto m. 0.81, in vasculo, quod manibus ambabus tenet ante pectus; litteris altis m. 0.015.

Rada:	ego:
I Ϩ H ⅃A Λ Ɜ //	ϩ I I A V ϩ Λ

Descripsi. Rada p. 73 tab. VI 1.

XXVI* In mithra signi muliebris mutili ex lapide (superior tantum pars est cum manibus), alti m. 0.52; litteris altis m. 0.03.

I U N

V I N

Descripsi et ectypum sumpsi; C. II 515*; Rada p. 70 tab. VII 3. Cum Latina esse possit, ut n. XXVII*, tamen repetivi, quia etiam cum reliquis Ibericis coniungitur. Cf. C. II 514*.

XXVII* In signo mulieris (alto m. 0.38), cuius caput cucullo tectum est, in pectore; litteris altis m. 0.02.

I N < I

Descripsi et ectypum sumpsi. Rada p. 76 tab. IX 1.

XXVIII* In signo mulieris stantis, alto m. 0.22, quod servat Antonius Canovas del Castillo, in pectore.

Λ ⁞ ᚨ N

Descripsi. Rada omisit.

XXIX* In fragmento statuae muliebris tam alte collocato, ut mensuras sumere non potuerim, in pectore.

Rada:	ego:
Ч ☰ I I I	Ч I I I
M ☰ /	ᚨ I V

Descripsi. Rada VI 1876 p. 594 ss. tab. 1 n. 4.

XXX* In signo muliebri parvo, alto m. 0.42, in mithra scriptum litteris evanidis.

Ч ⊢⊣ I ⅄

Descripsi. Rada videtur omisisse.

XXXI* In mithra signi muliebris, alti m. 0.54, litteris altis m. 0.03.

V ∩ ᑐ

Ә O ⊨

⅄ Ч O

Descripsi et ectypum sumpsi; Rada p. 79 tab. VII 5, qui legit *lar doh cro.*

XXXII* In signo mulieris parvo, alto m. 0.31, in pectore et infra in veste.

A ᚨ

Λ Δ ⅄

⅄ C M Ն Ϩ

⊢ < ⊣

Descripsi. Rada p. 79 tab. IX 3, qui pectoris tantum titulum memorat ita AIᚨ (quod non est in lapide) et vestis titulum omittit. Haec Aᚨ mihi visa sunt posse genuina esse, reliqua certo falsa.

XXXIII* Vasculum ex argilla, altum m. 0.11, ornamentis nullis, quod visum est antiquum esse, in cuius corpore postea inscriptum est extra

)(. K . Ɔ 9 E S .

Descripsi. Rada p. 100 tab. XIX 1.

XXXIV* In signo cynocephali sedentis, alti m. 0.33, qui manibus tabellas tenet inscriptas

◡ Y O	◇ Δ
Δ	⊙

Descripsi. Rada p. 65 tab. XVII 5, qui vertit Hebraice et Aegyptiace (inde Sanpere *Revista de ciencias históricas* I 1880 p. 25).

XXXV* In disco ex lapide parvo, circa scarabaeum volantem, litteris prominentibus, quem servabat incola aliquis Yeclensis. Litterae circulo dispositae sunt; incipere eas volunt a parte dextra media.

Litterae Aegyptiacae duodecim

Rada p. 37 ss. tab. XIII 1, qui explicat Aegyptiace ita (p. 40)

entuf hor neb to nofer bir Ra mer m an

Litteras Aegyptiacas n. XXXV*—XL* certo falsas esse earum periti affirmant.

XXXVI* In fragmento signi Aegyptiaci, in mithra mulieris.

Litterae Aegyptiacae duodecim

Descripsi. Rada VII 1876 p. 594 tab. 1 5.

XXXVII* In plintho signi parvi hominis genuflexi, alti m. 0.19, quod celabatur a possessore, nunc est in museo.

Litterae Aegyptiacae quinque

Descripsi. Rada p. 37 tab. I 6 ex ectypo, nam monumentum ipsum videre non potuit; qui legit *o m tmo neb Mai (amante del señor de la justicia).*

XXXVIII* Cippus terminatus in caput muliebre cum corona radiata et rosa, infra quam scriptae sunt

litterae Aegyptiacae tres

Descripsi. Rada VII 1876 p. 594 tab. I 1.

XXXIX* In fragmento signi virilis (alto m. 0.20), Aegyptiaci, in pectore.

Litterae Aegyptiacae quattuor


Descripsi. Rada VII 1876 p. 594 tab. I 3.

XL* In fragmento parvo Aegyptiaco.

Litterae Aegyptiacae quattuor

Non vidi. Rada VII 1876 p. 594 tab. I 3.

XLI* Castulone, in lapide magno usurpato postea pro mola Val. A. 1782 frustra se quaesivisse testatur Bay.



Petrus Valera [i. e. Trigueros, v. n. XI*] 2; inde reliqui Velazquez sched. Matrit. vol. 38 et 62 *Est.* 22, 77 et 100; Bayer *viaje* f. 62; Conyngham *theatre of Saguntum* p. 43,1 (inde Phillips p. 196,19 sine suspicione); Erro *alfabeto de la lengua primitiva* p. 179 tab. 6; Paluzie *paleografia* p. 85.


Falsarius exprimere voluit θεῷ σάκρῳ μίθρῃ τορίῳ: reliqua sensu cassa; in fine ἀνέθ(ηκεν).

XLII* Castulone, reperta post eam quae praecedit (n. XLI*), admodum mutila (*en post de esta se halló una otra muy borrada*).



Petrus Valera [i. e. Trigueros] 3; inde Velazquez sched. Matrit. vol. 38 et 62 *Est.* 22, 77 et 100; Erro *alfabeto de la lengua primitiva* p. 179 memorat tantum; reliqui omittunt.


XLIII* *En Trujillo.*



Rodriguez *la Vettonia, Boletin de la sociedad geográfica de Madrid* VII 1879 p. 219, qui putat Ibericam esse scriptam, ut ait, '*bustropfedo*'. Sed est potius Latina male lecta aut omnino novicia (V. 3 1763?).


Inter fraudes montis sacri Iliberritani (vide C. II p. 286 s.) insunt etiam tituli aliquot Iberici (n. XLIV*—LIII*), quos e museo Iohannis Flores de Oddouz, qui finxerat, sibi exscripsit Iosephus Velazquez.

XLIV* In basi statuae Cereris nudae.




Schedae Matrit. 35 *Est.* 22. 74.

XLV* *En marmol*; rep. a. 1754 *en el sitio llamado las Farreras detras del Convento de Carmelitas descalzas.*




Schedae Matrit. 35. 38. 62 *Est.* 22, 74. 77. 100.

XLVI* *En marmol.*



Schedae Matrit. 35. 38. 62 *Est.* 22. 74. 77. 100.

XLVII* *En marmol*; rep. a. 1752 *en la Alcazaba.*




Schedae Matrit. 35 *Est.* 22. 74.

XLVIII* *En marmol.*



Schedae Matrit. 35. 38. 62 *Est.* 22, 74. 77. 100.

XLIX* *Brasero de marmol,* extra in vasculo



in collo, extra



Schedae Matrit. 35 *Est.* 22, 74.

L* In protome Mercurii aenea, in plinthi quattuor lateribus




Schedae Matrit. 38 *Est.* 22, 77. Vocabula sunt Graeca.

LI* In vasculo aeneo, supra:




infra:




Schedae Matrit. 35 *Est.* 22, 74 ex imagine aeri incisa Iohannis Flores (Marin delin. Rivera sculp.).

LII* Vasculum aeneum (simile Castulonensi supra n. XLI), in margine extra




Schedae Matrit. 38 *Est.* 22, 77.

LIII* *Mitad de una espada de bronze.*




ab altero latere:



Schedae Matrit. 35 *Est.* 22, 74.

LIV* *En Porcuna, á la salida, en una piedra rota.*




Petrus Valera [i. e. Trigueros] 20; inde Velazquez schedae Matrit. vol. 38 et 62 *Est.* 22, 77. 100.

LV* Hispali.

 cet.


Bayer *viaje* f. 198 v. ex epistula Alexii Sanpere.

LVI* Hispali.

 cet.

Bayer *viaje* f. 198.

LVII* Hispali.

 cet.

Bayer *viaje* f. 198.

LVIII* *Jerez de la Frontera..*

Quos olim cum Zobelio putabam titulos esse scriptos litteris Libyphoeniciis, iam relliquias esse credo inscriptionum Latinarum duarum. Unde edidi C. II 5403. 5404.

LIX* *Trigueros, provincia de Huelca,* vasculum argillaceum, in cuius ventre uno versu haec scripta sunt litteris prominentibus ter repetita et quartum ex parte dimidia


RMENVVERMICĀCHOOTDVHEDICHERBA

i. e. *ach got duhe dich erbarmen uver mic[h]*

Erro *alfabeto de la lengua primitiva* [a. 1806] p. 185 tab. 7 (inde Paluzie paleografia p. 86 et ego *Trigueros und Franc*[*e*] [v. prolegom. c. II adn. 58] Rhein. Mus. XVII 1862 p. 25[.]); Perez Quintero *Beturia* p. 107.

Erro titulum ex lingua Vasconica explicavit. Quintero aliis Gothicum, aliis Celticum visum esse adnotat. Germanicum esse divinavit Josephus Antonius Conde in censura libri Erronis, quam edidit sub nomine parochi *de Montuenga* (*censura critica* etc. Matriti 1828 8.). sed explicavi ego primus, tum ignarus, quod paene similiter antea iam legerat Lorichs *Recherches* p. 10; unde enotavit Berlanga Hisp. anter. mon. p. 64 adn. 7. Astigi apud Marianum Casaubon vidi vasculum prorsus simile, cui tituli illius loco inscripta sunt alphabeta aliquot. A Caroli V militibus Germanicis vel per saeculi XVI commercia videntur allata esse in Hispaniam.

LX* *Fenicia española, en una sortija que en un camafeo tenia un retrato de mujer.*






compitio tu juventud a tu ... ne

Faustinus Muscat in lamina aeri incisam exhibet, quae inserta est exemplo libelli a comite de Lumiares scripto *Barros Saguntinos* (v. proleg. p. XXIII et C. II p. 660); ex eius schedis Matritensibus non enotavi.

Cf. n. LX


LXI* *En Malaga se halló un gran piedra, como delantera de ara, o de peana de estatua, ansí:*



Cartas de Juan Fernandez Franco al Inquisidor Olivan cet. 5 [i. e. Trigueros]; inde memoravi ego *Rhein. Mus.* XVII 1862 p. 266 [cf. proleg. c. II adn. 58]; edidit Berlanga Hisp. anterom. p. 399 n. 27, qui mecum damnavit. Defendit nuper Minguez [a. 1883, cf. proleg. c. II § 24] p. 64 s.

Linguae Phoeniciae periti, qui examinaverunt, sensu cassam pronuntiaverunt omnes.

LXII* *En Paimogo, en la raya de Portugal, al campo de Andevalo, piedra traida de alto del monte.*



Petrus Valera [i. e. Trigueros] 25; inde Velazquez schedae Matrit. vol. 38 et 62 *Est.* 22, 77 et 100; Iosephus Cevallos Hispalensis [1763] in schedis apud Franciscum Xaverium, deinde apud Antonium Delgado.

ADDENDA ET CORRIGENDA

Prolegomena

Ad p. XII adnot. 47. Alvarus Campaner quam primum ediderat scriptionem a. 1857 (*Apuntes para la formacion* cet.), denuo edidit emendatam et auctam hoc titulo *Indicador manual de la Numismatica Española* (cum tabulis sex), Palma de Mallorca 1891/2 (pp. 576 cum supplemento) 16° (cf. Fita *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 623 ss.). Addidi inde indicibus meis nomina aliquot civitatium, quae leguntur in nummis Wisigothicis.

Ad p. XIV adnot. 47. Aloysius Heiss operi de nummis Wisigothicis addidit dissertationem de nummis Suevorum in Hispania cusis, *essai sur le monnaiage des Suèves* (*Revue numismatique* III sér. vol. IX 1891 p. 146—164); unde tamen locorum nova nomina non ediscimus.

Ad p. XX § 28. Catalogis nummorum Hispanicorum accessit interea collectionis Vidal splendide editus et ita inscriptus:

Catálogo de la colección de monedas y medallas de Manuel Vidal Quadras y Ramón de Barcelona, vol. I (pp. XXIV 426) 4.

[Voll. III—IV continent nummos aetatis recentioris, V tabulas.]

Qui praefatus est Arthurus Pedrals iure praedicat thesauros inde ab a. 1835 usque ad hunc diem in collectione illa coacervatos. Enotavi infra pauca quae faciunt ad seriem nummorum antiquorum augendam.

Pars prima. Nummi.

Ad p. 3 (I. Nummi Graeci antiquissimi).

Thesauris nummorum Graecorum in Hispania repertis tribus, quos indicavi, accessit quartus, qui Dianii prodiit a. 1891. Rettulit de eo Rochus Chabas Dianiensis quondam nunc Valentinus in Archio suo (Vol. V 1891 p. 59 ss.). Scilicet reperti sunt in monte *Mongó*, ubi fuit Dianium urbs vetusta, in vasculo argillaceo una cum patellis argenteis quattuor, linea argentea, fibula aerea nummi argentei septendecim, didrachmon Corinthium, tetradrachma Sicula Messanae Selinuntis singula Syracusarum tria, obolus Carthaginiensis Punicus, oboli sive obolorum partes Massilienses quattuor, Emporitani sex. Probantur hoc invento quae de nummorum Graecorum in Hispania usu supra exposita sunt atque illustrantur quae de vetusto inter Siciliam et Hispaniam commercio scriptores veteres tradunt.

Ad p. 7 (Loca inventionis). Ad thesauros nummorum Ibericorum in provincia citeriore repertos accessit qui prodiit a. 1887 prope *Quintana Redonda* vicum provinciae *de Soria*. Secundum ea quae adnotantur breviter *boletin de la Academia* XIII 1888 p. 342 (cf. XII 1887 p. 440) prodierunt ibi in pateris argenteis duabus nummi argentei Iberici mille et trecenti Celsithani, i. e. argenti Oscensis, omnes (n. 47); unde numero thesaurus hic superat antea repertos omnes.

Ad p. 15 Rhode n. 3. Catalogus Vidal I n. 79 tab. 1, 2 drachmam Rhodiensem n. 3 *a* exhibet, cuius in adversa pone caput nymphae adiectum est monogramma ΔΥ, i. e. compositum ex litteris Δ et Υ *d t*; nescio quo sensu.

Ad p. 17 Emporiae n. 5 *h* 9. In inscriptione Iberica pro Z potius ≷ ponenda erat; ut docebant exemplaria a Berlanga denuo examinata.

Ad p. 22 Emporiae n. 5 Latini. Inter inscriptiones Latinas ante EMPORIT addendum erat EMPORIAE.

Ad p. 23 *Untcescen* n. 6 *a*. In inscriptione Iberica C altera in exemplaribus a Pujol examinatis et ipsa magis < fuisse visa est.

Ad p. 29 *Krsa* et *Thruthruatn* n. 16. In subscriptione e Florezio non tab. LVIII 6, sed LVIII 5 scribendum est.

Ad p. 30 *Aušescen* n. 18. In subscriptione emendandum Lorichs tab. XXVI 3—5 (pro 3—7) et Heiss p. 103 tab. V 1—4 (pro 105 tab. V 6—9).

Ad p. 44 Saguntum n. 40. In victoriato vetusto Saguntino n. 40 *b* quae infra exstat inscriptio elementum secundum non tam P, quam ዖ vel ꟼ videtur habere; ut observavit Pujol.

Catalogus Vidal I n. 940 tab. 4, 6 exhibet quadrantem aereum, ut videtur, a n. 40 *u*—*w* diversum. Cum concha et delphino solitis inscriptionem habet claram et perspicuam ΛΛ · ΛΒ, aliunde quantum scio nondum notam.

Exstat praeterea in eadem collectione nummus vel potius tessera plumbea dupondiis similis n. 936[a] tab. 4.5[a]. in qua cum concha Saguntina cernitur inscriptio non satis perspicua SAO..W... Tesseras similes edidi C. II n. 6246 3–5.

Ad p. 47 Gili n. 41. Nummi n. 41 *b* exemplar quod exhibet Catalogus Vidal I n. 298 tab. 2, 5 optime servatum inscriptionem habet breviatam ita ՐΛ·; nam affirmat editor punctum perspicuum esse nec ortum ex Ի evanida; id quod imago ex ectypo sumpta videtur comprobare.

Ad p. 48 Saetabis n. 43. Quod nummos Saetabitanos hic collocandos duximus, quamquam oppidum conventui Carthaginiensi adscriptum erat a Romanis et multo magis versus meridiem situm quam Valentia, id cum minus intellegi viderem a geographiae veteris peritis, velut a Kieperto, hic denuo accuratius explicabo. Scilicet hae sunt causae, quae Zobelium moverunt ut Saetabim cum Sagunto coniungeret meque, ut Zobelium sequerer: primum quod Sagunti nomen, ut videtur, in nummo uno Latine inscriptum est iuxta Saetabis Ibericum (n. 43 *c*); deinde quod semivictoriatus Saetabitanus exstat (n. 43 *a*), quamquam victoriatus, quem exstitisse probabile est, nondum comparuit, similes autem nummi praeterea Sagunto tantum provenerunt; denique quod concha et delphinus typi Saguntini redeunt in Saetabitanis (n. 43 *g*–*k*). Itaque cum Sagunto Saetabis videtur arte coniunctum fuisse et inter oppida vetustissima numerandum, quae nummos Ibericos emiserunt, quamquam regionibus aliquantum dissitis.

Ad p. 72 *Hilauces* Voluce n. 75 *šhš* utrum oppidi nomen sit necne, incertum quidem est: ut dixi. Sed fortasse comparari potest *Soses* vicus provinciae Ilerdensis, unde prodiit titulus Ibericus n. V.

Ad p. 80 Nertobriga n. 87. Inter testimonia scriptorum veterum, quae attuli, casu omissum est vetustissimum Polybii XXXV 2, 1; ubi libri scripti errore Νερκόβριγα habent.

Ad p. 82 Segobriga n. 89. Prodiit a. 1892 in *Cabeza del Griego* titulus sepulcralis servo ancillaeve sive liberto libertaeve, cuius nomen plene non exstat, *rei [publi]cae Segob[rige]nsium* positus a *[f]amil[ia pub]lica*; edidit eum Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 136. Sane inventum hoc nondum probat in *Cabeza del Griego* sitam fuisse Segobrigam, quod fuerunt qui antea iam coniecerant, non Ercavicam (v. n. 94): sed tamen auget quodam modo vim argumentorum eorum, quae contra opinionem a nobis acceptam de situ Segobrigae olim prolatae sunt. Scilicet cum nulla omnino exstent testimonia veterum scriptorum, quae probent duas fuisse in Hispania Segobrigas inter tot urbes alias cognomines, sed unam tantum caput fuisse Celtiberiae et adscriptam conventui Carthaginiensi (nam errore indicatur supra p. 81 conventus Tarraconensis pro Carthaginiensi), necessario de *Segorbe* hodierna, quae nomen vetustum per medium aevum servavit, sola erat cogitandum. Servum publicum Segobrigensium Ercavicae cura conservorum sepultum esse nihil habet in quo offendamus. Itaque quaestio diu agitata ne hoc quidem invento decernitur. Sed tamen fatendum est monumento illo invento momentum aliquod accedere scrupulis qui de collocatione illa nostra viris doctis, ut Kieperto, restabant.

Ad p. 90 Ilici n. 98. Nummos Latinos Ilicitanos praeter auctores, quos nominavi, enumeravit plene et descripsit accurate Aurelianus Ibarra in libro inscripto Illici, *su situacion y antigüedades* (Alicante 1879, pp. II et 323 cum tabulis XXV fol.) p. 220 ss. tab. XXIV; quem merito laudavi C. II p. 957.

Ad p. 96 Tanusia n. 107. Exemplaria tria nummi Latini rari n. 107 *c d*, quae sola nota sunt, 1. Matritense a Florezio depictum, olim Gaditanum, 2. Cerverae et ipsum nunc Matritense, 3. Francisci Matthiae Gago quondam Hispalense, ea accuratissime mea causa denuo examinavit Berlanga et ectypa subministravit. Typi omnino eidem sunt, quamquam non ex eadem matrice cusi. Atque legitur clare

in n. 1 ᶜMVSIENS
in n. 2 TMVSIEN
in n. 3 ᴦMVSI

Unde apparet, quamquam elementum primum in n. 1 potest fuisse pars superior S litterae, tamen ubique legendum esse *Tamusiense*; non *Tanusiense*, ut reliqui auctores legerunt, nec *Samusiense*. In *Tamusia* igitur, non *Tanusia*, si recte cum *dnušia* nomine Iberico componitur, mutata est *n* nasalis Iberica in *m* Romanam. Prorsus similiter *šegšanhš* Ibericum n. 66 vidimus a Romanis in *Segisama* mutatum esse.

In adversa nummorum illorum trium pone caput non M, sed Ψ clare, minus clare X distinguitur; unde probabile est litteras X Ψ ibi fuisse, easdem atque in nummo Iberico n. 107 *b*.

Ad p. 97 Toletum n. 110. Catalogus Vidal I n. 986 tab. 4, 8 assis *b* varietatem ineditam exhibet inscriptam in adversa ita, si modo recte legitur,

EXSC CALƆVSCF

Potest nomen magistratus Latinum esse *Caldus C. f.*; D inverse posita est.

Ad p. 97 Segovia n. 111. Nummos Segovienses nuper composuit Carolus de Lecea y García in libello *estudio histórico acerca de la moneda de Segovia desde los Celtiberos hasta nuestros dias*, Segoviae 1892 (pp. 60) 4°. Cf. *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 633.

Ad p. 107 n. 120 3. Pro *cnznar*, *cnznc* scribendum est *cnsnar*, *cnsnc*.

Ad p. 129 Hispalis n. 165. Catalogus Vidal I n. 930 tab. 4. 5 exhibet tesseram plumbeam non magnam inscriptam ROM VLA)(A A | C S. Videtur inedita esse. Cf. quae supra de tesseris adnotavi p. 213 ad p. 44.

Pars secunda. Inscriptiones.

Ad p. 170 n. XXXIV. Vocabulum paterae Segoviensis secundum (*a* 7—14) *thsotqose* fuit; *e* ultima excidit errore.

Ad p. 170 n. XXXV. In tabula Luzagensi v. 1 *areqratokš* quamquam recte sine dubio lectum est a Zobelio, tamen observandum elementum eius paenultimum in imagine X *d* esse, non ✱ *k*. Sed puto caelatorem ✱ dare voluisse. V. 2 vocabulum tertium initio magis ᐅ litteram habet quam P.

Ad p. 174 n. XXXVIII. Quod Zobelium secutus elementum paenultimum transcripsi per IX, dubitari potest an fuerit potius M male formata.

